CAII IVLII CAESARIS COMMENTARIORVM LIBRI VIII.

Multò quàm antehac unquam emendatiores editi.

Quibus adiecimus suis in locis, D. HENRICI GLAREANI doctissimas Annotationes.

QVAE PRAETEREA HAC ultima editione addita sunt, sequens pagella docebit.



BASILEAE EX OFFICINA Brylingeriana. Anno 1581.

CONTENTA IN H[illegible]
VOLVMINE.

Commentariorum de Bello Gallico, libri VIII.

De bello ciuili
- *Pompeiano, libri* III.
- *Alexandrino, liber* I.
- *Africano, liber* I.
- *Hispaniensi, liber* I.

Pictura Galliæ totius & Hispaniæ, Commentarijs Cæsaris respondens.

Pictura pontis in Rheno, Auarici, Alexiæ, Vxelloduni, & Massiliæ.

Locorum insuper, vrbium, & populorum nomina, tum uetera, tum recentiora, copiosissimis indicibus explanata.

PRAETEREA EDITIONI
HVIC ADDIDIMVS:

1. *Fragmenta C. Iulij Cæsaris.*
2. *Descriptionem Alpium, & quorundam aliorum locorum.*
3. *Nomina ciuitatum Germanicè.*
4. *Propriorum nominum nomenclaturam.*
5. *Indicem dictorum & factorum.*

IOAN-

BIBLIOTEKA KÓRNICKA
140.15

IOANNES IVCVNDVS VERONENSIS IVLIANO Medici S. P. D.



I diligentius quis cõsideret Iuliane illustrißime, quot is qui corrupta antiquorũ scripta, ut emendata in manus hominũ exeant, curat, labores exhauriat: quã uerò nullius, uel per exiguæ admodũ apud plurimos laudis particeps fiat, admiretur profectò, cur sibi quisquam id oneris assumat, quo in perferendo, quũ maximè enitendum sit, minimam tamen mercedem consequatur. Quod enim in alieno elaboret, neq; suũ aliquod ipse edat, id apud multos eiusmodi est ut omnem quem pro laboribus meretur laudis fructum, intercipiat. Qui mihi quidẽ, si qui sunt, iniqui esse uidentur rerum æstimatores: nihilo enim magis æquum eos sentire existimo, quàm si quis ei qui derelictum cuiuspiam, ac sentibus occupatũ agrum suo labore expurgarit, colueritq;: nullam tamen inde enatarum frugum partem deberi arbitretur. elaborat certè is alieno solo: laborũ tamen est quod dam iure præmium constitutum. Ac mihi quidem longè uidetur secus, atq; eum qui munus hoc rectè exequatur, seu rei ipsius difficultatẽ spectes, seu quã inde literarũ studiosi utilitatẽ consequantur, consideres, in primis laudandum censeo. Atq; (ut uerè dicam quod sentio) non multò fortasse minus opus hoc existimo, quàm si ex te aliquid corporis, acrioris illud ingenij, exactioris hoc iudicij, la-

tiore ibi campo euagari licet, angustissimis hic finibus coercemur: ibi quum ingenij habenas effuderis, ferri quocunque uolueris potes: hic ingenio ita moderandum est, ut quum maximè eo opus sit, circumscriptis tamen quibusdam terminis continendum sit. Non unum quodlibet solum perlegendum, sed plurima conferenda exemplaria. Ex uaria lectione non quæ tibi maximè placeat eligenda, sed quæ cæteris authoris ipsius scriptis magis accommodata esse uideatur: ita ut illius tibi propè animus induendus sit. At uerò ita parcè, ubi quippiam corruptum sit, ex se aliquid addendum, ut nisi certissimis indicijs ducaris, quæ quandoque tamen occurrunt, corrupta potius lectio relinquenda sit. Quæ omnia quanti laboris, quantæ industriæ sint, quilibet, qui id experiatur, facillimè iudicabit. Vtilitatem uerò si consideres, multò hinc profectò maior reperietur: atque hoc tamen ita uelim accipi, uti à me dicitur. Neque enim tam ignarus rerum sum, uti quemlibet librum emendare (quum multi præsertim sint, quos corruptos esse expediat) utilius putem, quàm si possis tuum aliquid scribere; neque si talia quædam, qualia ea sunt quæ emendes, componere possis, hoc potius agendum. Sed hoc dico quum permulta antiquorum sint scripta, quibus ne sperãdum quidem nobis sit, ut æquales esse possimus, cumq; omnis nostra Latinæ locutionis peritia inde emanet, ea quæ corruptissima circunferantur, qui in eo uires intendit suas, ut emendatiora legantur: non solum id agit, ut ipsa et intelligi melius, et libentius legi: sed id etiam non minus, ut rectius quoue si quis quid scribere uoluerit, id agi possit, ac tanquam

quam qui turbidum aliquem cœno fontem, unde multi in omnes partes riui deducantur, perpurgat, non id solùm facit, ut fons ipse nitidior sit: sed & ut riuuli quoq; ipsi, qui lutulenti prius ac sordidi fluebant, puriore unda accepta in aspectu gratiores, & potu suauiores fiant. Sic is qui corrupta antiquorum scripta corrigit, quasi fontem ipsum perpurgat: nec id facit modò, sed ut ea etiam, quæ à nobis edita, ab fonte illo, quasi quidam riuuli deriuantur, elegantiora esse possint. Non iniuria igitur, quin id omne hinc sit, hoc illi à nobis anteferri manus uidetur. Sed ne ego, dum id laudo, in quo ætatis plurimum consumpsi, meipsum laudare uidear, de hoc satis ac nimis fortasse multa. Nam ut laudem nullam mereatur, eò fortasse magnificentius cuiquam uideri possit. Quum enim tam multi propositi labores sint, nulla laudis præmia, maximam tantum utilitatem studiosi hinc omnes adipiscantur, magni cuiusdam animi censendum est: tot nullo proposito præmio labores subire, ac propriam laudem communi utilitati condonare. Sed ut ad te me tandem conuertam, Iuliane illustrissime, C. Iul. Cæsaris Commentaria, cura nostra emendata, in manus eruditorum sub tuo nomine exeunt, quæ quanto reliquis quæ hactenus impressa circunferuntur castigatiora sint, cuicunq; ea conferre libuerit, cognitu erit facillimum. Ego quidem in eo multum elaboraui, conquisiui multa tota Gallia exemplaria, qua in prouincia (quòd multa eò semper ex Italia translata sunt, atq; ea minus prædæ exposita ac bellis fuerunt) multa incorruptiora uolumina cuiusq; generis reperiuntur, contuli omnia, diligenter excussi, neq;

meo tantùm iudicio contentus fui, sed quum multa undique collegissem, eruditos plureis demum Venetijs conuocaui, eorumq; ingenijs omnia subieci iudicanda: neq; quicquam non perpensum. Ex quo effectum est, ut pauca admodum restent, quæ in suum nitorẽ restituta non sint: sed & eas fortasse aliquis aliquando maculas deterget: nobis id satis sit egisse, ut perpaucæ omnino reliquæ sint. Hos autem labores meos multis de causis tibi potissimum dicandos duximus. Primò quidem, quòd tibi omnes omnium qui in literis uersantur, labores lucubrationesq;, quodam gentilitio iure, deberi uidentur Ex ea enim familia es, quæ semper literatos mirè fouit. Nam ut uetustiores prætream, qui & ipsi tamen hoc magnificentißimè egerunt, Laurentius pater ita id enixè egit, ut eius beneficentia ex fœda illa proximorum seculorum barbarie in eum, in quo nunc sunt gradum, tam Latinæ, quàm Græcæ literæ prouectæ esse uideantur. Frater uerò ita semper literatos omnes amplexus est, uti non immeritò spes ea enata uideatur, quæ nunc iam in omnium animis insedit, eo ad summum pontificatus culmen euecto, non Christianam solùm Remp. felicem futuram, sed & bonas omnes literas, quæ iniquis his temporibus pè exaruerant, tam feliciter prouenturas, ut omne præteritorum annorum incommodum sarciatur. Quam re tu quoq; ita animatus cognosceris, ut non adiuturus fratrem solùm, non imitaturus patrem, sed & per te ipse, torum hoc munus gesturus, & tanto omnes tuos superaturus sis, quanto illi cæteris excelluerunt. Ad hanc causam accedit, quòd Iuliano Iulij Commentaria, quòd candidißimis

dißimis animi tui moribus, candidißimũ hoc opus, maximè conueniens uidetur mũnus, quod ego non hoc solùm, sed quicquid in me ingenij est, quicquid in literis possum, tibi dedicare cõstitui, ac iam dedico. Aetate quidem ea sum, ut de me non multa tibi poßim promitere: sed natura ipsa fortasse, ut plerunq; assolet, extremo hoc tempore, subitum aliquod ingenij mei lumen effundet, quod tuum totum erit, tibi seruiet, tibi consecrabitur. Tu interea hæc, si ita uti speramus accipies, quoddam quasi currenti calcar ad detur ad cætera, quæ in animo habemus, perficienda.


ALBIONIS PARS
OCEAN·
BELGAE
VNELLI
ARMORICI
SEQVANA·F
LIGERIS·F
LVTECI
CELTAE
OCEANVS·OCCIDENTA
VXELLVDVNVM·
AVARICV
SANTONES
GARVMNA·F
AQVITANI
VASTAE
RODANVS
PIRENAEI·M·
VOLCI
MEDI TERRAN


SEPTENT
SYCAMBRI
RHENVS
BELGICA
GERMANIAE
PARS.
TREVERI
VBII
LINGONES
SEQVANI
ALEXIA
ITA
LIAE
PARS
HELVETII
NARBONENSIS
MASSILIA
APENNINVS
GENVA
ET · MARIS · PARS ·

DIVISIO

VT Galliæ diuisionem (quam statim in principio primi libri Commentariorũ de bello Gallico tradit Cæsar) quiuis facilius intelligat hanc superiorem eiusdem picturam hoc pacto faciendam curauimus: solent enim interdum huiusmodi nonnihil ad pleniorem rei intelligẽtiam conferre. In Galliæ autem diuisione obseruato Cęsarem, Romanorum prouincia dimissa (in qua sunt Massilia, Arelate, Auinio, Nemausum, Tolosa, cum alijs cõ pluribus: & parte ex alia Viẽna, Geneua, lacu Lemano, & Rhodano, qui dictã Romanorum prouinciam diuidit ab Heluetijs) reliquum in parteis treis diuisisse. Harum unam Belgas, aliam Aquitanos, tertiam qui ipsorũ lingua Celtæ, nostra Galli appellantur, incolere. Celtę autem, qui inter Belgas & Aquitanos medij sunt, cõcluduntur Sequana, Matrona ad Rhenũ usque perductis: tum Rheno usque ad lacum unde oritur. Item lacũ Lemano, ac Rhodano Lugdunum usq; rursus Lugdunensium Aruernorumq; finibus: tum Garumna

rumna fluuio quàm longus est. Belgæ qui spectant in Septentriones, diuiduntur ab Germanis Rheno: ab Celtis siue Gallis ijs ipsis punctis ab Rheno ad Matronã, tum Matrona & Sequana Aquitani discludun tur à Gallis Garumna flumine, ijsdemq; Lugdunensium & Aruernorum finibus, attinguntq; Pyrenæos montes, à prouincia Tolosæ & Narbonę finibus. Hæc omnia in superiore pictura cernere licet.


G
B
B
B
B
E
E
D
D
D
C
C
A
A
A
F
F

EXPOSITIO PONTIS.

IOANNES IVCVNDVS VERONENSIS, LIBRO IIII.

Pontem eadem forma & ratione, bis fecit Cæsar supra Rhenum, flumen latißimum, rapidißimum, & altißimũ. Primum in Menapijs contra Sicambros: deinde paululũ supra eum locum, in finibus Treuirorum, ex quo transitus erat ad Vbios, Cæsaris amicos.

a Tigna bina sesquipedalia paulum ab imo præacuta, dimensa ad altitudinem fluminis, &c.

b Trabes bipedales immißtæ super utraq; tigna, quæ binis utrinq; fibulis ab extrema parte distinebantur.

c Fibulæ quæ discluſæ destinent pipedales trabes.

d Vbi fibulæ discluſæ in contrariam partem reuinciuntur.

e Materia directa, quæ iniecta supra bipedales trabes totum opus contexebat.

f Sublicæ obliquæ ad inferiorem partem fluminis adactæ, quæ pro ariete subiectæ, & cum omni opere coniunctæ, uim fluminis exciperent.

g Fistuca, qua adigebantur tigna in flumine.

Hæc utraq;, insuper bipedalibus trabibus immißis.

Hunc locum sic corrigendum puto: Hæc utraque insuper bipedales trabes immissæ: hac ratione, ut insuper sit præpositio, & hæc utraq;, sit accusandi casus. Quod si duriusculum hoc quisquam existimarit, sciat Cæsarem ipsum simili usum constructione, in secundo de Bello ciuili, in expugnatione Maßiliæ, his uerbis: Hanc insuper contignationem, quantum tectum plutei ac uineārũ passum est, laterculo astruxerunt. Sciat & Vitruuium in quinto,

quinto, ubi agit de portubus & structuris in aqua faciendis, similem feciſſe conſtructionem. Tunc proclinatio ea impleatur arena, & exæquetur cũ margine, & planitie puluini: deinde inſuper eam exæquationẽ, pila quàm magna conſtituta fuerit, ibi ſtruatur. Quare ſi ſic, ut puto, perſeuerat corruptus librariorum uitio locus, neque ſenſus conſtabit, neq; conſtructio, niſi implexa & litigioſa grammaticis. Sed ut utraq; conſtent, ſenſus ſcilicet, & cõſtructio, tam ingenioſis, quàm grãmaticis, & operi uerba ſint conformia, & opus uerbis: animaduertendum eſt, quod poſtquam Cæſar deſcripſit modum figendi, & adigendi tigna in fundo fluminis, ex qua adactione magnam ſtabilitatem, et firmitatẽ aſſecuta ſunt, uertit ſe ad bipedales trabes, quæ tranſuerſam totius pontis latitudinẽ perficiebãt, & qua ratione immitti poſſent, & quo modo ſuſtinerentur, docet, dicens: Quòd ſuper hæc utraq;, id eſt ſuper bina tigna, quæ et in parte ſuperiori, et ea quæ in parte inferiori poſita erant bipedales trabes immiſſæ, quantũ eorum tignorum iunctura diſtabat, binis utrinque fibulis ab extrema parte diſtinebantur. Quibus diſcluſis, et in contrariam partem reuinctis, &c. In hanc eandem ſentẽtiam mecum uenire uidetur Leo Baptiſta Albertus, uir et ingenio & literis clarus, in ſuo de architectura, qui eiuſdem Cæſariani pontis deſcriptionem repetens, non aliter ei uiſum fuit potuiſſe ſibi ipſi ſatisfacere, niſi his uerbis: Huiuſmodi autem immiſſæ trabes binis utrinque fibulis ab extrema parte diſtinebantur. Quibus diſcluſis, &c. Quid autem ſit fibula, & quomodo diſcludatur & reuinciatur, nõ omnibus peruia eſt notitia, quamuis eius ſit quotidia-

quotidianus usus. Vtuntur autẽ ea uiri ac mulieres ad capita cingulorum, quibus circum se fluentes contineant uestes, traiecto per annulũ altero cinguli capite, fibulaq; reuincto, ut quanto plus trahitur, tanto fortius firmetur. Eiusmodi autem sunt & sellæ multis Italiæ urbibus communes, quæ clausæ seruantur, & ad sedendi usum, cùm discluduntur, & in contrariam partem reuinciũtur, eo fortius compressæ firmantur. Hoc etiam ita esse, ex Vitruuio clarißimè apparet in x. his uerbis: Tigna tria ad onerum magnitudinem ratione expediuntur, & à capite à fibula coniuncta & in imo diuaricata eriguntur. Et infrà: Sin autẽ maioribus onerib. erũt machinæ comparandæ, amplioribus tignorũ longitudinibus & crassitudinibus erit utendum: et eadem ratione in summo fibulationib. in imo succularũ uersationibus expediũdũ. Et libro 1. ubi de muris differit: Crassitudinem autem muri ita faciendam censeo, ut armati homines suprà obuiam uenientes, alius alium sine impeditione præterire possint, dum in crassitudine perpetuæ taleæ oleagineæ, ustulatæ quàm creberrimæ instruantur, uti utræq; muri frontes inter se (quẽadmodum fibulis) his taleis colligatæ, æternam habeant firmitatem. Huiusmodi autem fibulis quibus tunc, & in colligandis muris, & in munitionum uallis utebantur, hodie quoq; & nos utimur, transuersis in latum longurijs fibulatim dispositis, ut ictibus glandium non uno loco tantũ, sed tota uallis mole resistamus, iuuantibus fibulis continenter in contrariam partem reuinctis. Ex dictis satis constare poterit & sensus & constructio uerborũ Cæsaris, & pontis forma secundum figuram à nobis traditam.

IOAN-

AVARICVM VRBS.

IOANNES IVCVNDVS VERONENSIS, LIBRO VII.

AVaricum urbs Biturigum munitissima, quæ propè ex omnibus partibus flumine & palude circundata, vnum tantùm & peranguſtum habebat aditum: quod Auaricum, à Cæſare turribus & aggeribus excitatis ita obſeſſum eſt, ut ipſo potiretur.

a Auarici vrbis Biturigum muri, quorum forma ferè erat communis in Gallia, qui & ita deſcribuntur à Cæſare, vt à mediocri quoq; ingenio intelligi poſſit: nos duntaxat texturã trabium effinximus, farcturis dimiſſis, vt ea intellecta quæ præcipua in hoc opere videntur, reliqua ex Cæſaris lectione percipiantur.

b Turres duæ, quæ ſatis ad anguſtiam loci & aggeris viſæ fuêre.

c Vallum.

d Plutei.

e Cerui.


A
A
B
B
E
E
E
D
D
D
C
C


C D B D C D B D
A
E
F
G
H
H
I
I
I
K
K
L
L
M

ALEXIA oppidum Mandubiorũ in summo colle positum, edito loco, quod nisi obsidione expugnari nõ posse uidebatur. Huius collis radices subluebantur duobus flu. duabus ex partibus: cætera ex descriptione Cæsaris, & ex apposita figura patent.

a Turres coniunctæ aggeri, & uallo, quæ inter se distabant pedes LXXX.

b Plutei qui tegebãt interuallũ, quod erat inter pinnas.

c Pinnæ, quæ instructæ erant inter pluteos.

d Cerui grandes positi inter pinnas aggeris, ad commissuras pluteorum, & aggeris ipsius, in quibus erant suspensi plutei, sub quibus tecti milites, ascensum hostium, & conatum omnem repellebant.

e Vallum cum lorica: lorica enim ex cratibus uel storijs apponebatur uallo & aggeri, ne facilè harpagonibus, uel alijs instrumentis demoliri posset ab hostibus.

f Fossa pedum quindecim lata & profunda, in qua per campestria loca & demissa, aqua ex flumine deriuabatur.

g Fossa alia item pedum quindecim lata, & profunda, sicca, & sine aquis.

h Stipites ex truncis arborum, aut admodum firmis ramis, præacutis cacuminibus, in perpetuam fossam demissi, & ab infimo reuincti, ne reuelli possent, ab ramis eminebant: quò qui intrauerant, seipsi acutissimis uallis induebant: hos cippos appellabant.

i Stipites teretes feminis crassitudine, ab summo præacuti & præusti, dimissiq; in scrobibus obliquè in quin-

cuncem dispositis, hos ex similitudine floris lilium appellabant.

k Taleæ pedem longæ ferreis hamis infixæ, in terrãq; infossæ mediocribus spacijs intermissis, omnibus locis disserebantur: hos hamos stimulos appellabant.

l Fossa pedum x x. lata & profunda, directis ad perpendiculum lateribus, à qua reliquæ munitiones distabãt pedes quadringentos.

m Alexia oppidum superius descriptum.

IO. IVCVNDVS VERONENSIS, LIB. VIII.

a Vxellodunum oppidum egregiè natura loci munitũ, in finibus Cadurcorum inter Celtas, non longè à prouincia Romanorum.

b Fons, quem Cæsar cuniculis actis, & uenis eius interciſijs auertit.

c Cupæ, seuo, pice, scandulisq; cõpletæ, et ardentes ad comburenda Cæsariana opera, ab oppidanis demissæ.

d Vallum.

e Plutei.

f Flumen quod infimam uallem diuidebat, & penè totum montem cingebat, atque ita in imis radicibus eius ferebatur, ut nullam in partem depressis fossis deriuari posset.

g Turris decem tabulatorum, quæ fontis fastigium superabat, ex qua cùm tela tormentis iacerentur, ab aquatione oppidanos prohibebat.

Maßiliæ descriptio, quæ ex tribus ferè oppidi partib. mari alluitur.

a *Maßiliæ mœnia & turres.*

b *Turris ex opere lateritio tabulatorum sex, ab legionarijs extructa contra Maßilienſium eruptiones.*

c *Storiæ ex funibus anchorarijs contextæ præpendentes contra hoſtium tela atq; tormenta, quibus tecti milites turrim conſtruebant.*

d *Summa contabulatio laterculis & luto, & centonibus tecta, ne quid ignis hoſtium nocere poſſet.*

e *Muſculus ab ipſo Cæſare deſcriptus à turri lateritia uſq; ad mœnia productus, ad ſuffodiendũ, & diſijciendum hoſtium turrem, & murum.*

f *Mare alluens ferè ex tribus partibus urbem.*

g *Vallum.*

h *Plutei.*

i *Cerui.*

k *Pinnæ.*


OCEA NVS
OCEANVS OCCIDENTALIS
S MFINIS
WINDIVS
S·IACOBVS
BVRGVSVS
HISPANIA
VALLEDVLIT
SALAMANCA
MEDINA
DORVS·F
TOLETVM
LVSI
TAGVS·F
LISBONA
TANIA
ANAF·
BETI
MARIANVS·M·BETIS·F·
CA
ILLIPVIA·M
SIBILIA
MARE
ERETVMHERCVLEV·IBERNIC
MAVRITA
NIÆPARS·


CANTABRICVS
PARS GAL
LIÆ
M.
PIRENEOS
MONS
TARRACO
NENSIS.
SARACOSA
BARCELON
ILERDA
IVBEDA M.
M
ORTOSPEDA
SAGVNTV
IBER F
SACRA
F.
INSVLE
BALEARES.
VALENTIA
BALEARICVM MARE
CARTHAGO
NOVA
PITHVSE · INS ·

 descriptio, in qua Cæsar ante Magni Pompeij stragem, maximum & periculosissimum bellum confecit cõtra Petreium et Afraniũ, qui partes Pompeianas sequebantur, quibusq; quasi tota Hispania consentiebat. Deinde post eiusdem magni Pompeij mortem, non minori discrimine aliud bellum in eandem suscepit Hispaniam contra Cn. Pompeium, eiusdem Magni Pompeij filium. Quem tandem superauit, & fugientem, atq; in spelunca latitantem captiuorum indicio inuentum, milites Cæsariani interfecerunt. Sed si quis uellet gesta Cæsaris percensere, & ea descriptionibus locorum monstrare, totum profectò orbem terrarum, quod infinitum est, ut ait Plinius, enumerare oporteret.

NOMINA LOCORVM, VRBIVM, POPVLORVM GALLIAE, QVAE IN HIS Commentarijs habentur, quo nomine, & olim Latinè, & nunc dicuntur Gallicè, per ordinem literarum.

A

Aduatici,
Agendicum,
Alexia,
Aldudasubis, le Doux.
Allobroges, Daulphinoys, & Sauoie.
Ambarri, Semar, & Bosleduc. Prouins.
Abmuaridi, pars Brabãtiæ
Andes, Angiers.
Aquitania, Guienne.
Arar, Sone.
Arduenna sylua, la Foreſt Dardaina.

Arme-

Armoricæ ciuitates, Bergne toute.
Ambiane, Amiens.
Artomici, Armignac.
Atrebates, Arras.
Auaricũ, Viarõ en Berry.
Aulerici, Roan.
Axona, ſa Diſne.

B

Bacenis ſylua, la foreſt negre.
Bataui, Holande.
Bellocaßij, Bayeux.
Bellouaci, Beauuois.
Betere, Beſies en Guienne.
Bibracte, Beaulne.
Bibrax, Bray en la conte de Rhetel.
Bituriges, Burges.
Boij, Borbonoys, & Bauiere en Almagne.
Brannouices, Laual de moriana.

C

Cabillunum, Challon. ſus la Sone.
Cadorici, Caors.
Cadetes, Chaſteau. bryant en Bortegne.
Calete, Charthres.
Cenomanni, Semans.
Centrones, Saitron aupays de liege.
Centrones, Tarentaiſe en Sauoie.
Curioſolites, Cornouaile.

D

Diablitres, Leoudoul. Bertegne.

E

Ebrodunum, Ambron.
Eburones, Liege.
Eburonices, Ebreux.
Elauer, Alier.
Eſſui, Reteolis oultre tournay.

G

Gabelli, Lodeue nauert.
Garumna, Garonne.
Genebum, Orleans.
Geneua, Geneue.
Gergobia, Clarmontẽ. Aluergne.
Gorduni, Gautois.
Grudij, Louain.

Haru-

H

Harudes,	Constance.
Hedui,	Autun.
Heluetij,	Suisses.
Heluij,	Albin.
Hisera,	Lisera.

I

Iccius portus,	Calais.
Iura, mons	S. Claude.

L

Lacus Lemanus,	Le lac de Geneue, ou Losanne.
Lemouices,	Limosins.
Lexobij,	Lisieux.
Ligeris,	Loire.
Lingones,	Langres.
Lutetia,	Paris.

M

Matrona,	Marne.
Matiscon,	Mascon.
Mediomatrices,	Metz.
Melodunum,	Mellan.
Menapij,	Ghelre, & Cleues.
Morini,	Terouãne.
Mosa,	Mutze.

N

Narbona,	Narbone.
Nannetes,	Nantes.
Neruij,	Tornay.
Nitiobriges,	Vzes, Montpelier.
Nouiodunum,	Noion.

O

Osißini,	Landriger en Bertegene.

P

Petrogorij,	Pirregor.
Pleumosij,	Flandrois.
Pictones,	Poitiers.

R

Rauraci,	Basilea.
Rhemi,	Rhains.
Rhedones,	Rhenes.
Rhenus,	Ren.
Rhodanus,	Rosne.
Rutheni,	Rhodes.

S

Sabis,	Sambre.
Santones,	Saintonge.
Seduni,	Seon.
Segusiani,	Bresse.
Senones,	Sens.
Sequana,	Seine.
Sequani,	Bourgongnons.
Sicambri,	Nauso de hessen. Sueß.

Sueßiones, Soiſſons.
T
Tarbelli, Tarbe.
Tarusatij, Turſe.
Tigurinus pagus, Zurich de Suiſſes.
Treuiri, Treues.
Tribotes, Straßburg.
Turones, Tours.
V
Vellaunodunum, Ville noue en Lorraine.
Vellaunij, Sainct. Flor.
Veneti, Vannes.
Veragri, Sainct. Maurice.
Vertodunum, Verdon en Lorraine.
Veromandui, Vermandois.
Veſontio, Beſanſon.
Virodunum, Verdon ſur la ſore.
Vnelli, Percherons.
Volci, Auignon.
Vſipetes, Francfort.

NOMI-

NOMINA QVARVNDAM VRBIVM ET LOCORUM Hiſpaniæ.

Anas flu. Guadiana.
Aſturres, Auſtria.
Betica, El regno de granata.
Barcinon, Barchelona.
Betis flu. Guadachibir.
Baleares maior & minor.
Cæſarea anguſta, Saragoſa.
Caſtulon, Caſtiglia.
Calpe, Gibalthera.
Cinga flu. Ringa.
Cartheia, Tariffa.
Corduba, Cordoua.
Carpentani montes, I monti de Segouia.
Caleci, Gallicia.
Derthoſa, Tortoſa.
Durias flu. El douro.
Emporiæ, Empurias.
Ebuſus, Euiza.
Giruda, Girona.
Hiberus flu. Hibero.
Hiſpalis, Sibilia.
Ilerda, Lerida.
Malaca, Malga.
Numantia, Sora.
Nerium promontorium.
S. Maria de finibus terræ.
Oſcenſes, Oſca.
Oliſippo, Lisbona.
Ophiuſa, Frumēterā.
Pampeiopolis, Pampalona in Nauarra.
Rhoda, Roſes.
Saguntum, Mō uedro.
Sicoris flu. El ſegro.
Setabum, Satiua.
Sacrum promontorium. Capo, S. Vincentio.
Taraco, Aragon.
Tagus flu. El tago.
Turdetani, Andaluſia.
Valentia, Valenſa.

ALDVS

ETSI potes, studiose Lector, per te ipse legẽdo cognò scere, cur nam C. Cæsar rerũ ab se gestarum confecerit cõmentarios, tum et quos & quot cõfecerit: tamen nõ inutile futurum existimaui, si id promptius tibi fieret mea cura. Res gestæ ab C. Cæsare in Gallia nouem annis, quibus in ea cũ imperio fuit, octo libris scriptæ sunt. Primo & reliquis usque ad octauum, ab ipso Cæsare tanta elegantia, tantoq; dicendi ornatu, ut, licet & hi, & tres primi De bello ciuili aduersus Pompeium editi sint, ne scientia tantarum rerum gestarum scriptoribus deesset: tamen prærepta potius, quàm præbita illis sit scribendi facultas. Octauo autem ab A. Hircio, qui & de bello Alexandrino & Africano commentarios uidetur scripsisse: id quod ex ipsius præfatione in octauum librum de bello Gallico colligi potest. ibi enim sic ait: Cæsaris nostri commentarios rerum gestarum Galliæ, non comparandos superioribus atq; insequentibus eius scriptis contexui, nouissimeq; imperfecta ab rebus gestis Alexandriæ, confeci usq; ad exitum, non quidem ciuilis dissensionis, cuius finem nullum uidemus, sed uitæ Cæsaris. Hæc ille. Ex quibus uidemur posse inferre, si confecit Hircius gesta Cæsaris, usq; ad illius uitæ exitum, ergo reliqui Commentarij, præter decem suprà dictos Cæsaris, esse illius uidentur, nec extare quidem quæ scripsit, omnia: quandoquidem usque ad exitum uitæ Cæsaris scripsisse se ait. Commentarios tamen de bello Hispanensi non modò non esse Hircij dixerim, sed ne eruditi quidem cuiusquam. Sunt enim admodum quàm inconditi ac barbari. De ijs ipsis Cæsaris Commentarijs quid senserit Marcus Tullius Cicero, in libro

in libro de claris oratorib. operæpretium uisum est subiũgere. Cuius hæc sunt uerba: Commentarios scripsit ualde quidem probandos, nudi sunt, recti & uenusti, omni ornatu orationis tanquam ueste detracta. Sed dum uoluit alios habere paratam, unde sumerent, qui uellent scribere historiam, ineptis gratum fortasse fecit, qui illa uolunt calamistris inurere, sanos quidem homines à scribendo deterruit. Hæc Cicero. Illud insuper addiderim, bonam partem eorum quæ his commentarijs scripta sunt, haberi etiam in epistolis M. Tullij ad Atticum, in quibus cùm quid noui gestum erat à Cæsare, statim Atticum, Quintúmue Ciceronem fratrem, aut M. Brutum certiorem faciebat. Id quod maximo testimonio est, uerissima esse, quæcunq; his commentarijs scripta habentur. Vale.

C. IVLII CAESARIS COMMENTARIORVM DE BELLO GALLICO LIB. I.



GALLIA est omnis diuisa in partes treis: quarum unam incolunt Belgæ, aliã Aquitani, tertiam qui ipsorũ lingua Celtæ, nostra Galli appellantur. Hi omnes lingua, 1
institutis, legibus inter se differũt. 2
Gallos ab Aquitanis Garũna flumen, à Belgis Matrona & Sequana diuidit. Horũ omniũ fortißimi sunt Belgæ, propterea quòd à cultu atq; humani 3
tate prouinciæ longißimè absunt, minimeq; ad eos mercatores sæpe cõmeãt, atq; ea quæ ad effœminandos animos 4
pertinent, importãt: proximiq; sunt Germanis, qui trans Rhenũ incolũt, quibus cũ cõtinẽter bellũ gerũt. Qua de causa Heluetij quoq; reliquos Gallos uirtute præcedunt, q; ferè quotidianis prælijs cũ Germanis cõtẽdũt, cùm aut suis finib. eos prohibẽt, aut ipsi in eorũ finib. bellũ gerũt. Eorũ una pars quã Gallos obtinere dictũ ẽ, initiũ capit à flumine Rhodano, cõtineturq; Garũna flumine, Oceano, finibus Belgarũ: attingit etiã à Sequanis & Heluetijs flumẽ Rhenum: uergit ad Septentriones. Belgæ ab extremis Galliæ finibus oriuntur, pertinẽt ad inferiorẽ partẽ flumi nis Rheni, spectãt in Septentriones & orientẽ solẽ. Aquitania à Garumna flumine ad Pyrenæos monteis, & eam partem Oceani, quæ ad Hispaniam pertinet, spectat inter occasum solis & Septẽtriones. Apud Heluetios longè no-

bilißimus & ditißimus fuit Orgetorix. Is M. Meſſala & M. P. Piſone * L. Piſone Coß. regni cupiditate inductus, coniurationē nobilitatis fecit: & ciuitati perſuaſit, ut de finibus ſuis cū omnibus copijs exirent: perfacile eſſe, cùm uirtute omnibus præſtarent, totius Galliæ imperio potiri. Id hoc facilius eis perſuaſit, quòd undiq; loci natura tuti Heluetij cōtinerentur, unā ex parte flumine Rheno latißimo atq; altißimo, qui agrū Heluetiū à Germanis diuidit: altera ex parte monte Iura altißimo, qui eſt inter Sequanos & Heluctios: tertia lacu Lemano, et flumine Rhodano, qui prouinciam noſtram ab Heluetijs diuidit. Iis rebus fiebat, ut & minus latè uagarentur, & minus facilè finitimis bellū inferre poſſent. Qua de cauſa homines bellandi cupidi magno dolore afficiebantur. Pro multitudine autem hominū, & pro gloria belli atq; fortitudinis angußtos ſe fines habere arbitrabantur, qui in longitudinem millia paſſuum CCXL. in latitudinem CLXXXX. patebant. His rebus adducti, & autoritate Orgetorigis permoti, cōſtituerunt ea quæ ad proficiſcendum pertinerent, cōparare: iumentorum & carrorum quàm maximum numerum coëmere, ſementes quàm maximas facere, ut in itinere copia frumenti ſuppeteret: cum proximis ciuitatibus pacem & amicitiam confirmare. Ad eas res cōficiendas biennij ſibi ſatis eſſe duxerunt: in tertium annum profectionem lege confirmāt. Ad eas res conficiendas Orgetorix deligitur.

Heluetij profectionē in Galliam parant.

Is ſibi legationem ad ciuitates ſuſcepit. In eo itinere perſuadet * Caſtico Catamantaledis filio Sequano (cuius pater regnū in Sequanis multos annos obtinuerat, & à ſenatu populoq; Ro. amicus appellatus erat) ut regnū in ciuitate ſua occuparet, quod pater antè habuerat: itēq; Dum-

al. Caſtigo

norigi

norigi Heduo fratri Diuitiaci (qui eo tempore principatum in ciuitate sua obtinebat, ac maximè plebi acceptus erat) ut idem conaretur persuadet: eiq; filiam suam in matrimoniũ dat: perfacile factu esse illis probat conata perficere, propterea quòd ipse suæ ciuitatis imperiũ obtenturus esset: non esse dubium, quin totius Galliæ plurimum Heluetij possent: se suis copijs, suoq; exercitu illis regna conciliaturũ confirmat. Hac oratione adducti, inter se fidem & iusiurandũ dant, et regno occupato per treis potentißimos ac firmißimos populos totius Galliæ sese potiri posse sperant. Ea res ut est Heluetijs per indiciũ enunciata, moribus suis Orgetorigem ex uinculis causam dicere coëgerunt: damnatũ pœnã sequi oportebat, ut igni cremaretur. Die constituta causæ dictionis, Orgetorix ad iu- 9
dicium omnem suam familiam ad hominũ millia x. undiq; coëgit: & omneis clienteis, obæratosq; suos, quorum magnum numerũ habebat, eodem conduxit: per eos ne causam diceret, se eripuit. Cùm ciuitas ob eam rem incitata, armis ius suum exequi conaretur, multitudinemq; hominum ex agris magistratus cogerent, Orgetorix mortuus est: neq; abest suspicio, ut Heluetij arbitrantur, quin ipse sibi mortẽ consciuerit. Post eius mortẽ nihilominus Heluetij id quod constituerãt, facere conãtur, ut è finibus suis exeant. Vbi iam se ad eam rem paratos esse arbitrati sunt, oppida sua omnia numero ad XII. uicos ad quadringen- 10
tos, reliqua priuata ædificia incendunt: frumentum omne, præterquam quod secum portaturi erant, comburunt: ut domum reditionis spe sublata, paratiores ad omnia pericula subeunda essent: trium mensium molita cibaria sibi 11
quemque domo efferre iubent. Persuadent Rauracis & 12

Tulingis,& Latobrigis finitimis, uti eodem usi consilio, oppidis suis, uicisq; exustis, unà cum his proficiscantur:
13 Boiosq;, qui trans Rhenũ incoluerant, & in agrũ Nori-
14 cum transierant, Noreiamq; oppugnarãt, receptos ad se
15 socios sibi asciscunt. Erant omnino itinera duo, quibus iti neribus domo exire possent. Vnum per Sequanos, angustum & difficile inter montem Iuram, & flumen Rhodanum, uix quà singuli carri ducerentur: mons autem altißimus impẽdebat, ut facilè perpauci prohibere possent. Alterum per prouinciam nostrã multo facilius atq; expeditius: propterea quòd inter fines Heluetiorum & Allobro-
16 gum, qui nuper pop. Rom. pacati erant, Rhodanus fluit, isq; nonnullis locis uado transitur. Extremum oppidum
17 Allobrogum, proximumq; Heluetiorum finibus Geneua est, ex eo oppido pons ad Heluetios pertinet. Allobrogibus sese uel persuasuros, quòd nondũ bono animo in pop. Rom. uiderentur, existimabant, uel ui coacturos, ut per suos fines eos ire paterẽtur. Omnibus rebus ad profectionem comparatis, diem dicunt, qua die ad ripam Rhodani
18 omnes conueniant. Is dies erat ad V. Cal. Aprilis, L. Pisone, Aulo Gabinio consulibus. Cæsari quum id nunciatum esset, eos per prouinciam nostram iter facere conari, maturat ab urbe proficisci, et quàm maximis itineribus potest, in Galliam ulteriorem contendit, & ad Geneuã peruenit: prouinciæ toti quàm maximum potest militum numerum imperat. Erat omnino in Gallia ulteriore legio una. pontem, qui erat ad Geneuam, iubet rescindi. Vbi de eius aduentu Heluetij certiores facti sunt, legatos ad eum mittunt nobilißimos ciuitatis, cuius legationis Numeius & Verodoctius principem locũ obtinebant, qui dicerent

sibi

sibi esse in animo, sine ullo maleficio iter per prouinciam facere, propterea quòd iter haberent nullũ aliud: * rogare, ut eius uoluntate id sibi facere liceat. Cæsar, quòd memoria tenebat L. Caßium cõsulem occisum, exercitumq; eius ab Heluetijs pulsum, & sub iugũ missum, concedendum non putabat: neq; homines inimico animo, data facultate per prouinciam itineris faciundi, tẽperaturos ab iniuria & maleficio existimabat: tamen ut spaciũ intercedere posset, dum milites, quos imperauerat, conuenirent, legatis respondit, diem se ad deliberandum sumpturũ: si quid uellent, ad Idus Aprilis reuerterentur. Interea ea legione quam secum habebat, militibusq;, qui ex prouincia cõuenerant à lacu Lemano, qui in flumen Rhodanum influit, ad montem Iuram, qui fines Sequanorum ab Heluetijs diuidit, millia passuum decẽ & nouẽ, murum in altitudinem pedum sexdecim, fossamq; perducit. Eo opere perfecto, præsidia disponit, castella cõmunit, quo facilius, si se inuito transire conarentur, prohibere posset. Vbi ea dies, quã constituerat cum legatis, uenit, & legati ad eum reuerterunt, negat se more & exemplo pop. Rom. posse iter ulli per prouinciam dare: & si uim facere conentur, prohibiturum ostendit. Heluetij ea spe deiecti, nauibus iunctis, ratibusq; compluribus factis, * alij uadis Rhodani, quà minima altitudo fluminis erat, nonnunquam interdiu, sæpius noctu, si perrũpere possent, conati, operis munitione, & militũ cõcursu, & telis repulsi, hoc conatu destiterũt. Relinquebatur una per Sequanos uia, qua Sequanis inuitis propter angustias ire non poterant. Iis quum sua sponte persuadere non possent, legatos ad Dumnorigẽ Heduum mittunt, ut eo deprecatore à Sequanis hoc impetrarent.

19 al. rogare rentq;

al. alijs

Dumnorix gratia & largitione apud Sequanos plurimũ poterat, & Heluetijs erat amicus, quòd ex ea ciuitate Orgetorigis filiam in matrimonium duxerat: & cupiditate regni adductus, nouis rebus studebat, & quàm plurimas ciuitates suo sibi beneficio habere obstrictas uolebat. Itaque rem suscipit, & à Sequanis impetrat, ut per fines suos Heluetios ire patiãtur: obsidesq; uti inter sese dent, perficit: Sequani, ne itinere Heluetios prohibeant: Heluetij, ut
21 sine maleficio & iniuria transeãt. Cæsari renũciatur, Heluetijs esse in animo per agrũ Sequanorũ et Heduorũ iter in Santonum fines facere, qui nõ longè à Tolosatium finibus absunt, quæ ciuitas est in prouincia. Id si fieret, intelligebat magno cũ prouinciæ periculo futurũ, ut homines bellicosos, pop. Rom. inimicos, locis patentib. maximeq; frumentarijs finitimos haberet. Ob eas causas ei munitioni quã fecerat, T. Labienum legatum præfecit: ipse in Italiam magnis itineribus contendit, duasq; ibi legiones conscribit: & tres, quæ circũ Aquileiam hyemabant, ex hybernis educit, & quà proximũ erat iter per Alpeis in ulteriorem Galliam, cũ his quinq; legionibus ire cõtendit.
22 Ibi Cẽtrones, & Garocelli, & Caturiges locis superioribus occupatis, itinere exercitũ prohibere conantur. compluribus his prælijs pulsis, ab Ocelo, quod est citerioris prouinciæ extremũ, in fines Vocontiorum ulterioris prouinciæ, die VII. peruenit: inde in Allobrogum fines: ab Al-
23 lobrogibus in Sebusianos exercitum ducit. Hi sunt extra prouinciam trans Rhodanũ primi. Heluetij iam per angustias & fines Sequanorum suas copias traduxerant, &
24 in Heduorum fines peruenerant, eorumq; agros popula-
25 bantur. Hedui cùm se, suaq; ab his defendere nõ possent,

legatos

legatos ad Cæsarē mittunt, rogatum auxilium: ita se omni tempore de pop. Rom. meritos esse, ut penè in conspectu exercitus nostri, agri uastari, liberi eorū in seruitutem abduci, oppida expugnari non debuerint. Eodem tempore quo Hedui, Ambarri quoq; necessarij & consanguinei Heduorum, Cæsarem certiorem faciūt, sese depopulatis agris nō facilè ab oppidis uim hostiū prohibere. Item Allobroges, qui trans Rhodanū uicos possessionesq; habebant, fuga se ad Cæsarem recipiunt, & demonstrāt, sibi præter agri solum nihil esse reliqui. Quibus rebus adductus Cæsar, nō expectandum sibi statuit, dū omnibus fortunis sociorum consumptis, in Santones Heluetij peruenirent. Flumē est Arar, quod per fines Heduorum & Sequanorū in Rhodanum influit incredibili lenitate, ita ut oculis, in utrā partem fluat, iudicari non possit. Id Heluetij ratibus ac lintribus iunctis transibant. Vbi per exploratores Cæsar certior factus est, treis iam copiarum partes Heluetios id flumen traduxisse, quartam * uerò partē citra flumen Ararim reliquam esse: de tertia uigilia cum legionibus tribus è castris profectus, ad eā partem peruenit, quæ nondum flumē transierat. Eos impeditos & inopinantes is aggressus, magnam partem eorum concidit: reliqui sese fugæ mandarunt, atq; in proximas syluas abdiderūt. Is pagus appellabatur Tigurinus. Nam omnis ciuitas Heluetia in quatuor pagos diuisa est. Hic pagus unus cùm domo exisset, patrum nostrorū memoria, L. Cassium consulem interfecerat, & eius exercitum sub iugum miserat. Ita siue casu, siue consilio deorum immortalium, quæ pars ciuitatis Heluetiæ insignem calamitatem pop. Rom. intulerat, ea princeps pœnas persoluit. Quam re Cæsar

non solùm publicas, sed etiam priuatas iniurias ultus est, quòd eius soceri, L. Pisonis auũ L. Pisonem legatum Tigurini eodem prælio, quo Cassiũ interfecerant. Hoc prælio facto reliquas copias Heluetiorum ut consequi posset, pontem in Arare faciendum curat: atq; ita exercitum traducit. Heluetij repentino eius aduentu commoti, quum id quod ipsi diebus x x ægerrimè confecerant, ut flumẽ trã
al. Cæsarem 29 sirent, * illũ uno die fecisse intelligerẽt, legatos ad eũ mittunt: cuius legationis Diuico princeps fuit, qui bello Cassiano dux Heluetiorũ fuerat. Is ita cũ Cæsare egit: Si pacem pop. Rom. cum Heluetijs faceret, in eam partem ituros, atq; ibi futuros Heluetios, ubi eos Cæsar constituisset, atq; esse uoluisset. Sin bello persequi perseueraret, reminiscerẽtur & ueteris incommodi pop. Ro. & pristinæ uirtutis Heluetiorum. Quòd improuisò unũ pagum adortus esset, quum ij qui flumen transissent, suis auxilium ferre nõ possent, ne ob eam rem, aut suæ magnopere uirtuti tribueret, aut ipsos despiceret: se ita à patribus maioribusq; suis didicisse, ut magis uirtute quàm dolo contẽderent, aut insidijs niterentur. Quare ne committeret, ut is locus, ubi cõstitissent, ex calamitate pop. Rom. & interal. ac necione exercitus nomẽ caperet, * aut memoriam proderet. Ius Cæsar ita respondit: Eò sibi minus dubitationis dari, quòd eas res, quas legati Heluetij cõmemorassent, memoria teneret, atq; eò grauius ferre, quò minus merito populi Ro. accidissent: qui si alicuius iniuriæ sibi cõscius fuisset, non fuisse difficile cauere: sed eo deceptum, quòd neq; commissum à se intelligeret, quare timeret, neq; sine causa timendũ putaret. Quòd si ueteris contumeliæ oblitus uelit: num etiam recentium iniuriarum, quòd eo inuito

uìto iter per prouinciam per uim tẽtassent, quòd Heduos, quòd Ambaros, quòd Allobroges uexassent, memoriam deponere posset? Quòd sua uictoria tã insolenter gloriarentur, quodq; se tandiu impunè * tulisse iniurias admirarentur, eódem pertinere. Consuêsse enim deos immortales, quò grauius homines ex commutatione rerũ doleãt, quos pro scelere eorũ ulcisci uelint, his secũdiores interdum res, & diuturniorẽ impunitatem cõcedere. Cum ea ita sint: tamẽ, si obsides ab his sibi dentur, uti ea quæ polliceãtur, facturos intelligat, & si Heduis de iniurijs, quas ipsis, socijsq; eorũ intulerint: itẽ si Allobrogibus satisfaciant: sese cum his pacem esse facturũ. Diuico respondit, ita Heluetios à maioribus suis institutos esse, uti obsides accipere, non dare consueuerint: eius rei pop. Rom. esse testẽ. Hoc responso dato, discessit. Postero die castra ex eo loco mouent. Idẽ Cæsar facit, equitatumq; omnem ad numerum quatuor millium, quẽ ex omni prouincia & Heduis atq; eorum socijs coactũ habebat, præmittit: qui uideãt, quas in parteis hostes iter faciant. Qui cupidius nouissimum agmen insecuti, alieno loco cũ equitatu Heluetiorum prælium committunt, & pauci de nostris cadunt. Quo prælio sublati Heluetij, quòd quingentis equitibus tantam multitudinem equitũ propulerant, audacius subsistere, nonnunquam ex nouissimo agmine, prælio nostros lacessere cœperunt. Cæsar suos à prælio continebat, ac satis habebat in præsentia, hostẽ rapinis populationibusq; prohibere. ita dies circiter XV iter fecerunt, uti inter nouissimum hostium agmen, & nostrum primum, non amplius quinis aut senis millibus passuum interesset. Interim ex quotidie Cæsar Heduos frumentum, quod essent publicè

* for. intuliſſe alijs

polliciti, flagitare. Nam propter frigora, quòd Gallia sub Septentrionibus (ut antè dictũ est) posita est, nõ modò frumenta in agris matura nõ erant, sed ne pabuli quidem satis magna copia suppetebat. Eo autem frumento, quod flumine Arare nauibus subuexerat, propterea minus uti poterat, quòd iter ab Arare Heluetij auerterant, à quibus discedere nolebat. Diẽ ex die ducere Hedui, conferri, cõportari, adesse dicere. Vbi se diutius duci intellexit Cæsar, & idiẽ instare, quo die frumentum militibus metiri oporteret, conuocatis eorũ principibus, quorũ magnã copiam in castris habebat, in his Diuitiaco & Liſco, qui summo magistratui præerant (quẽ Vergobretũ appellãt Hedui, qui creatur annuus, & uitæ necisq; in suos habet potestatẽ) grauiter eos accusat, quòd cùm neq; emi, neque ex agris sumi posset, tam necessario tẽpore, tam propinquis hostibus, ab his nõ subleuetur: præsertim cùm magna ex parte, eorũ precibus adductus, bellũ suscepe rit: multo etiam grauius, quòd sit destitutus, queritur. Tum demũ Liscus oratione Cæsaris adductus, quod antea tacuerat, proponit, esse nonnullos, quorum autoritas apud plebem plurimùm ualeat, qui priuatim plus possint, quàm ipsi magistratus: hos seditiosa atq; improba oratione multitudinem deterrere, ne frumentum conferant: * quòd præstare dicant, si iam principatũ Galliæ obtinere nõ possent, Gallorum, quàm Romanorũ imperia * præferre: neq; dubitare debeant, quin si Heluetios superauerint Romani, unà cum reliqua Gallia Heduis libertatẽ sint erepturi: ab ijsdem nostra consilia, quæq; in castris gerantur, hostibus enunciari. Hos à se coërceri non posse: quinetiam, quòd necessariam rẽ coactus Cæsari enunciarit, intelligere se, quan-

al. quod præstare debuerant. Si al. perfore:

se, quanto id cũ periculo fecerit: & ob eam causam quàm diu potuerit, tacuisse. Cæsar hac oratione Liscum Dumnorigem Diuitiaci fratrẽ designari sentiebat: sed quòd pluribus præsentibus eas res iactari nolebat, celeriter concilium dimittit: Liscũ retinet: quærit ex solo ea quæ in conuentu dixerat: dicit liberius, atq; audacius. Eadem secretò ab alijs quærit: reperit esse uera, ipsum esse Dumnorigẽ, summa audacia, magna apud plebẽ propter liberalitatem gratia, cupidum nouarum rerum, complureis annos portoria, reliquaq; omnia Heduorum uectigalia paruo precio redempta habere, propterea quòd illo licente, contrà liceri audeat nemo: his rebus, et suam rem familiarem auxisse, & facultates ad largiendũ magnas comparasse: magnum numerũ equitatus suo sumptu semper alere, & circum se habere: neq; solùm domi, sed etiam apud finitimas ciuitates largiter posse: atq; huius potentiæ causa matrem in Biturigibus homini illic nobilissimo ac potentissimo collocasse: ipsum ex Heluetijs uxorem habere: sororẽ ex matre, & propinquas suas nuptũ in alias ciuitates collocasse: fauere & cupere Heluetijs, propter eam affinitatem: odisse etiam suo nomine Cæsarẽ, & Romanos, quòd eorum aduentu potentia eius sit * imminuta, & Diuitiacus frater in antiquum locum gratiæ atque honoris sit restitutus. Si quid accidat Romanis, summam in spem regni obtinendi per Heluetios uenire: imperio populi Romani, non modò de regno, sed etiam de ea quam habeat, gratia desperare. Reperiebat etiam Cæsar inquirendo, quòd prælium equestre aduersum, paucis antè diebus esset factum, initium eius fugæ factum à Dumnorige, atque eius equitibus (nam equitatui quem auxilio Cæsari Hedui

* diminuta

misc-

miserant, Dumnorix præerat) eorumq; fuga reliquum esse equitatum perterritum. Quibus rebus cognitis, cùm ad has suspiciones certissimæ res accederent, quòd per fines Sequanorũ Heluetios traduxisset, quòd obsides inter eos dandos curasset, quòd ea omnia non modò iniussu suo, & ciuitatis, sed etiam inscientibus ipsis fecisset, quòd à magistratu Heduorum accusaretur, satis esse causæ arbitrabatur, quare in eum aut ipse animaduerteret, aut ciuitatem animaduertere iuberet. His omnibus rebus unum repugnabat, quòd Diuitiaci fratris summum in pop. Rom. studium, summã in se uoluntatem, egregiam fidem, iustitiam, temperantiam cognouerat. Nam ne eius supplicio Diuitiaci animũ offenderet, uerebatur. Itaq; priùs quàm quicquam conaretur, Diuitiacũ ad se uocari iubet, & quotidianis interpretibus remotis, per C. Valeriũ * Troacillũ principem Galliæ prouinciæ, familiarem suum, cui summam rerum omnium fidem habebat, cum eo colloquitur: simul commonefacit, quæ ipso præsente in consilio Gallorum de Dumnorige sint dicta, & ostendit, quæ separatim quisq; de eo apud se dixerit: petit atq; hortatur, ut sine eius offensione animi, uel ipse de eo causa cognita statuat, uel ciuitatẽ statuere iubeat. Diuitiacus multis cum lachrymis Cæsarem complexus, obsecrare cœpit, ne quid grauius in fratrẽ statueret: scire se illa esse uera, nec quẽquam ex eo plus, quàm se doloris capere, propterea quòd cùm ipse gratia plurimũ domi, atq; in reliqua Gallia, ille minimũ propter adolescentiã posset, per se * creuisset, quibus opibus ac neruis non solùm ad minuendam gratiam, sed penè ad perniciem suam uteretur: sese tamen & amore fraterno, & existimatione uulgi cõmoueri. Quòd si

83

al. Procillum

al. Procilium

al. creuisse.

quid

quid ei à Cæsare grauius accidisset, cùm ipse eum locũ amicitiæ apud eum teneret, neminem existimaturum non sua uoluntate factum: qua re futurum, uti totius Galliæ animi à se auerterentur. Hæc cùm pluribus uerbis flens à Cæsare peteret, Cæsar eius dexteram prehendit: consolatus, rogat finem orandi faciat: tanti eius apud se gratiam esse ostendit, uti & reipublicæ iniuriam, & suum dolorẽ eius uoluntati ac precibus condonet. Dumnorigem ad se uocat, fratrẽ adhibet, quæ in eo reprehendat, ostendit: quæ ipse intelligat, quæ ciuitas queratur, proponit: monet ut in reliquum tempus omnes suspiciones uitet, præterita se Diuitiaco fratri cõdonare dicit: Dumnorigi custodes ponit, ut quæ agat, quibus cum loquatur, scire possit. Eodem die ab exploratoribus certior factus, hostes sub monte cõsedisse, millia passuũ ab ipsius castris octo: qualis esset natura montis, & qualis in circuitu ascensus, qui cognoscerẽt, misit. Renũtiatũ est, facilem esse. De tertia uigilia T. Labienũ legatum propere cum duabus legionibus, & ijsdẽ ducibus, qui iter cognouerãt, summũ iugum montis ascẽdere iubet: quid sui cõsilij sit, ostendit. Ipse de quarta uigilia eodẽ itinere quo hostes ierant, ad eos contendit, equitatum omnem ante se mittit. P. Considius, qui rei militaris peritissimus habebatur,* & in exercitu L. Sylle, & postea in M. Crassi fuerat, cũ exploratoribus præmittitur. Prima luce, cùm summus mons à T. Labieno teneretur, ipse ab hostiũ castris non longius mille & quingentis passibus abesset, neq; (ut postea ex captiuis cõperit) aut ipsius aduentus, aut Labieni cognitus esset, Considius equo admisso ad eum accurrit: dicit montem, quem à Labieno occupari uoluerit, ab hostib. teneri: id se à Galli-

* quique in

eis

cis armis atque insignibus cognouisse. Cæsar suas copias in proximũ collem subducit, aciem instruit. Labienus, ut ei erat præceptũ à Cæsare, ne prælium committeret, nisi ipsius copiæ prope hostium castra uisæ essent, ut undique uno tempore in hosteis impetus fieret, monte occupato nostros expectabat, prælioq; abstinebat. Multo denique die per exploratores Cæsar cognouit, & montem à suis teneri, & Heluetios castra mouisse, & Considium timore perterritum, quod non uidisset, pro uiso sibi renunciasse. eo die, quo cõsuerat interuallo, hosteis sequitur, & millia passuum tria ab eorum castris castrà ponit. Postridie eius dici, quòd omnino biduũ supererat, cùm exercitui frumentũ metiri oporteret, & quòd à Bibracte oppido Heduorũ longè maximo ac copiosissimo, nõ amplius millibus passuũ XVIII aberat, rei frumentariæ prospiciendũ existimauit: iter ab Heluetijs auertit, ac Bibracte ire contendit. Ea res per fugitiuos L. Aemilij decurionis
34 equitum Gallorum hostibus nunciatur. Heluetij, seu quòd timore perterritos Romanos discedere à se existimarent, eò magis, quòd pridie superioribus locis occupatis, prælium nõ commisissent: siue eo quòd re frumentaria intercludi posse confiderent, commutato consilio, atq; itinere conuerso, nostros à nouissimo agmine insequi ac lacessere cœperunt. Postquã id animaduertit, copias suas Cæsar in proximũ collẽ subducit, equitatumq; qui sustineret hostium impetũ, misit. Ipse interim in colle medio triplicem
35 aciem instruxit, legionum quatuor ueteranorum: ita uti supra se in summo iugo duas legiones, quas in Gallia citeriore proximè cõscripserat, & omnia auxilia collocãrit, ac totũ montem hominibus complerit: interea sarcinas in

unum

unũ locum conferri, & eum ab ijs, qui in superiore acie constiterant, muniri iussit. Helvetij cũ omnibus suis carris secuti, impedimenta in unum locum contulerunt: ipsi cõfertissima acie reiecto nostro equitatu, phalange facta, sub primam nostram aciem successerunt. Cæsar primùm suo, deinde omnium è conspectu remotis equis, ut æquato omniũ periculo spem fugæ tolleret, cohortatus suos, prælium commisit. Milites è loco superiore pilis missis, facilè hostium phalangem perfregerunt: ea disiecta, gladijs districtis in eos impetũ fecerunt. Gallis magno ad pugnam erat impedimento, quòd pluribus eorum scutis uno ictu pilorum transfixis, & colligatis, cùm ferrum se inflexisset, neq; euellere, neq; sinistra impedita satis cõmodè pugnare poterant, multi ut diu iactato brachio, præoptarent scutũ manu emittere, & nudo corpore pugnare: tandem uulneribus defessi, & pedem referre, & quòd mons suberat circiter mille passuum, eò se recipere cœperunt. Capto monte, & succedentibus nostris, Boij & Tulingi, qui hominum millibus circiter xv. agmen hostium claudebant, & nouissimis præsidio erãt, ex itinere nostros latere aperto aggressi circumuenêre. id cõspicati Helvetij, qui in montem se receperant, rursus instare, & prælium redintegrare cœperunt. Romani conuersa signa bipartitò intulerunt: prima ac secunda acies, ut uictis ac summotis resisterent: tertia ut uenientes sustineret: ita ancipiti prælio diu atq; acriter pugnatum est. diutius cùm nostrorum impetum sustinere non possent, alteri se (ut cœperant) in montem receperunt, alteri ad impedimenta & carros suos se contulerunt. Nam hoc toto prælio cùm ab hora septima ad uesperum pugnatum sit, aduersum hostem

uidere

uidere nemo potuit: ad multam noctem etiam ad impedimenta pugnatũ est: propterea quòd pro uallo carros obiecerant, & è loco superiore in nostros uenientes tela cõ-
37 ijciebant, & nonnulli inter carros rotasq; , mazaras ac tragulas subijciebãt, nostrosq; uulnerabant. Diu cùm esset pugnatum, impedimentis, castrisq; nostri potiti sunt. ibi Orgetorigis filia, atq; unus è filijs captus est. Ex eo prælio circiter hominum millia CXXX. superfuerũt: eaq; tota nocte cõtinenter ierunt. nullã partẽ noctis itine-
38 re intermisso, in fines Lingonum die quarto peruenerũt: cùm & propter uulnera militum, & propter sepulturam occisorum, nostri triduũ morati, eos sequi nõ potuissent. Cæsar ad Lingones literas, nunciosq; misit, ne eos frumento, neue alia re iuuarẽt: qui si iuuissent, se eodẽ loco illos, quo Heluetios habiturum. Ipse triduo intermisso, cum omnibus copijs eos sequi cœpit. Heluetij omniũ rerũ inopia adducti, legatos de deditione ad eũ miserũt. Qui cùm eũ in itinere conuenissent, seq; ad pedes proiecissent, suppliciterq; locuti, flentes pacẽ petissent, atq; eos in eo loco quo tum essent, suum aduentum expectare iussisset, paruerunt. Eò postquam Cæsar peruenit, obsides, arma, seruos qui ad eos profugissent, poposcit. Dum ea conquiruntur, & cõferuntur, nocte intermissa, circiter hominũ
al. Vbiz genus millia sex eius pagi, qui * Verbigenus appellatur, siue timore perterriti, ne armis traditis supplicio afficerentur,
39 siue spe salutis inducti, quòd in tanta multitudine deditiorũ, suã fugã aut occultari, aut omnino ignorari posse existimarẽt, prima nocte ex castris Heluetiorum egressi, ad Rhenum, finesq; Germanorum contenderunt. Quod ubi Cæsar resciuit, quorum per fines ierant, ijs uti cõquirerent,

rerent & reducerẽt, si sibi purgati esse uellẽt, imperauit: reductos in hostium numero habuit. Reliquos omnes, obsidibus, armis, perfugis traditis, in deditionẽ accepit. Heluetios, Tulingos, Latobrigos, in fines suos, unde erãt profecti, reuerti iußit: & quòd omnib. frugib. amißis, domi nihil erat, quo famẽ tolerarent, Allobrogibus imperauit, ut ijs frumenti copiã facerent: ipsos oppida, uicosq; quos incenderãt, restituere iußit. Id ea maximè ratione fecit, quòd noluit eum locum, unde Heluetij discesserant, uacare: ne propter bonitatem agrorũ, Germani qui trans Rhenum incolunt, è suis finibus in Heluetiorũ fines transirent, & finitimi Galliæ prouinciæ, Allobrogibusq; essent. Boios petentib. Heduis, quòd egregia uirtute erant cogniti, ut in finibus suis collocarent, conceßit: quibus illi agros dederũt, * eosq; postea in parẽ iuris libertatisq; cõditionem, atq; ipsi erant, receperunt. In castris Heluetiorum tabulæ repertæ sunt, literis Græcis cõfectæ, & ad Cæsarem perlatæ: quibus in tabulis nominatim ratio confecta erat, qui numerus domo exisset eorum qui arma ferre possent, & item separatim pueri, senes, mulieresq;: quarum omnium rerum summa erat, capitũ Heluetiorũ millia CCLXIII. Tulingorum millia XXXVI. Latobrigorum XIII. Rauracorum* XXIII. Boiorũ XXXII. Ex his qui arma ferre possent, ad millia nonagintaduo. Summa omniũ fuerunt ad millia CCCLXVIII. Eorum qui domũ redierunt, censu habito, ut Cæsar imperauerat, repertus est numerus millium C. & X. Bello Heluetiorum confecto, totius ferè Galliæ legati, principes ciuitatum ad Cæsarem gratulatũ conuenerunt: intelligere sese, tametsi pro ueteribus Heluetiorum iniurijs populus Rom. ab his pœnas

40

al. q̃sq̃

41

al. XXXIII.

42

43

bello repetisset, tamen eam rẽ nõ minus ex usu terræ Galliæ, quàm po. Ro. accidisse, propterea quòd eo cõsilio florẽtißimis rebus domos suas Heluetij reliquissent, uti toti Galliæ bellum inferrent, imperioq; potirentur, locumq; domicilio ex magna copia deligerent, quem ex omni Gallia opportunißimum & fructuosißimũ iudicassent, reliquasq; ciuitates stipendiarias haberent. Petierunt, uti sibi concilium totius Galliæ in diem certam indicere, idq; Cæsaris uoluntate facere liceret: sese habere quasdã res, quas è communi consensu ab eo petere uellent. Ea re permissa diem concilio constituerunt, & iureiurando ne quis enũciaret, nisi quibus communi consilio mandatum esset, inter se sanxerũt. Eo concilio dimisso, ijdem principes ciuitatum, qui antè fuerant, ad Cæsarem reuerterunt, petierũtq;, uti sibi secretò et * occultò de sua, omniumq; salute cum eo agere liceret. Ea re impetrata, sese omnes flentes Cæsaris ad pedes proiecerunt. Non minus se id contendere, & laborare, ne ea quæ dixissent, enunciarentur, quàm uti ea quæ uellent, impetrarent: propterea quòd si enunciatum esset, summum in cruciatum se uenturos uiderent. Locutus est pro his Diuitiacus Heduus, Galliæ totius factiones esse duas. Harum alterius principatum tenere Heduos, altetius Aruernos. Hi cùm tantopere de potentatu inter se multos annos contenderent, factum esse uti ab Aruernis, Sequanisq; Germani mercede accerserentur. Ho-
44 rum primò circiter millia x v. Rhenum transisse: posteaquam agros, & cultũ, & copias Gallorum homines feri ac barbari adamassent, traductos plureis, nũc esse in Gallia ad c. & x x millium numerum. Cum his Heduos eorumq; clientes semel atque iterum armis contendisse,

magnam

* al. in occulto

supplex ac cessus.

magnam calamitatem pulsos accepisse, omnem nobilitatem, omnem senatum, omnem equitatũ amisisse. Quibus
prælijs, calamitatibusq; fractos, qui & sua uirtute, & populi Rom. hospitio atq; amicitia plurimum ante in Gallia potuissent, coactos esse Sequanis obsides dare nobilissimos ciuitatis, & iureiurando ciuitatem obstringere, sese neq; obsides repetituros, neque auxilium à populo Rom. imploraturos, neq; recusaturos quo minus perpetuò sub illorum ditione atq; imperio essent. Vnum se esse ex omni ciuitate Heduorum, qui adduci non potuerit, ut iuraret, aut suos liberos obsides daret. Ob eam rem se ex ciuitate profugisse, & Romam ad Senatum uenisse auxiliũ postulatum, quòd solus neq; iureiurando, neque obsidibus teneretur. Sed peius uictoribus Sequanis, quàm Heduis uictis 45
accidisse: propterea quòd Ariouistus Rex Germanorum in eorũ finibus consedisset, tertiamq; partem agri Sequani, qui esset optimus totius Galliæ, occupasset, & nunc de altera parte tertia Sequanos decedere iuberet, propterea quòd paucis mẽsibus antè, Harudum millia hominum ui- 46
gintiquatuor ad eũ uenissent, quibus locus ac sedes parарentur: futurum esse paucis annis, uti omnes è Galliæ finibus pellerentur, atque omnes Germani Rhenum transirent. Neq; enim conferendum esse Gallicum cum Germanorum agro, neq; hanc consuetudinẽ uictus cum illa comparandam. Ariouistum autem, ut semel Gallorum copias
prælio uicerit, quod prælium factum sit Amagetobriæ, su- 47
perbè & crudeliter imperare, obsides nobilissimi cuiusque liberos poscere, & in eos omnia exempla cruciatus edere, si qua res non ad nutum, aut ad uoluntatẽ eius facta sit: hominem esse barbarum, iracundum, temerarium: nõ

posse eius imperia diutius sustineri. Nisi quid in Cæsare populoq; Ro. sit auxilij, omnibus Gallis idem esse faciendum, quod Heluetij fecerint, ut domo emigrent, aliud domicilium, alias sedes remotas à Germanis petant, fortunamq;, quæcunq; accidat, experiantur. Hæc si enunciata Arioui sto sint, non dubitare, quin de omnibus obsidibus, qui apud eum sint, grauissimũ suppliciũ sumat. Cæsarem uel autoritate sua, atq; exercitus, uel recenti uictoria, uel nomine populi Rom. deterrere posse, ne maior multitudo Germanorum Rhenũ traducatur, Galliamq; omnem ab Arioui sti iniuria posse defendere. Hac oratione à Diuitiaco habita, omnes qui aderãt, magno fletu auxilium à Cæsare petere cœperunt. Animaduertit Cæsar, unos ex omnibus Sequanos nihil earum rerum facere, quas cæteri facerent, sed tristes capite demisso terrã intueri. Eius rei quæ causa esset, miratus, ex ipsis quæsiuit. Nihil Sequani respondere, sed in eadem tristitia taciti permanere. Cùm ab his sæpius quæreret, neq; ullam omnino uocem exprimere posset: idem Diuitiacus Heduus respõdit, hoc esse miseriorem & grauiorem fortunam Sequanorum, quàm reliquorum, quòd soli ne in occulo quidem queri, nec auxilium implorare auderent, absentisq; Arioui sti crudelitatem, ueluti si coràm adesset, horrerent, propterea quòd reliquis * tamẽ fugæ facultas daretur: Sequanis uerò, qui intra fines suos Arioui stũ recepissent, * quorũq; oppida omnia in potestate eius essent, omnes cruciatus essent perferendi. His rebus cognitis, Cæsar Gallorũ animos uerbis confirmauit, pollicitusq; est sibi eam rem curæ futuram: magnam se habere spem, & beneficio suo & autoritate adductum Arioui stum, finem iniurijs facturum. Hac oratione

al. tantũ

al. q̃rum

tione habita concilium dimisit: & secũdùm ea multæ res eum hortabãtur, quare sibi eam rem cogitandam & suscipiendã putaret: in primis quòd Heduos, fratres consanguineosq; sæpenumerò ab Senatu appellatos, in seruitute atq; in ditione uidebat Germanorũ teneri, eorumq; obsides esse apud Ariouistum ac Sequanos intelligebat: quod in tanto imperio populi Rom. turpißimum sibi ac Reipublicæ esse arbitrabatur. Paulatim autẽ Germanos consuescere Rhenum transire, & in Galliam magnã eorum multitudinẽ uenire, populo Rom. periculosum uidebat: neque sibi homines feros ac barbaros obtemperaturos existimabat: quin cùm omnem Galliam occupassent, ut antè Cimbri Teutoniq; fecissent, in prouinciã exirent, atq; inde in Italiam contenderent: præsertim cùm Sequanos à prouincia nostra Rhodanus diuideret. Quibus rebus quàm maturrimè occurrendum putabat. Ipse autem Ariouistus tantos sibi spiritus, tantam arrogantiã sumpserat, ut ferẽdus nõ uideretur. Quamobrem placuit ei, ut ad Ariouistum legatos mitteret, qui ab eo postularent, ut aliquem locum medium utriusq; colloquio deligeret, uelle sese de Repub. & summis utriusq; rebus cum eo agere. Ei legationi Ariouistus respõdit, si quid ipsi à Cæsare opus esset, sese ad eum uenturum fuisse: si quid ille à se uelit, illum ad se uenire oportere. Præterea se neq; sine exercitu in eas parteis Galliæ uenire audere, quas Cæsar poßideret: neque exercitũ sine magno commeatu atq;* emolumento in unum locum contrahere posse: sibi autem mirum uideri, quid in sua Gallia, quam bello uicisset, aut Cæsari, aut omnino pop. Romano negocij esset. His responsis ad Cæsarem relatis, iterum ad eum Cæsar legatos cum his mandatis mit-

48

Legatio

Ariouis respõsum

fortè, molimento

Legatio

tit: Quoniam tanto suo, populiq; Rom. beneficio affectus, cùm in consulatu suo rex atq; amicus à Senatu appellatus esset, hãc sibi populoq; Rom. gratiam referret, ut in collo quium uenire inuitatus grauaretur, neq; de cõmuni re dicendum sibi & cognoscendũ putaret: hæc esse quæ ab eo postularet. Primùm, ne quam multitudinem hominũ amplius trãs Rhenum in Galliam traduceret: deinde obsides quos haberet ab Heduis, redderet: Sequanisq; permitteret, ut quos illi haberẽt, uolũtate eius reddere illis liceret: néue Heduos iniuria lacesseret, néue his socijsq; * eorum bellum inferret. Si id ita fecisset, sibi populoq; Rõ. perpetuam gratiã atq; amicitiam cum eo futurã: si id non impetraret, quoniam M. Messala, L. Pisone consulibus, senatus censuisset, uti quicũq; Galliam prouinciã obtineret, quod commodo Reipublicæ facere posset, Heduos cæterosq; amicos populi Romani defenderet, se Heduorum iniurias non neglecturum. Ad hæc Arioui*stus* respondit, ius esse belli, ut qui uicissent, ijs quos uicissent, quemadmodũ uellent, imperarent: item populum Romanum uictis non ad alterius præscriptũ, sed ad suum arbitrium imperare consuéesse: si ipse populo Romano non præscriberet, quemadmodum suo iure uteretur, non oportere se à populo Romano in * suo impediri. Heduos sibi, quoniam belli fortunam tentassent, & armis congressi ac superati essent, stipẽdiarios esse factos. Magnam Cæsarem iniuriam facere, qui suo aduẽtu uectigalia sibi deteriora faceret. Heduis se obsides redditurum non esse, neq; ijs, neq; eorũ socijs iniuria bellum illaturum, si in eo manerent, quod * cõuenissent, stipendium q; quotannis pénderent. Si id non fecissent, longè his fraternum nomen populi Romani abfuturum,

al. ipsorũ

al. suo in re impediri.

al. conuenisset,

rum. Quòd sibi Cæsar denũciaret, se Heduorum iniurias non neglecturum, neminem secum sine sua pernicie contendisse: quum uellet, congrederetur. Intellecturum quid inuicti Germani, exercitatissimi in armis, qui intra annos quatuordecim tecti nõ subissent, uirtute possent. Hæc autem eodẽ tempore Cæsari mandata referebãtur, & legati ab Heduis, * Treuiris ueniebant: Hedui questũ, quòd Harudes, qui nuper in Galliam transportati essent, fines eorum popularẽtur, sese ne obsidibus quidẽ datis pacem Ariouisti redimere potuisse: Treueri autem, pagos centum Sueuorum ad ripam Rheni consedisse, qui Rhenũ transire conarẽtur: his præesse Nasuam & Cimberiũ fratres. Quibus rebus Cæsar uehementer commotus, maturandũ sibi existimauit: ne si noua manus Sueuorum cum ueteribus copijs Ariouisti sese coniunxisset, minus facilè resisti posset. Itaq; re frumentaria quàm celerrimè potuit comparata, magnis itineribus ad Ariouistum cõtendit. Quum tridui uiam processisset, nunciatum est ei, Ariouistum cum suis omnibus copijs ad occupandum Vesontionem (quod est oppidum maximum Sequanorũ) contendere, triduiq; uiam à suis finibus processisse. Id ne accideret, magnopere præcauendum sibi Cæsar existimabat. Nanque omnium rerum quæ ad bellum usui erant, summa erat in eo oppido facultas: idq; natura loci sic muniebatur, ut magnam ad ducendum bellum daret facultatem: propterea quòd flumen * Alduasdalis, ut circino circunductum penè totum oppidum cingit: reliquum spacium, quod non est amplius pedum sexcentorum, quà flumen intermittit, mons continet magna altitudine, ita ut radices eius montis ex utraque parte ripæ fluminis contingant. Hunc murus

al. & Treuiris

49

50

51

al. Alduabis uel Alduasdubis.

circundatus arcem efficit, & cum oppido coniungit. Huc Cæsar magnis diurnis, nocturnisq; itineribus contendit, occupatoq; oppido, ibi præsidium collocat. Dum paucos dies ad Vesontionẽ rei frumentariæ, commeatusq; causa moratur, ex percunctatione nostrorum, uocibusq; Gallorum ac mercatorum, qui ingenti magnitudine corporum Germanos, incredibili uirtute atq; exercitatione in armis esse prædicabãt, & sæpenumerò sese cũ his cõgressos, ne uultum quidem, atque aciem oculorũ dicebant ferre potuisse, tantus subitò timor omnem exercitum occupauit, ut non mediocriter omnium mentes animosq; perturbaret. Hic primùm ortus est * timor à tribunis militũ, ac præfectis, reliquisq; qui ex urbe amicitiæ causa Cæsarẽ sequuti, non magnum periculum miserabantur, quòd non magnum in re militari usum habebãt: quorum alius alia causa illata, quam sibi ad proficiscendũ necessariã esse * diceret, petebat, ut eius uoluntate discedere liceret. Nonnulli pudore adducti, ut timoris suspicionem uitarent, remanebant. Hi neq; uultum fingere, neq; interdũ lachrymas tenere poterant: abditi in tabernaculis, aut suum fatũ querebantur, aut cum familiaribus suis commune periculum miserabantur: uulgò totis castris testamenta obsignabantur. Horum uocibus ac timore paulatim etiam hi, qui magnũ in castris usum habebãt, milites, centurionesq;, quiq; equitatui præerant, perturbabãtur. Qui se ex his minus timidos existimari uolebant, non se hostem uereri, sed angustias itineris, & magnitudinẽ syluarum, quæ inter eos atq; Ariouistum intercederent, aut rem frumentariam, ut satis commodè supportari posset, timere dicebant. Nonnulli etiam Cæsari renunciabant, quum castra moueri, ac

Rumor de Gallorum.

Romanorum trepidatio.

() Quædam exemplaria non habent.

al. duceret,

Timor militum.

ac signa ferri iussisset, non fore dicto audientes milites, neq; propter timorem signa laturos. Hæc quum animaduertisset Cæsar, conuocato concilio, omniumq; ordinum ad id concilium adhibitis centurionibus, uehementer eos incusauit: Primùm, quòd aut quam in partẽ, aut quo consilio ducerentur, sibi quærendum aut cogitandum putarent. Ariouistum se consule cupidissimè pop. Ro. amicitiã appetisse: cur igitur hunc tam temerè quisquã ab officio discessurũ iudicaret? Sibi quidem persuaderi, cognitis suis postulatis, atq; æquitate conditionis perspecta, eum neq; suam neq; pop. Rom. gratiam repudiaturum. Quòd si furore atque amentia impulsus, bellum intulisset, quid tandem uererentur? aut cur de sua uirtute, aut de ipsius diligentia desperarent? Factum eius hostis periculum patrum nostrorum memoria, quum Cimbris & Teutonis à C. Mario pulsis, non minorem laudem exercitus, quàm ipse Imperator meritus esse uidebatur. Factum etiam nuper in 52
Italia seruili tumultu: quos tamen aliquis usus ac disciplina, quam à nobis accepissent, subleuaret. Ex quo iudicari posset, quantum haberet in se boni constantia: propterea quòd quos aliquandiu inermes sine causa timuissent, hos postea armatos ac uictores superassent. Deniq; hos esse eosdem Germanos, quibus cum sæpenumerò Heluetij cõgressi, non solum in suis sedibus, sed etiam in illorum finibus plerunq; superassent, qui tamẽ pares esse nostro exercitui non potuerint. Si quos aduersum prælium & fuga Gallorum commoueret, hos si quærerent, reperiri posse diuturnitate belli defatigatis Gallis, Ariouistum, quũ mul- 53
tos menses castris ac paludibus se cõtinuisset, neq; sui potestatem feciss et, desperantes iam de pugna, & dispersos,

subitò adortum, magis ratione ac cõsilio, quàm uirtute uicisse: cui rationi contra homines barbaros atq; imperitos locus fuisset. Hac ne ipsum quidem sperare nostros exercitus capi posse. Qui suum timorẽ in rei frumentariæ simulationem, angustiasq; itineris conferrent, facere arroganter, quum aut de officio imperatoris desperare, aut ei
al. uidentur. præscribere* auderent. Hæc sibi esse curæ: frumentũ Sequanos, Leucos, Lingones subministrare, iamq; esse in agris frumẽta matura. De itinere ipsos breui tẽpore iudicaturos. Quòd nõ fore dicto audientes milites, neq; signa laturi dicantur, nihil se ea re cõmoueri: scire enim, quibuscunq; exercitus dicto audiens nõ fuerit, aut malè re gesta fortunã defuisse, aut aliquo facinore cõperto, auaritiã esse* cõiunctã. Suã innocentiã perpetua uitæ felicitate, Helal. cõiunctam. uetiorum bello esse perspectã. Itaq; se quod in longiorem al. tentaturum. diẽ collaturus fuisset, * repræsentaturũ, et proxima nocte de quarta uigilia castra moturũ, ut quàm primùm intelligere posset, utrum apud eos pudor atq; officiũ, an timor plus ualeret. Quòd si præterea nemo sequatur, tamen se cum sola decima legione iturum, de qua nõ dubitaret, sibiq; eam prætoriam cohortem futuram. Huic legioni Cæsar & indulserat præcipuè, & propter uirtutem confidebat maximè. Hac oratione habita, mirum in modum conuersæ sunt omnium mentes, summaq; alacritas, & cupiditas belli gerendi innata est. Princepsq; decima legio per tribunos militum ei gratias egit, quòd de se optimũ iudicium fecisset, seq; esse ad bellum gerendũ paratißimã confirmauit. Deinde reliquæ legiones per tribunos militũ, & primorum ordinum centuriones egerũt, uti Cæsari satisfacerent: se neq; unquam dubitasse, neq; timuisse, neq; de

summa

summa belli suum iudicium, sed imperatoris esse existimauisse. Eorum satisfactione accepta, & itinere exquisito per Diuitiacum, quòd ex alijs Gallis ei maximam fidem habebat, ut millium amplius quinquaginta circuitu locis apertis exercitum duceret, de quarta uigilia, ut dixerat, profectus est. Septimo die, quum iter non intermitteret, ab exploratoribus certior factus est, Ariouisti copias à nostris millibus passuum quatuor & uiginti abesse. Cognito Cæsaris aduentu, Ariouistus legatos ad eum mittit, quòd antea de colloquio postulasset, id per se fieri licere: quoniam propius accessisset, seq; id sine periculo facere posse existimaret. Non respuit conditionem Cæsar, iamq; eum ad sanitatem reuerti arbitrabatur, quum id quod antea petenti denegasset, ultrò polliceretur: magnamq; in spem ueniebat, pro suis tantis, populiq; Romani in eum beneficijs, cognitis suis postulatis, fore, uti pertinacia desisteret. Dies colloquio dictus est, ex eo die quintus. Interim cùm sæpe ultrò citroq; legati inter eos mitterentur, Ariouistus postulauit, ne quem peditem ad colloquium Cæsar adduceret: uereri se, ne per insidias ab eo circumueniretur: uterque cum equitatu ueniret, alia ratione se non esse uenturum. Cæsar quòd neq; colloquium interposita causa tolli uolebat, neque salutem suam Gallorum equitatui committere audebat: commodissimum esse statuit, omnibus equis, Gallis equitibus detractis, legionarios* eò milites legionis decimæ (cui quàm maxime confidebat) imponere, ut præsidiũ quàm amicissimũ, si quid opus facto esset, haberet. Quod cùm fieret, non irridiculè quidam ex militibus decimæ legionis dixit, plus quàm pollicitus esset, Cæsarem facere: pollicitum esse

* al. in eos

esse in cohortis se prætoriæ loco decimam legionem habi turum, nunc ad equũ rescribere. Planicies erat magna, & in ea tumulus terreus satis grandis. Hic locus æquo ferè spacio ab castris utriusq; aberat. eò, ut erat dictum, ad colloquium uenerunt. legionem Cæsar, quã equis deuexerat, paßibus ducentis ab eo tumulo constituit. Item equites Ariouisti pari interuallo cõstiterunt. Ariouistus, ut ex equis colloquerentur, & præter se, denos ut ad colloquium adducerent, postulauit. Vbi eò uentum est, Cæsar initio orationis, sua senatusq; in eum beneficia cõmemorauit, quòd rex appellatus esset à senatu, quòd amicus, quòd munera * amplißimè missa. Quam rem & paucis contigisse, & à Romanis pro maximis hominum officijs consueuisse tribui docebat. Illum, quum neq; aditum, neq; causam postulandi iustam haberet, beneficio ac liberalitate sua ac senatus ea præmia consecutum. Docebat etiam, quàm ueteres, quamq; iustæ causæ neceßitudinis ipsis cũ Heduis intercederẽt: quæ senatusconsulta, quoties, quamq; honorifica in eos facta essent: ut omni tẽpore totius Galliæ principatum Hedui tenuissent, prius etiã quàm nostram amicitiam appetissent. Populi Rom. hanc esse cõsuetudinem, ut socios atq; amicos non modò sui nihil deperdere, sed gratia, dignitate, honore auctiores uelit esse. Quod uerò ad amicitiam populi Rom. attulissent, id his eripi, quis pati posset? Postulauit deinde eadem, quæ legatis in mandatis dederat, ne aut Heduis, aut eorum socijs bellum inferret, obsides redderet: si nullam partẽ Germanorũ domum remittere posset, at ne quos amplius Rhenum transire pateretur. Ariouistus ad postulata Cæsaris pauca respondit: de suis uirtutibus multa prædicauit: transisse Rhenum

Cæsaris et Ariouisti colloquiũ.

amplissima

sese

sese non sua sponte, sed rogatum & accersitum à Gallis, non sine magna spe, magnisq; præmijs domum, propinquosq; reliquisse: sedes habere in Gallia ab ipsis cõcessas, obsides ipsorum uoluntate datos, stipendium capere iure belli, quod victores victis imponere consueuerint: nõ sese Gallis, sed Gallos sibi bellum intulisse, omneis Galliæ ciuitates ad se oppugnãdum uenisse, ac contra se castra habuisse, eas omneis copias uno ab se prælio * fusas ac superatas esse: si iterũ experiri uelint, paratũ * se decertare: sin * pacẽ malint, iniquũ esse de stipendio recusare, quod sua uoluntate ad id tempus dependerint. Amicitiam pop. Romani sibi ornamento & præsidio, non detrimento esse oportere, idq; se ea spe petisse. Si per populum Rom. stipendium remittatur, & deditij subtrahantur, non minus libenter sese recusaturum populi Rom. amicitiã, quàm appetierit. Quòd multitudinẽ Germanorum in Galliam traducat, id se sui muniendi, nõ Galliæ oppugnandæ causa facere: eius rei testimonium esse, quòd nisi rogatus non uenerit, & quòd bellum nõ intulerit, sed defenderit. Se prius in Galliam uenisse, quàm populum Rom. Nunquam ante hoc tẽpus exercitum populi Rom. Galliæ prouinciæ * finibus egressum. Quid sibi uellet, cur in suas possessiones ueniret? Prouinciã suam esse hanc Galliã, sicuti illam nostrã. Vt * ipsi concedi nõ oporteret, si in nostros fines impetum faceret: sic itẽ nos esse iniquos, quòd in suo iure se interpellaremus. Quod ex S. C. Heduos appellatos amicos * diceret: nõ se tã barbarũ, neq; tam imperitũ esse rerum, ut nõ sciret, neq; bello Allobrogũ proximo, Heduos Romanis auxiliũ tulisse, neq; ipsos in his contentionibus, quas Hedui secũ & cum Sequanis habuissent, auxilio populi

pulsas
esse
pace uti
fines ingressum. al. fines egressũ.
sibi
et fratres
56

al. usos esse : se fusp. usos esse: ea re se fusp. al. Qui

puli Rom.* usos esse: debere se suspicari, simulata Cæsarē amicitia, quòd exercitum in Gallia habeat, sui opprimendi causa habere.* Quòd nisi decedat, aut exercitū deducat ex his regionibus, sese illum non pro amico, sed pro hoste habiturū. Quòd si eum interfecerit, multis sese nobilibus, principibusq; populi Romani gratum esse facturū. Id se ab ipsis per eorum nuncios compertum habere, quorum omnium gratiā atq; amicitiam eius morte redimere posset. Quòd si discessisset, ac liberā sibi possessionem Galliæ tradidisset, magno se illum præmio remuneraturum: & quæcunq; bella geri uellet, sine ullo eius labore & periculo confecturum. Multa à Cæsare in eam sententiam dicta sunt, quare negotio desistere non posset, & neq; suā, neq; pop. Rom. consuetudinem pati, uti optimè meritos socios desereret: neque se iudicare Galliam potius esse Ariouisti,
57 quàm populi Rom. Bello superatos esse Aruernos & Rutenos à Qu. Fabio Maximo: quibus populus Romanus ignouisset, neq; in prouinciā redegisset, neq; stipendiū imposuisset. Quòd si antiquissimum quoq; tempus spectari oporteret, populi Romani iustissimum esse in Gallia imperiū. Si iudiciū Senatus obseruari oporteret, liberam debere esse Galliam, quā bello uictā, suis legibus uti uoluisset. Dum hæc in colloquio geruntur, Cæsari nunciatū est, equites Ariouisti propius tumulū accedere, & ad nostros adequitare, lapides, telaq; in nostros conijcere. Cæsar loquendi finē fecit: seq; ad suos recepit, suisq; imperauit, ne quod omnino telum in hostes reijcerent. Nam etsi sine ul-
(uacat) lo periculo legionis delectæ, cōmissum cum equitatu prælium fore uidebat: tamen committendum non putabat, ut pulsis hostibus dici posset, eos à se per fidem in colloquio

circ

circunuentos. Postea quam in uulgus militum relatum est, qua arrogantia in colloquio Ariouistus usus, omni Gallia Romanis interdixisset, impetumq; in nostros eius equites fecissent, eaq; res colloquiũ ut diremisset: multo maior alacritas, studiumq; pugnandi maius exercitui iniectũ est. Biduo pòst Ariouistus legatos ad Cæsarem mittit, uelle se de his rebus, quæ inter eos agi cœptæ, neq; perfectæ essẽt, agere cum eo, uti aut iterũ colloquio diẽ constitueret: aut si id minus uellet, ex suis legatis aliquẽ ad se mitteret. Colloquendi Cæsari causa uisa non est, & eo magis, quòd pridie eius diei Germani retineri non potuerint, quin in nostros tela conijcerent. Legatum è suis sese magno cum periculo ad eum missurũ, & hominibus feris obiecturũ existimabat. Cõmodissimũ uisum est, M. Valerium Procillũ, C. Valerij Caburi filium, summa uirtute & humanitate adolescentem, cuius pater à C. Valerio Flacco ciuitate donatus erat, & propter fidem, & propter linguæ Gallicæ scientiam, qua multa iam Ariouistus * longinqua consuetudine utebatur, & quòd in eo peccãdi Germanis causa non esset, ad eum mittere: & unà Marcum Titium, qui hospitio Ariouisti * usus erat. His mandauit, ut quæ diceret Ariouistus, cognoscerẽt, & ad se referrent. Quos cùm apud se in castris Ariouistus cõspexisset, exercitu suo præsente, conclamauit, quid ad se uenirent, an speculandi causa? Conantes dicere prohibuit, & in catenas coniecit. Eodem die castra promouit, & millibus passuum sex à Cæsaris castris sub mõte consedit. Postridie eius diei præter castra Cæsaris suas copias traduxit, & millibus passuum duobus ultra eum castra fecit: eo cõsilio, uti frumento, cõmeatuq; qui ex Sequanis & Heduis supportarentur,

al. longa ars pugnandi

al. utebatur.

Cæsarem

Cæsarẽ intercluderet. Ex eo die dies cõtinuos quinq; Cæsar pro castris suas copias produxit, & aciem instructam habuit, ut si uellet Ariouistus prælio contendere, ei potestas non deesset. Ariouistus his omnibus diebus exercitum castris continuit: equestri prælio quotidie contendit. Genus hoc erat pugnæ, quo se Germani exercuerant. Equitum millia erant sex, totidem numero pedites uelocissimi ac fortissimi, quos ex omni copia singuli singulos, suæ salutis causa delegerant. Cum his in prælijs uersabantur, ad eos se equites recipiebãt. Hi, si quid erat durius, cõcurrebant. Si qui grauiore uulnere accepto, equo decidérãt, circũsistebãt. Si quò erat longius prodeundũ, aut celerius recipiendum, tanta erat horũ exercitatione celeritas, ut iubis equorũ subleuati, cursum adæquarẽt. Vbi eum castris sese tenere Cæsar intellexit, nec diutius cõmeatu prohiberetur, ultra eum locum, quo in loco Germani cõsederant, circiter passus sexcentos ab his castris idoneum locũ delegit, acieq; triplici instructa, ad eum locum uenit. Primã et secundã aciem in armis esse, tertiã castra munire iussit. Hic locus ab hoste circiter passus sexcentos (uti dictũ est) aberat: eò circiter hominum numero XVI. millia expedita cum omni equitatu Ariouistus misit, quæ copiæ nostros perterrerent, & munitione prohiberent. Nihilo secius Cæsar, ut antè cõstituerat, duas acies hostem propulsare, tertiã opus perficere iussit. Munitis castris, duas ibi legiones reliquit, & partem auxiliorũ: quatuor reliquas in castra maiora reduxit. Proximo die instituto suo Cæsar ex castris utrisq; copias suas eduxit, paululumq; à maioribus castris progressus, aciẽ instruxit, hostibusq; pugnandi potestatẽ fecit. Vbi ne tum quidem eos prodire intellexit,

tellexit, circiter meridiem exercitũ in castra reduxit. Tũ demum Ariouistus partem suarum copiarum, quæ castra * minora oppugnaret, misit. Acriter utrinq; usq; ad uesperum pugnatum est. Solis occasu suas copias Ariouistus, multis & illatis & acceptis uulneribus, in castra reduxit. Cùm ex captiuis quæreret Cæsar, quamobrem Ariouistus prælio non decertaret, hanc reperiebat causam, quòd apud Germanos ea cõsuetudo esset, ut matres familiâs eorũ sortibus, uaticinationibus declararẽt, utrũ prælium committi ex usu esset, nécne. Eas ita dicere, nõ esse fas Germanos superare, si ante nouam lunam prælio contendissent. Postridie eius diei Cæsar præsidiũ utrisq; castris, quod satis esse uisum est, reliquit. Omnes alarios in conspectu ho- 58
stium pro castris minoribus cõstituit, quo minus multitudine militũ legionariorũ pro hostium numero ualebat, ut ad speciẽ alarijs uteretur. Ipse triplici instructa acie, usq; ad castra hostiũ acceßit. Tum uerò demũ necessariò Germani suas copias è castris eduxerunt, generatimq; constiterunt, paribusq; interuallis, Harudes, Marcomãnos, Tri 59
boces, Vangiones, Nemetes, Sedusios, Sueuos, omnemq; 60
aciem suã rhedis & carris circundederunt, ne qua spes in 61
fuga reliqueretur. Eò mulieres imposuerunt: quæ in præ- 62
lium proficiscentes milites paßis manibus, flentes implo- 63
rabant, ne se in seruitutem Romanis traderent. Cæsar singulis legionibus singulos legatos, & quæstorem præfecit, uti eos testes suæ quisq; uirtutis haberet. Ipse à dextro cornu, quòd eam partem minimè firmam hostium esse animaduerterat, prælium cõmisit. Ita nostri acriter in hostes, signo dato, impetum fecerunt. Itaque hostes repentè, celeriterq; procurrerunt, ut spacium pila in hostes conij-

al. maiora.

Superstitio germanorum

Relictis. ciendi non daretur.* Reiectis pilis, comminus gladijs pugnatum est. At Germani celeriter ex consuetudine sua phalange facta, impetus gladiorum exceperunt. Reperti sunt complures nostri milites, qui in phalangas insilirēt, & scuta manibus reuellerent, & desuper uulnerarent. Quum hostium acies à sinistro cornu pulsa, atque in fugam conuersa esset, à dextro cornu uehementer multitudine suorū, nostram aciem premebant. Id quum animaduertisset Publ. Crassus adolescens, qui equitatui præerat, quòd expeditior erat, quàm hi qui inter aciem uersabantur, tertiam aciem laborantibus nostris subsidio misit. Ita prælium restitutū est, atq; omnes hostes terga uerterunt: neque prius fugere destiterunt, quàm ad flumen Rhenum millia passuum ex eo loco circiter quinque peruenerunt. Ibi perpauci, aut uiribus confisi, tranare contenderunt, aut lintribus inuentis salutem sibi* petierunt. In his fuit

al. repererunt. Ariouistus, qui nauiculam deligatam ad ripam nactus, ea profugit. Reliquos omneis equites consecuti nostri interfecerunt. Duæ fuerunt Ariouisto uxores, una Sueua na-

al. Norici regis. tione, quā domo secum adduxerat: altera* Norica, regis Voccionis soror, quam in Gallia duxerat à fratre missam. Vtræq; in ea fuga perierunt. Duæ filiæ, harum altera occisa, altera capta est. M. Valerius Procillus cùm à custodibus in fuga trinis catenis uinctus traheretur, in ipsum Cæ-

al. insequentē. sarem hostium equitatū* persequentē incidit. Quæ quidem res Cæsari nō minorem quàm ipsa uictoria uoluptatem attulit, quòd hominem honestißimum prouinciæ Galliæ, suum familiarem & hospitem, ereptum è manibus hostium, sibi restitutum uidebat: neque eius calamitate de tanta uoluptate & gratulatione quicquam fortuna diminue-

minuerat. Is se præsente de se ter sortibus consultum dicebat, utrum igni statim necaretur, an in aliud tempus reseruaretur. Sortium beneficio se esse incolumẽ. Item Marcus Titius repertus, & ad eum reductus est. Hoc prælio trans Rhenum nunciato, Sueui, qui ad ripas Rheni uenerant, domum reuerti cœperunt: quos * ubi qui proximi Rhenum incolunt, perterritos (senserunt) insequuti, magnum ex his numerum occiderũt. Cæsar una æstate duobus maximis bellis confectis, maturius paulò quàm tempus anni postulabat, in hyberna in Sequanos exercitum deduxit. Hybernis Labienum præposuit. Ipse in citeriorem Galliam ad conuentus agendos profectus est.

* Vbi. qui () uacat. 64. 65

IN C. IVLII CAESARIS COMMENTARIORVM DE BELLO GALLICO LIBROS, Henr. Glar. Heluetij Annotationes.

IN LIBRVM I.



Commentarij, sunt libri, in quibus tantùm capita rerum posita sunt, ita ut ideamur in ijs ad exequendam historiam alijs subiecisse materiam. Quàm malè uerò Cæsar alijs materiam exequendæ historiæ subiecerit, planè A. Hirtius conqueritur præfatione illa, quæ est in octauum librũ delictorum de bello Gallico. ait enim: Adeoq; probantur omnium iudicio, ut præcepta, non probata facultas scriptoribus uideatur. Porrò cũ Liuius sit copiosissimus, Saluſtius breuissimus, Cæsar ut commentatorem decuit, medio cris est, palnus, tersus, simplex, minimeq; affectatus, qualem stylum propemodum habuisse apud Græcos Aristotelem uidemus. Scripsit enim hos libros in castris, & succisiuis quidem horis, quibus hercle uel ob hoc maior fides debetur, quòd rebus gestis ipse qui scripsit, interfuit. Quàm uerò reliquos autores in locis perscribendis diligentia ac cura uicerit, facilè uidere poterit, quicunq; uel apud Geographos aliquid laboris insumpserit, uel qui Galliam ipsam uiderit. Cæterùm ita res suas uerè laudauit, ut hostes quoq; eius, inter quos erat & Cicero, ueriſsimos hos commentarios dicerent, autoribus & ipso Cicerone, & Suetonio. Cautior etiam in hoc quòd hostes laudarit, quo maior ipsius gloria esset, qui eos uicerit. Prudentissimè uerò, cũ bellum Gallicum omnium laboriosissimum describere uellet, Galliæ diuisionem ac luculentam eius designationem præponit.

Gallia 1.

In hoc primo tria peragit Cæsar. Primò Galliæ Transalpinæ descriptionem ponit. Secundò Helueticum bellum prosequitur. Tertiò Germanicum aduersus Arioustum Germanorum regem. Gallia generali diuisione duplex est, Cisalpina & Transalpina, ob situm Alpium Romanis ita uocantibus. Cisalpina (olim etiam Togata) est, quæ hodie Lombardia dicitur: extenditur autẽ ab Alpibus ad Rubiconem usque flumen, quod prope Rauennam in mare Hadriaticum decurrit, comprehenditq; Venetos, Mediolanenses, & quicq

quicquid ad Padum amnem est. Hæc natio olim pertinacissimè Romanis obstitit plus quingentis annis. Originem autem habent plurimi eius populi ex nostra Gallia, ut testantur ubiq; Classici scriptores, nominatim Liuius libro 5. ab Vrbe condita, & Strabo libro 4. Liuius enim hos commemorat, Bituriges, Aruernos, Sequanos, Heduos, Ambarros, Carnutes, Aulercos, Cœnomannos, Salluuios, Boios, Lingones, ac Senones. Strabo uerò Venetos, Boios, ac eosdem Senones. Alij item alios. Huius Galliæ prætor fuit Cæsar, ut citerioris prouinciæ. De ea pauca hic. Altera Galliia Transalpina, Bracata alio nomine & Comata est, cuius partem Romani quoq; habebant, & in prætura Cæsaris erat. Eius Cæsar hic tres indicat partes, Aquitanicam, Belgicam & Celticam, quæ haud dubiè fuit antiqua Galliæ diuisio. Nam posteriores omnes Geographi quatuor eius fecerunt regiones, Narbonensem, Aquitanicam, Lugdunensem, & Belgicam. Strabo libro 4. ait, Celticam Augustum diuisisse in Lugdunensem, & Narbonensem, adiectis ad Aquitaniam populis, qui inter Garumnam & Ligerim amnes antea Celtarum erant. Quod Ptolemæus, Plinius, Pomponius Mela, ac alij imitati sunt. Non igitur cum Ptolemæo pugnat Cæsar, sed temporum ratio utrinq; habita est. Porrò Celtarum nomen latè patebat, ut non modò Galliam omnem, sed uniuersum Occidentem occupasse affirmet Strabo, à quibus Celtiberi Hispani, & Galatæ populi ad pontum Euxinum, ad quos diuus Paulus scripsit, originem referunt.

Hi omnes lingua. 2.

Lingua Gallorũ multis de causis creditur ea esse, qua hodie Rhenus utitur, maximeq; Heluetij, & Sequani Rhenani. Primùm enim constat, C. Cæsarem bello Gallico per interpretẽ locutũ cum Gallis. Deinde eam quidem linguam qua hodie Francia utitur, Romanam esse, quanquam corruptam, nemini est dubium, quippe adhuc de prisca lingua Gallica innumeras retinentem dictiones. Non igitur Francica lingua olim Galli locuti sunt, sed alia. Verisimilimũ autem est, ea loquutos lingua, qua adhuc ij Galli utuntur, qui Francicè non loquuntur: ut omnes populi citra Rhenum, proximi tamen Rheno, Heluetij, Rauraci, Sequani, Elsatici, Tribochi, Vangiones, & serè tota Belgica. Nec mirum hoc uideri potest ei, qui considerat populum Romanũ suos exercitus frequenter in Gallia habuisse, atque adeò in Galliæ fœcundiore parte, diutiusq; pressam (quã nunc Francici inhabitant Galliæ partem) seruitute Romanorum. Rhenus quippe & Germania citius à Romanis, quàm Gallia alia defecerunt. Id deoq; factum est, ut Romani non potuerint fuam in Germania, ac regionibus Rheni ita celebrem facere, ac uelut propagare linguam, ut in reliqua Gallia, Hispania & Italia fecerunt. Neq; nihil ad rem facit, quòd Prætores Romani ius non dabant, nisi sua lingua: & miles Romanus ægrè cum plebe, alia quàm sua lingua loquebantur.

Itaque coacta est misera plebs Romanam discere linguam, sed malè, sed mutilatè, sed ita, ut in ea ubique priscæ linguæ uestigia inuenias. Latinæ uerò sonum in thematis audias, imò priscæ accentus aliquot, uocalationem, pronunciationem præteritorum perfectorum per habui periphrasis: articulos item quos Latina lingua non habet. Denique plurima nominum themata, qualia sunt Ignis, Puluinar, Pastillus, Scamnum, Cancer, Caper, Campana, Mamilla, Vexillum, Calcar, Diues, Thorax, Manipulus. Et uerborum, ut dimitto, frico, occido. Sed planè ineptus uidear, si ea omnia persequi uelim, quæ iustum requirerent uolumen. Quum ante annos aliquot Lutetiæ degerem, erat in sodalitio nostro Iasper Alphæus Syluanus, egregij iudicij, ac eruditionis non proletariæ uir, qui in chartula propemodum ducenta uocabula ab se notata mihi mõstrabat, priscæ nostræ linguę, quæ Parisienses etiamnum hodie in mutila ista lingua haberent. Vnde satis liquet, Heluetiorum linguam ac Rheni uerè Gallicam, nisi quantum Germani quædam miscuerunt, maximè infra Argentinam. Sæpe enim Vormaciæ, Moguntiæ, ac in circumiacentibus ea Rheni parte populis mixtus est sermo ex Germanica ac Celtica linguis: neque enim purè Germanicè, neque purè Celticè loquuntur. Heluetij autem, Rauraci, Sequani, Rheno proximi, Brisgoenses, ac Elsatici magna ex parte merè Celticè loquuntur. Non mirum igitur quòd scriptum reliquerit diuus Hieronymus, Galatas ad quos scripsit diuus Paulus, quíq; à Celtis descenderunt, ut autor est Liuius libro octauo, quartæ Decados, eadem loquutos suo tempore lingua, qua Treuiri utebantur. Quis autem nescit Treuirorum linguam antiquã esse, nec multo à Germanorum lingua diuersam. Et si concedi oportet, quod Strabo ait libro septimo, Germaniæ uocabulum Romanorum esse: quam aliam causam fuisse credimus Romanis, quòd eos Germanos appellarint, quàm quòd uel lingua & moribus magnam cum Gallis haberent communionem? Vel, quod quidam non absurdè argumentantur, ab ipsa inter ipsos appellatione: fratres enim fese etiamnum hac tempestate in rebus seriis ac bellicis uocant. Id Romani siue per se de Germanis resciuerint, siue à Gallis didicerint, parum constat, neque huius est negocij. Nos enim hîc de Gallorum linguis tractamus, inter quas, ut Cæsar ait, differentia aliqua fuit, ut etiamnum hodie est. Nihil tamen impedit, quin communi appellatione eadem ac una nominetur, quãquam non usquequaque eadem, sed pauluum uariata: id quod in Græca quoq; lingua accidit. Porrò id non est purũ argumẽtum, Heluetiorum linguam uerè esse Gallicam, quòd Latini autores multas Gallicæ linguæ uocabula recensent, quæ etiã nũ in Heluetiorũ sunt lingua, quanquam à Romanis scriptoribus partim malè scripta, partim malè percepta, utpote quæ, quòd barbara, nõ magnopere curarẽt, ac obiter duntaxat in operib. recẽserent. Quæ tamẽ ipsa nobis argumento sunt. Gallicã linguã in aliqua apud eos fuisse existimatione. Itaq; Cæsar Gallorũ propria, & maximè Heluetiorum

rum nomina mirè torsit, omissis sæpe ac mutatis literis aliquot, ut Latinæ declinationi apta fierent: de quibus paulo pòst dicturi sumus. Idem Plinius fecit. Ea tamen uerba temporum iniuria adhuc magis deprauata apud eum leguntur, nemine de ea lingua ab mille annis curante. Ita lib. 18. Aratra rotulis instructa, Gallicum inuẽtum Pfluog. radt rectè nominauit. Vbi tamen codices Plumarat, alij Planarat habent. Quidam in Planetas, ut se prorsus in eptos ostenderent, mutarunt. Apud eundem lib. 4. cap. 16. Bodicum Padum Gallica lingua à Liguribus dictum ait, quòd significet fundo carentem, & Bodincomagum oppidum eodem tractu esse. Heluetiorum lingua uocat Bodenmangel. Padum item à Picea arbore, quam Galli ita uocant, nominatum. Pæch uelt dicere, quod adhuc manet in nostra lingua. Ita apud Suetonium in Galba, præpinguis Gallicè Galb intelligitur: sed uitulus potius. Nam ita præpinguem ac obesum hominem per iocum uitulum uocamus. Et Beco rostrum apud eundem in Vitellio adhuc habent Belgæ nostra ætate in sua lingua. Heluetij uerbum in Becken. id est, rostro ferire. Multa his similia enumerat D. Ægidius Tschudus V. C. apud Heluetios, mihi non affinitate tantùm iunctus, sed eodem etiam studiorum amore in libro de Rhetiæ antiquitate, & tractu Alpinarum gentium. Vbi Strabonis, Plinij, Liuij, aliorumq; classicorũ scriptorum locos plurimos dignissimè tractat, quem in his Annotationibus sæpe in testimoniũ adducemus, neq; id immeritò: uisa enim tractat & summo iudicio librata, maximoq; labore inuenta, quæ ab mille annis neminem tractasse nouimus. Accedit huc quod Plinius ait, Gallos medullam Margam uocare, & Germanos anserem Ganzam: quæ duo uocabula adhuc manent in utraq; lingua. Francorum autẽ hodierna lingua ex duabus linguis est, ex prisca Celtica, & Rõ. in qua Romana tamen, quod ad themata attinet, dominatur.

A' cultu atq; humanitate. 3.

Festus ait prouincias dictas, quòd populus Romanus eas prouicerit, id est, antè uicerit. Alij à porrò uincendo dictas uolunt. Cæterùm ex regno fit prouincia, quum è regia manu in potestatem alicuius populi deuenit. Verùm hoc loco ea est Narbonensis Galliæ portio, quæ mari Ligustico, Alpibus, & magna ex parte Rhodano concluditur.

Quæ ad effœminandos. 4.

Merces intelligit, & rerum omnium quæ ad luxum faciunt, copiã: maximè uerò, sicut ipse postea, ubi de Neruijs Cæsar fatetur, uinum: hodie etiam aromata, & species, ut uocat, ad idem pertinent.

Id hoc facilius eis persuasit. 5.

Non poterat Cæsar luculentius ueriusq; describere Heluetiorum regionem, quàm tribus hisce limitibus, Rheno, Rhodano & Iura

monte. Vt meritò pudeat quosdam sui erroris, qui ausi fuerint Elsatiam dicere Heluetiam: qua in re etiã Æneas Syluius aberrat. Quòd autem undiq; Heluetiorum natio sit tuta, ut Cæsar existimat, hoc quidem uerum à duabus partibus, ad Meridiem & Occasum. Cæterùm aduersus Germanos atq; Rhetos, hoc est, ad Ortum & Septentrionem, non ita uerum est: non enim Rhenus tantus limes est, ut tutam defensionem præbeat, quando supra lacum Constantiensem plerisq; in locis uado transitur.

Altera ex parte monte Iura. 6.

Mons Iura hodie multa habet nomina. Incipit autem infra Brugas oppidulum ad Arolam flumen in Heluetijs, ubi Boetzberg dicitur. Deinde rectà ad Occasum secundum Arolam ad Salodurum progreditur, ibi hodie Houuenstein dicitur. Deinde ad Bipennes oppidum ad Neacrim, uulgò Nouum castrum. Deinde inter Occasum & Meridiem deflectit Geneuam usq;, ac ultrò etiã in Sebusianos, hodie Bellicenses. Cæterùm in dicto iam tractu pluribus locis transitur.

Qui in longitudinem. 7.

Est autem longitudo Heluetiæ à Geneua Constantiam usq;, iter sex dierum plus minus, si X L. millia in unius diei iter conferemus. Latitudo autem ab Iura monte ad montem usque Gothardi, iter trium dierum, quem Cæsar aliquanto maiorem facit. Sed ea auditu habet, non uisu.

In eo itinere persuadet Castigo. 8.

Non est dubium, omnia nomina Gallica, quæ hic Cæsar in x. terminat, apud Heluetios in χ literam Græcam scripta fuisse. Vtebantur enim literis Græcis, quibus literis Græcis linguam Gallicam, non autem Græcam scribebant. Et potest etiamnum lingua Heluetiorum optimè Græcis scribi literis, quod multi sæpe fecerunt. Itaq; quum lingua Latina nullũ nomen in chi habet, & omnino Cæsari ea nomina in formam Latinam reducenda erant, aliquando deflexit ad x, literam proximam figura ad χ, ut tertiæ declinationi apta fierent: aliquando ad c uel g, ut in secundam declinationem uenirent. Inuenerat ea in Heluetiorum tabulis Græcis exarata literis, ubi χ litera, Latinæ x, non est absimilis. Quod Christianus usus obtinuit in χριστὸς. Itaq; ex ἤριντριξ fecit Orgentorix, ex καστρὶχ, Castigus, omisit r literam, ut nos nunc ex φρίδριξ fecimus Fredericus: rursus ex φεργώβρες fecit Cæsar Vergobretum, abiecta σ, ad ς. Ex ἄιμριξ Ambiorix. Ex καλτμάντελ Catamanteles. Ex δοήμριξ Dumnorix. Ex λήντιγγιξ Litauicum. Denique ex Germanico Ernst, Ernestum, quod nomen postea corruptum est in Ariuistum. ac rursus deinde in Ariouistum. Nec hoc mirum uideri potest, quum Græci subtilissimi homines, Hebraica & Barbara ad eundem

dem modum corruperint, si Romam Gallorum quoq; linguam malè tractarint: id quod semel nos admonuisse sat fuerit. In Plinio quoque idem accidit, ut de Bodomancis & Planaratis, pro Bodenmangel & Pfluogradi, paulo antè diximus.

Die constituta causæ. 9.

Causam dicere est, quod Græci tum κρίνεσθαι tum ὑποδύεσθαι τὴν δίκην dicunt, hoc est, iucundum subire, & culpas fraudesq; iudiciorum suorum actorumq; præstare, docuit hoc Budæus.

Oppida sua omnia. 10.

Hic locus satis probat, per pagum non oportere intelligere uicū, ut quidam ineruditè exposuerunt, & ex sequentibus latius patet. Cæterùm cùm hodie tota Heluetiorum democratia, siue regio in XIII. ciuitates sit diuisa (uulgus Angulos uocat, Franci Cantones) quarum nomina, ut publicè in conciliis sedent, hæc sunt: Tigurum, Berna, Lucceria, Vria, Suizia, Syluania, Tugium, Clarona, Basilæa, Friburgū, Solodurū, Schaffhusia, Abbatiscella: undecim tamē duntaxat intra ueros regionis Heluetiæ limites concluduntur. Basilea enim non in Heluetijs, sed in Sequanis iacet. Schaffhusia in Germania. Porrò ex his XIII. Vria, Suizia, Syluania, Clarona ac Abbatiscella, non sunt oppida, sed uicorum conuentus, æquata omnium libertate: & ab his, maximè Vris, Suizis ac Syluanis, Heluetiorum nostra ætate libertas est orta. Ipsi tamē multis oppidis ac arcibus imperant, contrario atq; in alijs regionibus, more. Rursus ex his XIII. quinque nostra ætate, cum totus Rhenus ferè, ac uniuersa Germania schismatis plena esset, inconcussam maiorum suorum religionem seruarunt, ac armis fortiter, nec sine sanguine, nec sine Dei Opt. Max. auxilio defenderunt. Qui mihi in hoc qualicunq; Commentario digni sunt, ut honoris causa nominentur. Fuere igitur Lucceria, Vria, Suizia, Syluania, Tugium. Sed omnino apud autores loca uetusta in Heluetijs sunt Aventicum, nunc paruum oppidulum propè Friburgum, ubi multæ antiquitates adhuc uisuntur: Vindonissa supra confluentem Vrsæ ac Arolæ. Ciuitas equestris: Gannodurum, nūc Constantia: Vitodorum, nunc Vuinterthur. Forum Tiberii, quod multi Zurzachium existimant, quidam Cæsaris sedem, oppidum episcopi Constantiensis: utrunq; enim peruetustum creditur. Multis prętera indicijs, quæ Commentarij huius angustia & solita nostra breuitas enarrare non permittit, uetusta creduntur loca, Tigurum, Lucceria, Tugium, Salodurum, Aquæ Orba. Conjecta enim Zouuingen & Berona, Berna autem & Friburgum noua sunt oppida, intra quadringentos annos ædificata.

Molita cibaria. 11.

Participium à molo, is, ere, in supino molitum, unde participium molitus, a, um: atq; etiam is modus etiamnum Heluetijs manet. Fari-

na enim ex auena densa butyro ac sale condita, in magno aheno super ignem cocta in uasis ponitur, ac cum reliquo commeatu in bellū ducitur, nec ad pulmentarium coquendum quicquam additur, quàm aqua calefacta, esuribundis militibus dulce condimentum.

Persuadent Rauracis. 12.

Rauracos supra Basileam habuisse sedes, atque Augustam urbem maximam, cuius etiam hodie uestigia sunt, pertigisseq; eorum imperium rectà secundum Rhenū, usq; ad confluentē Rheni ac Arolæ, dictionis hodie Helueticæ, satis consonans ueritati est. Quatuor igitur Rheni oppida supra Basileam: I. Vualtzhuot, id est, Syluæ custodia: II. Lauffenberg, à minore Rheni cataracte nomen habens: III. Seckingen, à Sequanis dictum: IIII. Rinfelden elegans oppidum, & quicquid ditionis circum ea est, luram usq;, totum olim Rauracorum imperio fuberat. Quidam aiunt Sequanos & Rauracos superatos flumine Byrsa, quod paululum supra Basileam Rhenum influit.

Et Tulingis & Lacobrigis.

Tulingos & Lacobrigos qui Lotharingiæ partem putant, prorsus falluntur. Sed & qui Tigurinos aut Lausanenses, magis decipiuntur. Qui uerò Germanos fuisse existimant supra Rauracos, Heluetijs ad Septentrionem, hi demum rectè iudicant. Hodie nomen retinent Germanicum Stuelingen, quod nomen Cæsar, ut cætera, ob Latinam inflexionem corrupit. Admonuit nos eius rei dominus Ægidius Tschudus. Adiuuant hanc opinionem, quòd postea uicti Heluetij & Tuliugi & Lacobrigi, iussi sunt redire in suos fines, unde profecti erant Lacobrigi autē legendum per c. Hodie das Clackgouu, adiecta c litera, consuetudine Celtæ linguæ, ante l.

Boiosq;. 13.

De Boijs non parum admirationis præbet id Lectori, quòd tam uarias apud autores dicantur habuisse sedes, ut non facilè expedias, qui hodie uerè sint dicendi Boij. Primùm certè uidentur Germani esse, deinde ex Germania olim in Noricum transcendisse, Danubij loca occupasse, Italiam quoque petijsse, atque aliquot seculis ante Cęsarem circa Padum consedisse, ut Liuius libro quinto ab Vrbe condita testatur, & libro primo de secundo bello Punico, denique multis locis quartæ Decadis, quemadmodum in quinto ab Vrbe condita libro in Annotationibus nostris in Liuium diximus. Multi eximij uiri Bohemos antiquam sedem Boiorum crediderunt, & Bauaros ab illis descendisse: similiter in Francia Borbonios.

Et in agrum Noricum. 14.

Legendum puto, Et in agrum Noricum transierant, Noricúmque oppu

oppugnarant: ut in priore loco sit adiectiuum, posteriore substantiuũ. Nam Noricum natio est inter Pannones & Vindelicos ad Danubium sita.

Erant omnino itinera duo. 15.

Cæsar, cùm duo itinera describeret, ea tantùm existimauit, quæ proxima ipsius prouinciæ erant, & commoda Heluetijs in Santones proficiscentibus: alioqui multa præterea ex Heluetijs erant itinera in Celtas, maximè in Rauracos & Sequanos. Atqui uel ex hoc loco sanè constat, Cæsari Heluetiorum regionem ex relatione tantùm nostram fuisse, cæterùm non uisam. Notandum hoc item loco, Sequanorum longitudinem esse ab Rheno usq; ad Rhodanum, latitudinem uerò ab Iura ad Lingonas.

Rhodanus fluit. 16.

Nota terminos inter Heluetios & Allobrogas. Ex quibus colligitur Heluetiorum olim fuisse quicquid intra Friburgum nobile Heluetiorum oppidum, & Geneuam terræ interiacet.

Proximumq; Heluetiorum finibus Geneua. 17.

Quatuor hæc nomina, Geneua, Genna, Genabum & Gebenna, multum obscuritatis Lectori ingerunt, ac non attentum sæpe fefellerunt, quæ ipsa longè diuersa sunt. Genua enim Ligurum caput in Italia ad mare est nostrum: Geneua uerò Allobrogum ad hostia Lemani lacus, ubi Rhodanus exit: Genabum Carnutum oppidum ad Ligerim amnem, hodie, ut quidam putant, Aurelia. Denique Gebenna mõs qui Heluetios ab Aruernis separat, ut libro septimo postea dicet Cæsar. Cæterùm ab annis, ut puto, octingentis literarum ac soni similitudine, Geneua ab indocto tunc seculo Gebennæ nomen inuenit pluratiuo numero. Vnde Generosis dominis Barombus ad Gebenna nomen manet. Quidam ita etiam Aurelium ineptè Gebennam nominarunt, pro Genabum, & Gebennense studium, pro Genabense. Ineptiores autem hi qui Genuam Ligurum caput Ianuam nominari putant, quasi Italiæ, & maximè Liguriæ Ianua, quia maris portus esset: & fortasis alijs eò distinctius nomen esset.

L. Pisone, Aulo Gabinio. 18.

Hic annus est ab urbe condita DCXVI. atq; primus annus huius belli Gallici, quo Galliæ utriusq; citerioris ac ulterioris Prætor est factus Cæsar. Ante Christi natale LV.

L. Cassium Cos. occisum. 19.

Vide Florum in Epitome libro sexagesimoquinto. Nam Tigurini illi fuerunt ex Heluetijs. Cæterùm Cassius consul fuit, Anno ab urbe condita DCXLVII.

Qui in flumen Rhodanum. 20.

Fortasis legendum est, Quem flumen Rhodanum influit. Quan-

quam

quam lib. 7. de palude in Sequanam, similis habetur locutio. Lector ipse dispiciat. Porrò hoc quoq; considerandum, an non idem sit, à lacu Lemanno ad montem Iuram, quod hoc loco ait: & à Iura ad flumẽ Rhodanum, quod antè dixerat, cum tamen duo diuersa itinera describere uelit. certè ego me hîc non explico.

Cæsari renunciatur. 21.

Ptolemæus Santones inter Garumnam & Ligerim amnes ad mare occiduum constituit. Sanè autem suspectum est, in tam longinquam regionem proficisci conatos Heluetios. Quanquam cum alia in hac historia Heluetiorum acta audaciæ specimen habeant, hoc quoq; sic intelligi potest.

Ibi Centrones & Garocelli. 22.

Centrones & Caturiges in Graijs Alpibus Ptolemæus non longè à Lepontinis ponit. Ocelum autem oppidum est ad Duriam minorẽ amnem, longè ab Oscela, quod Lepontiorum oppidum Ptolemæus tradit, hodieq; in ea ualle, quam flumen Tosa à summis Alpibus ut Ticinus ortum, perluit, infima parte iacens, ab Dominico ibi, hoc est, Canonicorum collegio hodie nomen Dumdoscela habens, & Vallis de oscela, quod nos fecimus Eschenthal. In Ptolemæo igitur id erroris est, quòd Centrones uicinos facit Lepontijs. Cum hoc certum constet, inter Centrones ac Lepontios interiacere medios Salasios: qui Salasij Augustam Prætoriam, celebrem apud scriptores urbem, inhabitabant, & ipsa urbs hodie nomen habet. & uallis ab ea Augstal. Garocellorum non meminit Ptolemæus: sunt autem populi Alpini prope Centrones. Vocontij uerò inter Isaram & Rhodanũ Allobrogibus ad Orientem uicini ab eodem describuntur, quę cum descriptione Cæsaris optimè conueniunt.

In Sebusianos. 23.

Sebusiani inter Rhodanum & Ararim sunt, hodie Bellicenses, ut rectè Marlianus descripsit, à quibus hodie Sabaudiæ nomen manet. nec enim alia apud autores ueteres origo eius nominis inuenitur. Ptolemæus Sebusianorum meminit in Lugdunensi Gallia, sed nimis occidentales facit. Sunt etiam Segusiani, siue Sebusiani in Graijs Alpibus apud Ptolemæum, si nomina non sunt corrupta. Sedusij uerò Germaniæ populus est.

In Heduorum. 24.

Hedui inter Dubidem & Ararim possessionem habuerunt, ait Strabo lib. 4. Ciuitas erat potentissima in Gallia, & Romanis semper amica: hodie Aurum nominant.

Eorumq; agros populabantur. 25.

Et hoc suspectum uideri potest, cum Dumnorix Heduus esset, & apud eos potens, qui Heluetios iuuerat per Sequanos.

Item

Item Allobroges, qui trans Rhodanum uicos. 26.

Non est hoc aduersum illi, quod paulo antè dixit, Rhodanum inter Allobrogas ac Heluetios limitem esse. hic enim de Allobrogum terra loquitur, quę in Heduos tendebatur inter occidentem ac Septẽtrionem, nõ quæ Heluetios contingit inter Septentrionem ac Ortũ.

Flumen est Arar. 27.

Arar est fluuius Celtarum, de quo rectè Marlianus. Hoc autem admonendus est Lector, illum non ex Alpibus oriri, nec primo quidem cursu, quod tamen tradidit Ptolemæus, ad Septentrionem, sed ad Meridiem labi, nec cũ Rhodano linea parallela incedere. Deniq; nec eũ esse Arolum, qui per Heluetios lapsus, hodie Ar uulgò dicitur.

Hic pagus unus. 28.

Græci πηγὴν fontem dicunt, καὶ δωρικῶς παγήν. inde Latinis dictus pagus, cuiusq; fluuij tractus, & utrinq; secundum flumẽ habitationes. Tales porrò nauigabiles etiamnum hodie sunt intra Iuram Rhodanum & Rhenum, ueros Heluetiæ terræ limites, prorsus in Heluetijs quatuor: Vr, Limagus, Vrsa & Arola. Vr genere fœminino, opinione quorundam non temerè coniectantium, Celticè dicitur Die Vr. postea facta elisione diphthongi, Celticè die Dur, quemadmodum Arolam die Ar, & elisa diphthongo ie, de articulo die, D' ar. Item Die Etsch. Vr autem productè dicitur, quam longam literam cùm Germanica lingua non habeat, sicut nec Græca Dur uerterunt in Daur. Vnde Romani, qui nobis omnia antiqua corruperũt nomina, Taurum uocarunt. At Heluetiorum lingua Dur pronunciat, & regionem adiacentem Durgeu. Vr fluuius in immensum crescere solet, torrentis in morem, sed nauibus non admodum aptus. Limagus apud Claronenses oritur, ac in media ipsorum regione Serniphium alterum ex altera ualle delapsum amnem accipit. Deinde infra Vrnas (duorum uicorum nomen est) super Latericium pontem (ita uocant) ex Lacu Vesenio accepta aqua, Marcham (qui fuit olim Heluetiorum in Rhetos finis, & Heluetij ita terminum uocant) ac castra Rhetorum (& huic loco etiamnum nomen manet Gastra) disterminat. Hinc lacum Tigurinum ingressus, ad hostia eius Tigurum amplissimam Heluetiorum urbem diuidit: mox Aquas, memorabilem in Heluetijs locum propter calidas illi aquas, Græci Thermas uocant, delabitur. Harum aquarum situm non omnino absurdè descripsit Poggius Florentinus, si Latinè nominare potuisset. Deinde haud ita longè Vrsæ ac Arolæ miscetur. Vrsa sanè, quem fluuium transpositis duabus prioribus literis uulgò Rusam uocant, in summis Alpibus, quibus hodie

die Sancti Gothardi nomen est, oritur, ac rectâ ad Septentrionem labitur, quum contrà Ticinus ex eodem iugo per Lepontios in Meridiem. Vrsulam siue Vrsellam primũ uallem Rhæticam, deinde Vriam Tauriscorum, gentis Gallicæ reliquias uenit, ubi lacui miscetur, qui Vros, Suitios, Syluanos, ac Lucerinos, quatuor Sylvæ ciuitates (nã ita appellant hodie) alluit. Porrò deinde Tuginis amnil-us susceptis, Bremgarten ac Mellingen (oppida sunt ditionis Heluetię) lapsus infra Brugas Arolæ cõmiscetur. Denicp Arola ipse ex ijsdem summis Alpibus ortus, in Septentrionem uersus, paulò plus tamen quàm Vrsa ad Occasum primùm inclinans, per lacum Thunensem Bernam lapsus, & ipsam amplissimam Heluetiorum urbem ambit: dein paulo infra Bernam alterum accipit flumen, Sanam è ualle eiusdem nominis altissimis septam montibus, ac Nicolai Vuinman, docti nostra ætate uiri patriam delapsum, quod Friburgum nobilem illã urbem ambit. ut Arola Bernam. Ibi in ortũ ambo conuersa flumina, sub Arolæ nomine Salodurum perueniunt. Et hoc quocp oppidum antiquissimum est non modò Heluetiæ, sed uniuersæ Celticæ. Deinde per terram nobilissimam ab ipso Arola denominatam, receptis Vrsa ac Limago, Rhenum infra Clingnouu (oppidum est Episcopi Constantiẽsis) ingrediuntur. Confluentis nomen adhuc loco manet, sed nõ incorruptũ. Cobolentz enim uocat Heluetiorum lingua: miserrimus hodie est uiculus. Nomen à Romanis loco est inditum, cum ibi aduersus Hercinios excubarent. Nec procul inde abest Rauracorũ oppidũ Vualdshuot, quod nomen significat syluæ custodiam, Rauracorúmne aduersus Romanos munimentũ, an aduersus Germanos, incertum. Ad Cõfluentem igitur illum tria Heluetiorum flumina, Limagus, Vrsa ac Arola, in Rhenum exonerantur. Vr autem paulo superius, infra maiorem tamen Rheni cataracten, qui sub Schaffhusia est, Rhenum influit. Hæc igitur quatuor flumina quatuor Heluetiorum pagi creduntur. Hunc locum haud scio an quisquam ante me explicuerit, cum ego doctissimos meæ ætatis homines ea de re sæpius interrogauerim. Sed quale inde responsum tulerim, non est opus hîc referre.

Qui bello Cassiano dux Heluetiorum fuerat. 29.

Nota bellum â uictis amore Romanorum uocari.

Interim quotidie Cæsar. 30.

Digressio est paruula ab historia Heluetiorum de dolis Dumnorigis principis Heduorum, qui cum Romanis militabat, sed Heluetiis fauebat.

Propter liberalitatem. 31.

Videtur liberalitatem pro largitione accepisse: cùm liberalitas in bonam, largitio in malam accipiatur partem.

Porro

Portoria. 32.

Portorium est merces, quæ portitoribus datur, ait Nonius Marcellus. Portitor autem, qui uectigal portus conduxit, quod Portorium uocatur.

Quòd Diuitiaci fratris summum. 33.

Quid amicis debeamus, eximium fuerit exemplum.

Et quotidianis interpretibus.

Vide hunc locum, ubi Cæs. per interpretes cum Gallis locutus est.

Ea res per fugitiuos L. Aemilij decurionis. 34.

Vide Laur. Vallam lib. 6. cap. 32. Quid Decurio.

Ita uti supra se. 35.

Sex legiones Cæsar habebat, sed cum quatuor duntaxat more Romanorum prælium commisit. Erat enim consularis exercitus quatuor legionum, autore Polybio.

Milites è loco superiore pilis missis. 36.

Pilum Romanum, hasta erat quinq; pedũ, sed ferrũ eius sesquipedem habebat. Totius itaq; Pili longitudo, erat sex pedum ac semis.

Mazaras ac tragulas. 37.

Mazara apud Hesychium est hasta Persica, genus teli, cuius formam non exprimunt autores. Tragula uerò, ut ait Festus Pomp. genus teli, dicta, quòd scuto infixa trahatur.

In fines Lingonum. 38.

Apud Lingones, ait Cæsar lib. 4. oritur Mosa fluuius: unde nõ est difficile coniecturare de eis, sunt enim noti.

Verbigenus. 39.

Per pagum fluminis tractum, & secundum eum hominem habitationes intelligi, superius declaratũ est. Atqui tractib⁹ hisce (ut ita loquamur) non sunt eadẽ quæ fluminibus nomina cũ Limagi accolæ Tigurini dicãtur. Et hic Verbigenus pagus nullius fluminis nomẽ est, sed tractus haud dubiè: at cuiusnam fluuij inter treis reliquos, id demũ difficultatẽ nobis ingerit. Codices uetustiores nõ Verbigenus, sed Vrbigenus habebant. Vnde duæ coniecturæ diuersæ doctioribus sunt. Alteri putant, ad Arolã habitationem Vrbigenũ pagũ dici ab Orba, hodie adhuc peruetusto oppidulo ditionis Bernatiũ ac Friburgensiũ, ad quem sanè ut proximum domicilium, sex hominum millia eius pagi contenderint, quũ Cæsar existimarit eos ad Germaniam tendere.

Alterã

Alteri per Vbigenum, Durgeam hodie dictam terram designari putant, ab Vr flumine, maximè quòd Germanorum Rhemicq; hic fiat mentio, cui Rheno flumini Durgeani sunt uicini. Lectori integrum sit iudicium. Reliquorum duorum pagorum siue tractuum nomina nusquam, quod sciam, inueniuntur. Itaq; eum qui ad Vrsam est tractum, cogitandum quo pacto appellemus, Tauriscimne, à Tauriscæ gentis reliquijs, qui hodie sunt Vri. Atqui illi posterioribus seculis has sedes occupasse uidentur, ut ab illis non potuerit tempore Cæsaris esse denominatio. An potius Tuginum: quum Tugiorum Strabo quarto & septimo libris magnificè meminerit, & locus Tugium sanè uidetur antiquissimus. Tum autem qui ad Arolam est, quidam Turassium, quidam Antuatium nominandum censent: fortassis & Auenticensis nominari potuit.

Heluetios, Tulingos. 40.

Mirum uerò quid cum Rauracis actum sit, nam horum hic nō meminit. Valde suspicor, incuria librariorum omissum nomen, & eos quoq; iussos redire in patriam, ut Heluetios, Tulingos, ac Lacobrigos, quibus erant uicini.

In castris Heluetiorum. 41.

Tabulæ hoc loco intelliguntur militares indices, nempe in quibus duces militum nomina perscripta habent. Vulgus uocat Regestra. Literis autem Græcis, non lingua Græca confectæ erant. Lingua enim Gallica, qua hodie Heluetij utuntur, non minus Græcis literis, quàm Latinis scribi potest.

Repertus est numerus. 42.

Numerus hostium à Cæsare uictorum ita ponitur: primùm enim cuiusq; populi capita numerantur: deinde ex his omnibus qui arma ferre possent, adiiciuntur. Postremò summa sunt etiam ista 92 millia eorum qui arma ferre potuerunt, comprehensa.

Totius ferè Galliæ. 43.

De Gallis, hoc est, Celtis, hoc libro deinceps loquitur.

Horum primò circiter. 44.

Aruernos Ptolemæus ad fontes Ligeris amnis ponit: hodie ea regio nomen tenet. Fuerunt enim Hedui à Sequanis Aruernisq; duobus locis clausi. Porrò Sequani, quum ad Rhenum extenderentur, perfacilè habebant Germanos in auxiliū uocare. Quàm bellè uerò eiusdem res illis cesserit, sequentia Diuitiaci uerba declarant.

Sed peius. 45.

Vide an eā partē terræ putet, quę hodiæ adhuc nomen tenet Sungeau: & superior Elsatia: uicini enim sunt Rheno & Germanis.

Harudum. 46.

Harudes qui sint ex Germanis, non satis certò constat: quidam eos

eos ex Eremo Heluetiorum, quod caput Herciniæ sylvæ quãdo erat (nunc uulgò Schuuartzuuald nominatur) fuisse contendũt. Porrò ea sylua transrhenana fuit, autore Ptolemæo. Adiscitq; Corn. Tacit. eã quondam ad Mœnum usq; amnem, suo imperio tenuisse Heluetios. Ptol. aut Charudes in Cimbrica ponit Chersoneso, unde in militiam longinquam accersiti uidentur, ut ferè Germanorum est militia.

Amagetobriæ. 47.

Amagetobria, quod oppidũ sit, ignoratur. Marl. Margetobriã ponit, & Gallicè uocari ait Toaut. Quidã libri habent Admagetobria.

Cimbri Teutoniq;. 48.

Cimbri populi in extremo angulo Germaniæ ad Septentrionem Chersonesum habent: hodie Daci, sed corruptè, uocãtur. Nam Danos esse eos nominatos à rege Dano, in Chronicis eorum scriptum est. Regem habent proprium, cuius imperio parent Scandinauenses, Norue gia, pars Gothiæ, & multæ præclaræ alioquin insulæ. Vide de Cimbris Strab. li. 7. multis uerbis differentem. Teutones Ptolemæus non longè ab Albi fluuio inter Phatooinos & Sueuos ponit. Tacit. à Tuiscone rege nomen habere putat, & alludit uulgaris linguæ denominatio. Vicus hodie est è regione urbis Agrippinæ trans Rhenum, nomen eius regio obtinens, ut putant. Neq; Teutones & Germani ĩdẽ sunt, sicut neq; Alemanni & Germani.

Treuiri autem, pagos. 49.

Treuiri ad Mosellam flu. ciuitatẽ habẽt, quã aiũt ab Abrahę filijs ædificatã: hodie episcopatus est, ex septẽ Romani imperij unius electoris. Locus præterea cum nomine multas antiquitates ostendit.

Pagos centum Sueuorum. 50.

Sueuos Ptol. ad Albim flu. ponit, qui tamẽ olim maximã partẽ Germaniæ occuparunt, latissimeq; protendebantur. Quippe quorũ erant centum pagi. Deinde mutatis sedib. ad caput Danubij, & Herciniæ sylvæ confederunt: Rhetiq; non illius ueteris, sed Romanæ prouinciæ, Danubium, ac Rhenum, aliquam partem adhuc hodie possident. De his Cæsar lib. 4. copiosissimè, ubi & nos multa alia.

Vesontionem. 51.

Vesontionem oppidum Sequanorum Ptol. nominat Vesontium, & uulgus hodie Bisontium: fluuius qui oppidum propemodum circundat, à Ptolemęo Dubis nominatur: Cęsar Alduabin aut Alduadubim (nam codices mirè uariant) appellat. Cæterũm qui fuerint Ernesti regis fines, nusquam nobis expresit Cæsar. At ego puto eum Herciniam Brisgoiæ terræ fuisse dominum, aut non longè ab ea.

Factum etiam nuper in Italia. 52.

Videt de Spartaco log gladiatore: quãquã nihil certi affirmamus.

Ariouistum, cum multos. 53.

Loquitur de pugna Amagetobriæ facta: de qua paulò superius mentionem fecit.

Frumentũ Sequanos, Leucos, Lingones ſubminiſtrare. 54.

Leuci populi ſunt ad Moſellam, nec ita longè à fontib. eius. Hodie epiſcopalis urbs eſt eorum Tullium in Lotharingia: ut rectè annotauit Marlianus.

Sibiq; eam prætoriam cohortem futurã. 55.

Prætoria cohors eſt dicta, quòd à prætore non diſcedebat. Scipio enim Africanus primus fortiſsimum quenq; delegit, qui ab eo bello non diſcederent, & cætero muneri militiæ uacarent, & ſexquiplex ſtipendium acciperent. Feſtus Pompeius.

Heduos Romanis auxilium tuliſſe. 56.

Argutum argumentũ eſt, quo Cæſarem uanitatis arguit: quippe Hedui Romanis non fuere auxilio contra Allobrogas, nec contra Romanos Hedui, cum aduerſus Ernestum pugnarent.

Et *Rutenos.* 57.

Rutenos Ptolemæus inter Aquitanos ponit, quanquam ex uerbis Cæſaris Aruernis propinqui uidentur. Et quanquam Cæſar hic ait: nõ redactos in prouinciam, tamen poſtea ſæpe leguntur prouinciales. Quidam etiam duplices faciunt Rutenos, Prouinciales, & nõ Prouinciales. Ciuitas eorum hodie Rhodes dicitur. Cæterum Quintus Fabius Maximus hic fuit Cos. cum L. Opimio, anno ab Vrbe condita D.C.XXXIII. Cùm hic annus ſit D.C.XCVI. ab Vrbe condita. meminit Florus in Epitome lib. LXI.

Omnes alarios. 58.

Alarij milites ſunt non ſatis ſolidi ac firmi, ideoq; à lateribus adhibebantur tanquam alæ. Vnde & nomen inuenerunt.

Harudes. 59.

Incerta diſtinctio eſt, incertaq; lectio. Nam ſi legas Conſtiterũt, neceſſe eſt ſequi nominatiuũ: ſin Cõſiſterũt legas, accuſatiuũ, quãquam cõiunctio, paribusq; interuallis, haud ſcio quàm aptè hæreat. Ideoq; locũ corruptũ opinor, nec facilè reſtitui poſſe, niſi uetuſto aliquo exemplari adiuti fuerimus. Quidã ſuſpicãtur Harudes nominatiui eſſe caſus (etenim illorum erat bellum) alios autem populos in accuſatiuo conſtrui ad uerbum Circũdederunt, quod neſcio quàm probem.

Marcomannos. 60.

Marcomannos Ptolemæus apud Gabritã Germaniæ ſyluã ponit ultra Danubiũ, ac è regione Pannoniæ ſuperioris. Satis cõſtat eos eſſe Morauienſes. Nam & Germanica uox alludit Marrhenland, à marcha, hoc eſt, termino.

Tribotes. 61.

Triboccos Ptolemæus locat rectà ſub Rauracis ad Rhenum, Strabo

bo lib.4. Triboccos uocat, idq; rectius. Nam à tribus fagis nomen habent, Tribuochen, Plinius lib.4.cap.17. uocat Tribocos: & uerisimile est Brisacum designari. Nam & constans fama est oppidum illud in Gallia olim situm fuisse quod nunc in Germania est, mutato, Rheni alueo.

Vangiones. 62.

Vangiones Ptolemæus, sub Triboccis, & Nemetes sub Vagionibus ponit. Quod si illic uerè legitur, non erunt Nemetes Spirenses, neq; Vangiones Vormacienses. Spira quippe supra Vormaciam est. Sed in his neq; oportet in omnibus codici accedere Ptolemæi, qui in particularibus, ut ita dicam, locis sæpe exorbitat: neq; communibus literatorum coniecturis credere, qui sæpe prisca temerè nouis comparant.

Sedusios. 63.

Sedusij nõ sunt, Seduni sed Germani, ut testat Plini⁹ libro 4. ca. 17. Et quamuis Tribocci, Vangiones, & Nemetes in Gallico littore sedes habeant, tamen aut origine, aut uicinitate, aut lingua Germani uideri poterãt. Ideoq; Ernesti regis partes secuti. Andreas Althamer insignis nostra ætate antiquitatis indagator, Sebusios legendum putat.

Quos, Vbij qui proximi. 64.

Vbij populi transrhenani, & apud Tacitum, & C. Cæsarem, hodie eorum creditur urbs Agrippina Colonia, quæ olim transrhenana fuisse dicitur, ut testantur illorum chronica. Cuius rei hodie multa sunt indicia. Quippe apud diui Pantaleonis ac undecim millium uirginum templa planè ueteris aluei uestigia uidentur. Sed postea Gallicæ terræ facta, Diuitense munimentum habuit, quod hodie Tuitium uocant.

Ad conuentus agendos. 65.

Conuentus quatuor modis intelligitur. Vno, cum quemlibet hominem ab aliquo conuentum esse dicimus. Altero, quum significatur multitudo ex compluribus generibus hominum contracta in unum locum. Tertio quum à magistratibus iudicij causa populus congregatur. Quarto, quum aliquem in locum frequentia hominum supplicationis aut gratulationis causa colligitur. Hæc Festus Pompeius.

ANNOT. HENR. GLAR.
IN LIB I. FINIS.

C. IVLII CAESARIS COMMENTARIORVM DE BELLO GALLICO LIB. II.

VM esset Cæsar in citeriore Gallia in hybernis, (ita uti suprà demõstrauimus) crebri ad eũ rumores afferebantur: literisq; item Labieni certior fiebat, omneis Belgas, quam tertiam esse Galliæ partem dixeramus, contra pop. Rom. coniurare, obsidésque inter se dare. Coniurandi esse causas: primùm quòd uererentur, ne omni pacata Gallia, ad eos exercitus noster adduceretur. Deinde, quòd ab nonnullis Gallis sollicitarentur. Partim qui ut Germanos diutius in Gallia uersari noluerant: ita pop. Rom. exercitũ hyemare, atq; inueteraſcere in Gallia molestè ferebãt. Partim quia mobilitate & leuitate animi nouis imperijs studebant. Ab nõnullis etiã, quòd in Gallia à potẽtioribus, atq; ijs qui ad conducendos homines facultates habebant, uulgò regna occupabantur: qui minus facilè eã rẽ in imperio nostro consequi poterant. Iis nuncijs literisq; commotus Cæsar, duas legiones in citeriore Gallia nouas cõscripsit: & ineunte æstate in ulteriorẽ Galliã qui deduceret, Q. Pediũ legatũ misit. Ipse cùm primũ pabuli copia esse inciperet, ad exercitũ uenit. Dat negotiũ Senonibus, reliquisq; Gallis qui finitimi Belgis erãt, ut ea quæ apud eos gerantur, cognoscant: seq; de his rebus certiorẽ faciant. Hi cõstãter omnes nũciauerũt manus cogi: exercitus

in unũ locũ conduci. Tũ uerò dubitandũ non existimauit, quin ad eos proficisceretur. Re frumentaria cõparata, castra mouet, diebusq́; circiter quindecim ad fines Belgarũ peruenit. Eò cùm de improuiso, celeriusq́; omniũ opinione uenisset, Rhemi qui proximi Galliæ ex Belgis sunt, ad eũ legatos Icciũ & Antebrogũ primos ciuitatis suæ miserunt, qui dicerent, se suaq́; omnia in fidẽ atq; potestatem pop. Rom. permittere: neq; se cũ reliquis Belgis consensisse: neq; contra pop. Rom. omnino cõiurasse: paratosq́; esse & obsides dare, & imperata facere, & oppidis recipere, & frumẽto cæterisq́; rebus iuuare. Reliquos omnes Belgas in armis esse, Germanosq́; qui ripas Rheni incolũt, sese cũ his cõiunxisse, tantũq́; esse eorũ omniũ furorẽ, ut ne Sueßiones quidem fratres, cõsanguineosq́; suos, qui eodẽ iure, ijsdẽ legibus utantur, unũ imperiũ, unũq́; magistratũ cũ * illis habeant, deterrere potuerint, quin cũ his consentirent. Quũ ab his quæreret, quæ ciuitates, quantæq́; in armis essent, et q́d in bello possent, sic reperiebat: plerosq; Belgas esse ortos à Germanis, Rhenũq́; antiquitus * transductos, propter loci fertilitatẽ ibi cõsedisse, Gallosq́; qui ea loca incolerent, expulisse: solosq́; esse qui patrũ nostrorũ memoria omni Gallia uexata, Teutões Cimbrosq́; intra fines suos ingredi prohibuissent. Qua ex re fieri, ut earũ rerũ memoria magnã sibi autoritatem, magnosq́; spiritus in re militari sumerẽt. De numero eorũ omnia habere se explorata, Rhemi dicebant: propterea q̃ propinquitatibus affinitatibusq́; cõiuncti, quantam quisq; multitudinem in communi Belgarũ concilio ad id bellum pollicitus esset, cognouerant. Plurimum inter eos Belloua cos & uirtute, & autoritate, & hominũ numero ualere.

qui eis Rhenum incolũt.

al. ipsis.

traductos.

Hos posse conficere armata millia centum pollicitos, ex eo numero lecta millia seraginta, totiusq; belli imperium sibi postulare. Sueßiones suos esse finitimos, latißimos ferocissimosq; agros poßidere. Apud eos fuisse regem nostra etiam memoria Diuitiacum totius Galliæ potentißimum, qui quum magnæ partis harum regionum, tum etiam Britanniæ * imperium obtinuerit: nunc esse regem Galbam. Ad hunc propter iusticiam prudentiamq; suam, totius belli summam omniũ uoluntate deferri, oppida habere numero XII. Polliceri in illa armata quinquaginta. Totidem Neruios, qui maximè feri inter ipsos habebantur, longißimeq; absint. XV. millia Atrebates, Ambianos decem millia, Morinos quindecim millia, Menapios VII. millia, * Caletos X. millia, Verocasses & Veromanduos totidem, Catuacos XXIX. millia, Condrusos, Eburones, Cæresos, Pæmanos, qui uno nomine Germani appellãtur arbitrati ad quadraginta millia. Cæsar Rhemos cohortatus, liberaliterq; oratione * persecutus, omnem Senatum ad se cõuenire, principumq; liberos obsides ad se adduci iußit: quæ omnia ab his diligenter ad diem facta sunt. Ipse Diuitiacũ Heduum magnopere cohortatus, docet quantopere Reip. communisq; salutis intersit, manus hostium distineri, ne cum tanta multitudine uno tempore cofligendum sit. Id fieri posse, si suas copias Hedui in fines Bellouacorum introduxerint, & eorum agros populari cœperint. His mandatis eum ab se dimittit. Postquam omneis Belgarũ copias in unum locum coactas ad se uenire uidit, neq; iam longè abesse, ab his, quos miserat, exploratorib. & ab Rhemis cognouit: flumen Axonã, quod est in extremis Rhemorum finibus, exercitum traducere maturauit,

al. regnũ

al. Calecos 2

al. Vellocasses.

for. Cherusos.

ꝓsecut⁹

atq;

atq; ibi castra posuit. Quæ res & latus unum castrorũ ripis fluminis muniebat, & post eum quæ essent tuta ab hostibus reddebat, & commeatus ab Rhemis, reliquisq; ciuitatibus, ut sine periculo ad eũ portari posset, efficiebat. In eo flumine pons erat. Ibi præsidiũ ponit, & in altera parte fluminis Q. Tituriũ Sabinum legatum cum sex cohortibus reliquit: castra in altitudinẽ pedum duodecim: uallo fossaq; duodeuiginti pedum munire iubet. Ab ipsis castris oppidum Rhemorum, nomine Bibrax, aberat millia passuũ octo. Id ex itinere magno impetu Belgæ oppugnare cœperunt. Aegrè eo die sustentatum est. Gallorum eadem, atq; Belgarum oppugnatio est. Hi ubi circũiecta multitudine hominum totis mœnibus, undiq; in murum lapides iaci cœpti sunt, murusq; defensoribus nudatus est: testudine facta portis succedunt, murumq; subruunt. Quod tum facilè fiebat. Nam tanta multitudo lapides ac tela conijciebant, ut in muro consistendi potestas esset nulli. Cùm finem oppugnandi nox fecisset, Iccius Rhemus summa nobilitate, & gratia inter suos, qui tum oppido præfuerat, unus ex ijs qui legati de pace ad Cæsarem uenerant, nuncios ad eum mittit, nisi subsidium sibi mittatur, sese diutius sustinere non posse. Eò de media nocte Cæsar ijsdem ducibus usus, qui nuncij ab Iccio uenerant: Numidas, & Cretas sagittarios, & funditores Baleares subsidio oppidanis mittit. Quorum aduentu, & Rhemis cum spe defensionis studium propugnandi accessit, & hostibus eadem de causa spes potiundi oppidi decessit. Itaque pauliſper apud oppidum morati, agrósque Rhemorum depopulati, omnibus uicis, ædificijs, quo adire poterant, incensis, ad castra Cæsaris

cum omnibus copijs contenderunt: & à millibus pasuũ minus duobus castra posuerũt. Quæ castra, ut fumo atq; ignibus significabatur, amplius millibus passuum octo in latitudinem patebant. Cæsar primò & propter multitudinem hostium, & propter eximiã opinionẽ uirtutis prælio supersedere statuit. Quotidie tamẽ equestrib. pælijs, quid hostis uirtute posset, & quid nostri auderẽt, pericli
§ tabatur. Vbi nostros nõ esse inferiores intellexit, loco pro castris ad aciem instruendam natura opportuno atq; idoneo (quòd is collis, ubi castra posita erãt, paululũ ex planicie editus, tantũ aduersus in latitudinem patebat, quantum loci acies instructa occupare poterat: atq; ex utraq; parte lateris deiectus habebat, & in frontem leuiter fastigiatus, paulatim ad planiciem redibat: ab utroq; latere eius collis transuersam fossam ducit circiter passuum quadringentorum, & ad extremas fossas castella constituit, ibiq; tormenta collocauit: ne cùm aciem instruxisset, hostes (quòd tantum multitudine poterant) à lateribus suos pugnantes circumuenire possent. Hoc facto, duabus legionibus, quas proximè conscripserat, in castris relictis, ut si quo opus esset subsidio, duci possent, reliquas sex legiões pro castris in acie constituit. Hostes item suas copias ex castris eductas instruxerunt. Palus erat non magna inter nostrum atq; hostium exercitum. Hanc si nostri transirent, hostes expectabant. Nostri autem, si ab illis initium transeundi fieret, ut impeditos aggrederentur, parati in armis erant. Interim prælio equestri inter duas acies contendebatur. Vbi neutri transeundi initium faciũt, secundiore equitum nostrorum † prælio Cæsar suos in castra reduxit. Hostes protinus ex eo loco ad flumen Axonam contende-

al. prę-
dio.

runt,

runt, quod esse post nostra castra demonstratũ est. Ibi uadis repertis, partem suarum copiarum traducere conati sunt, eo consilio, ut si posent, castellum, cui præerat Q. Titurius legatus, expugnarẽt, ponterẽtq; interscinderẽt: sin minus possent, agros Remorũ popularentur: qui magno nobis usui ad bellũ gerendum erant, * cõmeatuq; nostros sustinebant. Cæsar certior factus à Titurio, omnem equitatũ, & leuis armaturæ Numidas funditores, sagittariosq; pontem traducit, atq; ad eos contendit. Acriter in eo loco pugnatum est. Hostes impeditos nostri in flumine aggressi, magnũ eorum numerum occiderunt. Per eorũ corpora reliquos audacissimè transire conantes, multitudine telorũ repulerunt: primosq;, qui transierant, equitatu circumuentos interfecerũt. Hostes, ubi & de expugnando oppido, & de flumine transeundo spem se fefellisse intellexerunt, neq; nostros in locum iniquiorem progredi pugnandi causa uiderunt, atq; ipsos res frumentaria deficere cœpit: concilio conuocato, constituerunt optimum esse, domum suam quenq; reuerti, & quorum in fines primùm Romani exercitum introduxissent, ad eos defendendos undiq; conuenire: ut potius in suis, quàm in alienis finibus decertarent: & domesticis copijs rei frumentariæ uterẽtur. Ad eam sententiã cum reliquis causis hæc quoq; ratio eos deduxit, quòd Diuitiacum quoq; atq; Heduos finibus Bellouacorum appropinquare cognouerant: his persuaderi, ut diutius morarentur, neq; suis auxilium ferrent, non poterat. Ea re constituta, secunda uigilia magno cũ strepitu ac tumultu castris egressi, nullo certo ordine, neq; imperio, cùm sibi quisq; primum itineris locũ peteret, & domũ peruenire præpararet, fecerunt ut cõsimilis

commeatusq; nostros phi berent.

fugæ profectio uideretur. Hac re statim Cæsar per speculatores cognita, insidias ueritus, quòd qua de causa discederent nondũ perspexerat, exercitũ, equitatumq; castris continuit. Prima luce, confirmata re ab exploratoribus, omnem equitatum, qui nouissimũ agmen moraretur præmisit: eiq; Q.u. Pedium, & L. Aurunculeium Cottam legatos præfecit. T. Labienum legatum cum legionibus tribus subsequi iussit. Hi nouissimos adorti, & multa millia passuum prosecuti, magnam multitudinem eorum fugiẽtium conciderunt. Cùm ab extremo agmine hi, ad quos uentũ erat, consisterent, fortiterq; impetum nostrorum militum sustinerẽt: priores, quòd abesse à periculo uiderentur, neque ulla necessitate, neq; imperio cõtinerentur: exaudito clamore, perturbatis ordinibus, omnes in fuga sibi subsidium posuerunt. Ita sine ullo periculo tantã eorum multitudinem nostri interfecerunt, quantũ fuit diei spaciũ: sub occasumq; solis sequi destiterunt, seq; in castra, uti erat imperatũ, receperunt. Postridie eius diei Cæsar, priusquã se hostes ex pauore, ac fuga reciperent, in fines Suessionum, qui proximi Rhemis erant, exercitum duxit: & magno itinere confecto, ad oppidum Nouiodunum cõtendit. Id ex itinere oppugnare conatus, quòd uacuum ab defensoribus esse audiebat, propter latitudinem fossæ, muriq; altitudinem paucis defendentibus expugnare non potuit. Castris munitis uineas agere, quæq; ad oppugnandum usui erant, comparare cœpit. Interim omnis ex fuga Suessionũ multitudo, in oppidũ proxima nocte conuenit. Celeriter uineis ad oppidũ actis, aggere iacto, turribusq; cõstitutis magnitudine operum, quæ neq; uiderãt antè Galli, neq; audierant, & celeritate Romanorũ permoti, legatos

gatos ad Cæsarem de deditione mittũt: & pecentib. Rhemis, ut conseruarentur, impetrant. Cæsar obsidibus acceptis primis ciuitatis, atq; ipsius Galbæ regis duob. filijs, armisq; omnibus ex oppido traditis, in deditionem Suessiones accepit, exercitũq; in Bellouacos ducit: qui quũ se suaq; omnia in oppidum Bratuspantium cõtulissent, atq; ab eo oppido Cæsar cũ exercitu circiter millia passuũ v. abesset: omnes maiores natu ex oppido egressi, manus ad Cæsarem tendere, & uoce significare cœperunt, sese in eius fidem ac potestatem uenire, neq; contra pop. Rom. armis contendere. Item quum ad oppidum accessisset, castraq; ibi poneret, pueri, mulieresq; ex muro passis manibus suo more, pacem à Romanis petierunt. Pro his Diuitiacus (nam post discessum Belgarum, dimissis Heduorum copijs, ad eum reuerterat) facit uerba Bellouacos omni tẽpore in fide atq; amicitia ciuitatis Heduæ fuisse. Impulsos à suis principibus, qui dicerent Heduos à Cæsare in seruitutem redactos, omnes indignitates contumeliasq; perferre: & ab Heduis defecisse, & pop. Rom. bellum intulisse. Qui eius cõsilij principes fuissent, quòd intelligerẽt quantam calamitatẽ ciuitati intulissent, in Britanniam profugisse. Petere non solùm Bellouacos, sed etiam pro his Heduos, ut sua clemẽtia ac mãsuetudine in eos utatur. Quod si fecerit, Heduorum autoritatẽ apud omneis Belgas amplificaturum: quorũ auxilijs atq; opibus, si qua bella inciderint, sustentare consueuerint. Cæsar honoris Diuitiaci, atq; Heduorũ causa sese eos in fidem recepturũ, & conseruaturũ dixit. Sed quòd erat ciuitas magna & inter Belgas autoritate et hominũ multitudine præstabat, 600. obsides popposcit. His traditis, omnibusq; armis ex oppido collatis,

collatis, ab eo loco in fines Ambianorũ peruenit. Qui se, suaq; omnia sine mora dediderũt. Eorũ fines Neruij attingebant, quorũ de natura, moribusq; Cæsar cũ quæreret, sic reperiebat: Nullum aditũ esse ad eos mercatoribus: nihil pati uini, reliquarumq; rerum ad luxuriam pertinentium inferri, quòd his rebus elanguescere animos, eorũq; remitti uirtutẽ existimarẽt. Esse homines feros, magnæq; uirtutis. Increpitare, atq; incusare reliquos Belgas, qui se pop. Rom. dedidissent, & patriam uirtutem proiecissent: confirmare sese neq; legatos missuros, neq; ullam conditionem pacis accepturos. Cùm per eorũ fines triduo iter fecisset, inueniebat ex captiuis, Sabin flumẽ ab castris suis non amplius millia passuum decem abesse: trans id flumẽ omnes Neruios consedisse, aduentumq; ibi Romanorum expectare unà cum Atrebatibus, & Veromanduis finitimis suis. Nam his utrisq; persuaserãt, ut eandem belli fortunam experirentur. Expectari etiam ab his Aduaticorum copias, atq; esse in itinere. Mulieres, quiq; per ætatẽ ad pugnam inutiles uiderentur, in eum locum conieciisse, quò propter paludes exercitui aditus non esset. Cæsar his rebus cognitis, exploratores centurionesq; præmittit, qui locum castris idoneum deligãt. Cùm ex deditiijs Belgis, reliquisq; Gallis complures Cæsarẽ secuti unà iter facerent: quidam ex his, ut postea ex captiuis cognitum est, eorum dierum cõsuetudine itineris nostri exercitus perspecta, nocte ad Neruios peruenerũt, atq; his demonstrarunt, inter singulas legiones impedimẽtorum magnũ numerum intercedere: neq; esse quicquam negocij, cùm prima legio in castra ueniisset, reliquæq; legiones magnũ spacium abessent, hanc sub sarcinis adoriri: qua pulsa, impedimen-

dimentisq; direptis futurum, ut reliquæ contrà consistere non auderent. Adiuuabant etiã eorum consilium, qui rem deferebant, quòd Neruij antiquitus cũ equitatu nihil possent (neq; enim ad hoc tempus ei rei student: sed quicquid possunt, pedestrib. ualent copijs) quò facilius finitimorum equitatum, si prædandi causa ad eos ueniisset, impedirent: teneris arboribus incisis, atq; inflexis, crebrisq; in latitudinem ramis enatis, & rubis sentibusq; interiectis effecerant, ut instar muri hæ sepes munimenta præberent: quò non modò non intrari, sed ne perspici quidẽ posset. Iis rebus cùm iter agminis nostri impediretur, non omittendũ sibi consiliũ Neruij existimauerũt. Loci natura erat hæc, quem locum nostri castris delegerant. Collis ab summo æqualiter decliuis, ad flumen Sabin, quod suprà nominauimus, uergebat. Ab eo flumine pari accliuitate collis nascebatur, aduersus huic, & cõtrarius, passus circiter cc. infimus apertus, ab superiore parte syluestris, ut non facilè introrsus perspici posset. Intra eas syluas hostes in occulto sese continebant. In aperto loco secundum flumen paucæ stationes equitum uidebantur. Fluminis erat altitudo circiter pedum trium. Cæsar equitatu præmisso, subsequebatur omnib. copijs. Sed ratio ordoq; agminis aliter se habebat, ac Belgæ ad Neruios detulerant. Nam quòd hostis appropinquabat, consuetudine sua Cæsar sex legiones expeditas ducebat. Post eas totius exercitus impedimẽta collocabat. Inde duæ legiones, quæ proximè conscriptæ erant, totum agmen claudebant, præsidioq; impedimentis erãt. Equites nostri cum funditoribus, sagittarijsq; flumẽ trãsgressi, cum hostium equitatu prælium commiserunt. Cùm se illi identidẽ in syluas ad suos reciperent, ac rursus è syluis in

ua in nostros impetum facerent, neq; nostri lõgius, quàm quem ad finem porrecta, ac loca aperta pertinebant, cedentes insequi auderent: interim legiones sex, quæ primæ uenerant, opere dimenso castra munire cœperũt. Vbi prima impedimẽta nostri exercitus ab ijs qui in syluis abditi latebant, uisa sunt, quòd tempus inter eos committendi prælij conuenerat, ita ut intra syluas aciem ordinesq; cõstituerant, atque ipsi sese confirmauerant: subitò omnibus copijs peruolarunt, impetumq; in nostros equites fecerunt. His facilè pulsis, ac perturbatis, incredibili celeritate ad flumen decurrerunt, ut penè uno tempore & ad syluas, & in flumine * etiam in manibus nostris hostes uidereꝫtur. Eadẽ autẽ celeritate aduerso colle ad nostra castra, atq; eos qui in opere occupati erant, contenderunt. Cæsari omnia uno tempore erant agenda. Vexillum proponendum, quod erat insigne, cùm ad arma cõcurri oporteret. Signũ tuba dandũ: ab opere reuocãdi milites: qui paulò longius aggeris petendi causa processerant, accersendi: acies instruenda: milites cohortandi: signum dandum. Quarum rerum magnam partem temporis breuitas, & incursus hostium impediebat. His difficultatibus duæ res erant subsidio: scientia, atque usus militum, quòd superioribus prælijs exercitati, quid fieri oporteret, non minus commodè ipse sibi præscribere, quàm ab alijs doceri poterant: & quòd ab opere, singulisq; legionibus singulos legatos Cæsar discedere, nisi munitis castris, uetuerat. Hi propter celeritatem & propinquitatem hostium, nihil iam Cæsaris imperium expectabant: sed per se quæ uidebantur, administrabãt. Cæsar necessarijs rebus imperatis, ad cohortandos milites, quam in partem fors obtulit,

* al. &

lit, decurrit & ad legionem decimam deuenit. Milites nõ longiore oratione est cohortatus, quàm uti suæ pristinæ uirtutis memoriam retinerent, neu perturbarentur animo, hostiumq; impetum fortiter sustinerent. Et quia non longius hostes aberãt, quàm quò telũ adijci posset, prælij committendi signũ dedit. Atq; item in alteram partem cohortandi causa profectus, pugnãtibus occurrit. Temporis tanta fuit exiguitas, hostiumq; tam paratus ad dimicandum animus: ut non modò ad insignia accomodanda, sed etiam ad galeas induendas, scutisq; tegmẽta detrahenda tempus defuerit. Quam quisq; in partẽ ab opere causa deuenit, quæq; prima signa conspexit, adhæc constitit, ne in quærendis suis pugnandi tempus dimitteret. Instructo exercitu magis ut loci natura, delectusq; collis, & necessitas tẽporis, quàm ut rei militaris ratio atq; ordo postulabat, quum diuersis locis legiones aliæ alia in parte hostibus resisterẽt: sepibusq; densissimis, ut antè demonstrauimus, interiectis, prospectus impediretur, neq; certa subsidia collocari, neq; quid in quaq; parte opus esset, prouideri, neq; ab uno omnia imperia administrari poterant. Itaque in tanta rerũ iniquitate, fortunæ quoq; euentus uarij sequebantur. Legionis nonæ, & decimæ milites, ut sinistra parte acie cõstiterant pilis emissis, cursu ac lassitudine exanimatos, uulneribusq; confectos Atrebates (nam his ea pars obuenerat) celeriter ex loco superiore in flumen compulerunt. Et trãsire conantes insecuti, gladijs magnam partem eorum impeditam interfecerunt. Ipsi transire flumen non dubitaueruut, & in locum iniquũ progressi, rursus egressos ac resistentes hostes, redintegrato prælio, in fugã coniecerũt. Item alia in parte

diuer-

diuersæ duæ legiones, undecima et octaua, profligatis Veromanduis, quibus cũ erant congressi, ex loco superiore in ipsis fluminis ripis præliabantur. Ac totis ferè castris à fronte & à sinistra parte nudatis, quòd in dextro cornu legio duodecima, & non magno ab ea interuallo septima constitissent, omnes Neruij confertissimo agmine, duce Boduognato, qui summã imperij tenebat, ad eum locum cõtenderũt. Quorum pars aperto latere, legiones circunuenire, pars summum locum castrorũ petere cœpit. Eodem tempore equites nostri, leuisq; armaturæ pedites, qui cũ his unà fuerant, quos primo hostium impetu pulsos dixeram, cũ se in castra reciperẽt, aduersis hostibus occurrebant, ac rursus aliam in partem fugam petebant. Et calones qui ab decumana porta, ac summo iugo collis nostros uictores flumen transire conspexerant, prædandi causa egressi, quũ respexissent, & hostes in nostris castris uersari uidissent, præcipites sese fugæ mandabant. Simul eorũ qui cũ impedimentis ueniebãt, clamor fremitusq; exaudiebatur. Alijq; aliã in partẽ perterriti ferebantur. Quibus omnibus rebus permoti equites Treuiri, quorũ inter Gallos uirtutis opinio est singularis, qui auxilij causa à ciuitate missi ad Cæsarẽ uenerãt, cum multitudine hostiũ castra nostra compleri, legiones premi, & penè circunuentas teneri, calones, equites, funditores Numidas, diuersos, dissipatosq; in omneis partes fugere uidissent: desperatis nostris rebus, domum cõtenderunt. Romanos pulsos, superatosq;, castris, impedimẽtisq; eorũ hostes potitos, ciuitati renũciauerunt. Cæsar ab decimæ legionis cohortatione ad dextrum cornu profectus, ubi suos urgeri, signisq; in unum locũ collatis duodecimæ legionis milites

oriebat.

con-

confertos sibijpsis ad pugnam esse impedimento: quartæ cohortis omnibus centurionibus occisis, signiferoq; interfecto, signo amisso, reliquarũ cohortium omnibus ferè centurionibus aut uulneratis, aut occisis, in his primipilo P. Sextio Baculo, fortissimo uiro, multis grauibusq; uulneribus confecto, ut iam se sustinere non posset, reliquos esse tardiores, & nonnullos à nouissimis desertos, prælio excedere, ac tela uitare: hostes neq; à fronte ex inferiore loco subeuntes intermittere, & ab utroq; latere instare, & rem esse in angusto uidit, neq; ullũ esse subsidiũ, quod summitti posset: scuto à nouissimis uni militum detracto, quòd ipse eò sine scuto uenerat, in primã aciem processit, centurionibusq; nominatim appellatis, reliquos cohortatus milites, signa inferre, & manipulos laxare iussit, quò facilius gladijs uti possent.* Huius aduentu spe illata militibus, ac redintegrato animo, cũ pro se quisq; in cõspectu Imperatoris etiã in extremis suis rebus operã nauare cuperet, paulùm hostium impetus retardatus est. Cæsar cùm septimam legionem, quæ iuxtà constiterat, item urgeri ab hoste uidisset, tribunos militũ monuit, ut paulatim sese legiones coniungerent, & conuersa signa in hostes inferrent. Quo facto, cùm alijs alij subsidium ferrent, neq; timerẽt, ne auersi ab hoste circunuenirentur: audacius resistere, ac fortius pugnare cœperunt. Interim milites legionum duarum, quæ in nouissimo agmine præsidio impedimentis fuerant, prælio nunciato, cursu incitato in summo colle ab hostibus conspiciebantur. Et T. Labienus castris hostium potitus, & ex loco superiore, quæ res in nostris castris gererentur, conspicatus, decimam legionem subsidio nostris misit. Qui quum ex equitum & calonum fu-

* al. Cuius

ga, quo

ga, quò in loco res esset, quãtoq; in periculo & castra, et legiones, & imperator uersaretur, cognouissent: nihil ad celeritatẽ sibi reliqui fecerũt. Horum aduentu tanta rerũ cõmutatio est facta, ut nostri etiã qui uulneribus confecti procubuissent, scutis innixi, prælio redintegrarent. Tum calones perterritos hostes cõspicati, etiã inermes armatis occurrerũt. Equites uerò ut turpitudinẽ fugæ uirtute delerent, omnibus in locis pugnabãt, quò se legionarijs militibus præferrent. At hostes etiam in extrema spe salutis tantã uirtutẽ præstiterunt, ut cùm primi eorũ cecidissent, proximi iacentibus insisterẽt, atq; ex eorũ corporibus pugnarent. His deiectis, & coaceruatis cadaueribus, qui superessent, ut ex tumulo tela in nostros conijcerent, pilaq; intercepta remitterent, ut nõ neqcquã tãtæ uirtutis homines iudicari deberẽt:* ausi quòd essẽt trãsire latissimũ flumẽ, ascendere altissimas ripas, ac subire iniquissimũ locũ: quæ facilia ex difficillimis animi magnitudo redegerat. Hoc prælio facto, & propè ad internecionẽ gente ac nomine Neruiorũ redacto, maiores natu, quos unà cum pueris, mulieribusq; in æstuaria ac paludes collectos dixeramus, hac pugna nunciata, quũ uictoribus nihil impeditũ, uictis nihil tutũ arbitrarẽtur: omniũ qui supererãt cõsensu legatos ad Cæsarem miserunt, seq; ei dediderunt. Et in cõmemoranda ciuitatis calamitate, ex sexcentis, ad treis senatores: ex hominũ millibus sexaginta, uix ad quingentos qui arma ferre possent, se redactos esse dixerũt. Quos Cæsar, ut in miseros ac supplices usus misericordia uidere tur, diligentissimè conseruauit: suisq; finibus atq; oppidis uti iussit, & finitimis imperauit, ut ab iniuria & maleficio se suosq; prohiberent. Aduatici (de quib. suprà scripsi mus)

* al. ausos esse trãsire

mus) cùm omnib. copijs auxilio Neruijs uenirent, hac pugna nunciata, ex itinere domũ reuerterunt, cunctis oppidis castellisq; desertis, sua omnia in unũ oppidum egregiè natura munitum contulerunt. Quod cùm ex omnibus in circuitu partibus altißimas rupes despectusq; haberet, una ex parte leniter accliuis aditus in latitudinẽ non amplius ducentorũ pedum relinquebatur. Quem locum duplici altißimo muro munierãt: tum magni ponderis saxa, et præacutas trabes in muro collocarãt. Ipsi erãt ex Cimbris Teutonisq; prognati: qui cùm iter in prouinciã nostram atq; Italiam facerent, his impedimentis, quæ secum agere ac portare non poterant, circa flumen Rhenum depositis, custodiæ ex suis ac præsidio sex millia hominum unà reliquerunt. Hi post eorum obitum multos annos à finitimis exagitati, cùm aliàs bellum inferrent, aliàs illatum defenderẽt, consensu eorum omnium pace facta, hunc sibi domicilio locum delegerũt. Ac primo aduentu exercitus nostri crebras ex oppido excursiones faciebãt, paruulisq; prælijs cũ nostris cõtendebant. Postea uallo pedum XII. in circuitu XV. millium, crebrisq; castellis circummuniti, oppido sese continebant. Vbi uineis actis, aggere extructo, turrim constitui procul uiderunt, primùm irridere ex muro, atque increpare uocibus, quòd tanta machinatio à tanto spacio * instrueretur: quibúsnam manibus, aut quibus uiribus, præsertim homines tantulæ staturæ (nam plerunq; omnibus Gallis præ magnitudine corporum suorum breuitas nostra contemptui est) tanti oneris turrim in muros sese collocare confiderent? Vbi uerò moueri & appropinquare mœnibus uiderunt, noua atq; inusitata specie commoti, legatos ad Cæsarem de pace mi-

al. citra

al. instituerentur

serunt. Qui ad hunc modũ locuti: Non se existimare, Romanos sine ope deorum bellum gerere, qui tantæ altitudinis machinationes tanta celeritate promouere, & ex propinquitate pugnare possent. Se suaq; omnia eorum potestati permittere dixerũt. Vnum petere ac deprecari, si fortè pro sua clementia ac mansuetudine, quam ipsi ab alijs audissent, statuisset Aduaticos esse conseruandos, ne se armis dispoliaret. Sibi omnes ferè finitimos esse inimicos, ac suæ uirtuti inuidere, à quibus se defendere traditis armis nõ possent. Sibi præstare, si in eum casum deducerentur, quamuis fortunam à pop. Rom. pati, quàm ab his per cruciatum interfici, inter quos dominari consuêssent. Ad hæc Cæsar respondit, se magis cõsuetudine sua, quàm merito, eorum ciuitatem conseruaturum, si prius, quàm aries murum attigisset, se dedidissent: sed deditionis non illam esse conditionem, nisi armis traditis. Se id quod in Neruios fecisset, facturũ, finitimisq; imperaturum, ne quã deditit ijs pop. Rom. iniuriã inferrẽt. Renunciata ad suos, illi se, quæ imperarentur, facere dixerunt. Armorum magna multitudine de muro, in fossam quæ erat ante oppidum, iacta, sic ut propè summã muri aggerisq; altitudinẽ acerui armorum adæquarent: & tamẽ circiter parte tertia (ut postea compertũ est) celata, atq; in oppido retenta, portis patefactis, ea die pace sunt usi. Sub uesperũ Cæsar portas claudi, milites q; ex oppido exire iussit, ne quã noctu oppidani à militibus iniuriã acciperent. Illi antè inito (ut intellectum est) consilio, quòd deditione facta, nostros præsidia

al. non inductu-ros, * deducturos, aut deniq; indiligentius seruaturos crediderant: partim cũ ijs quæ retinuerant & celauerant armis, partim scutis ex cortice factis, aut uiminibus intextis,

quæ

quæ subitò (ut temporis exiguitas postulabat) pellibus induxerãt, tertia uigilia, quà minimè arduus ad nostras munitiones ascensus uidebatur, omnibus copijs repentè ex oppido eruptionẽ fecerunt. Celeriter (ut antè Cæsar imperauerat) ignibus significatione facta, ex proximis castellis eò concursum est: pugnatumq; ab hostibus ita acriter, ut à uiris fortibus in extrema spe salutis iniquo loco, contra eos qui ex uallo, turribusq; tela iácerent, pugnari debuit, cũ in una uirtute omnis spes salutis cõsisteret. Occisis ad hominũ millibus quatuor, reliqui in oppidum reiecti sunt. Postridie eius diei refractis portis, cùm iam defenderet nemo, atq; intromissis militibus nostris, sectionem eius oppidi uniuersam Cæsar uendidit. Ab his qui emerant, capitũ numerus ad eum relatus est millium quinquagintatrium. Eodem tẽpore à P. Crasso, quem cum legione una miserat ad Venetos, Vnellos, Osismos, Curiosolitas, Sesuuios, Aulercos, Rhodones, quæ sunt maritimæ ciuitates, Oceanumq; attingunt, certior factus est, omneis eas ciuitates in deditionem potestatemq; pop. Rom. esse redactas. His rebus gestis, omni Gallia pacata, tanta huius belli ad barbaros opinio perlata est, uti ab his nationibus quæ trans Rhenũ incolerent, mitterentur legati ad Cæsarẽ: quæ se obsides daturas, imperata facturas pollicerentur. Quas legationes Cæsar, quòd in Italiam, Illyricumq; properabat, inita proxima æstate, ad se reuerti iussit. Ipse in Carnutes, Andes, Turones, quæ ciuitates propinquæ his locis erant, ubi bellũ gesserat, legionibus in hyberna deductis, in Italiam profectus est. Ob easq; res ex literis Cæsaris dies XV. supplicatio decreta est. Quod ante id tempus acciderat nulli.

(cũ) alij non habent.

4

5

IN C. IVLII CAESARIS COMMENTARIORVM DE BELLO GALLICO LIbrum II. Henr. Glar. Annotationes.



IN hoc secũdo libro habentur quæ Cæsar bella gesserit in Belgis, tertia Galliæ parte: ac primò de origine Belgarum disserit. Deinde, ut cum uniuersis congressus sit, ac uicerit: postea in Neruijs egregia illa pugna describitur: Aduaticorum item expugnatio & perditio. Denique ciuitatum Armoricarum, quæ hodie Britanniæ nomen obtinent, deditio.

Cùm esset Cæsar. 1.

Secundus annus belli Gallici, Coss. P. Cor. Lentulo, & Quint. Metello nepote, anno ab urbe condita D. C. XCVII.

Calecos x. millia. 2.

In hac Belgarum descriptione fermè populorum nomina hodie constant uetere appellatione, quanquam correpta siue apocopata, de quibus Martianus rectè sentit. Quidam autem Caletos legunt, per t in ultima syllaba. Quidam etiam aliqua horum populorum nomina inclinant tertia declinatione, quæ alij secunda. Non est autem dubium, quin Romani Gallica nomina omnia corruperint, sicut contrà nostra ætas Romanis sua deprauat.

Loco pro castris. 3.

Videtur legendũ esse, Loco opportuno atq; idoneo capto: alioqui nullus uidetur sensus. Est autem Topographia, hoc est, loci descriptio, pro instruenda acie elegantissimè posita.

Sectionem eius oppidi uniuersam. 4.

Sector, est æstimator redemptorq; bonorum damnati atq; proscripti. Ascon. Pædianus. Res autem ipsa sectio dicitur.

Ad Venetos, Vnellos, Osisinos. 5.

Venetos Ptolemæus maritimos facit in Lugdunensi Gallia, à quibus putat Strabo libro 4. Venetos in Italia suum nomen habere: quod

quod uerisimilius est, quàm quod Liuius, perpetuus Gallici nominis hostis fabulatur, ab Antenore proditore urbis Troiæ originem traxisse Paduanos, ab Heneto Paphlagonum duce Venetos. Osismios Ptolemæus uocat, quos Cæsar Ossisinos: quanquam hoc nomen mirè uariatum inuenitur. Vnelli præterea ad mare ex aduerso Britanniæ positi sunt. Cæterùm qui hîc enumerantur populi, hodie Britanniæ nomen habent: hoc enim nomen in continentem migrauit, cùm prius insula esset. Nunc uerò Britonibus electis, Anglia recens nomen est insulæ, quanquam eius Septentrionalem partem tenent Scoti. Mansit igitur nomen Britonum Gallia. Porrò Carnutes & Rhedondes populi inter Ligerem & Sequanam amnes sunt, eodem autore Ptolemæo: & non longè ab eis Andes, ubi in hybernis fuit exercitus Cæsaris. Aulertij autem, hodie Normandiæ sunt populi, de quibus postea plura.

ANNOT. HENR. GLAR. IN LIB. II. FINIS.

C. IVLII CAESARIS COMMENTARIORVM DE BELLO GALLICO LIB. III.



QVVM in Italiam proficiscereturCæsar, Seruiũ Galbã cum legione duodecimã, & parte equitatus in *Antuates, Veragros, Sedunosq; misit: qui à finibus Allobrogũ & lacu Lemano, & flumine Rhodano ad summas Alpes pertinẽt. Causa mittẽdi fuit, quòd iter per Alpes, quò magno cũ periculo, magnisq; portorijs mercatores ire cõsueuerant, patefieri uolebat. Huic permisit, si opus esse arbitraretur, uti in *ijs legionẽ hyemãdi causa collocaret. Galba, secũdis aliquot prælijs factis, castellisq; cõpluribus eorũ expugnatis, missis ad eũ undiq; legatis, obsidibusq; datis, & pace facta, cõstituit cohortes duas in *Antuatibus collocare, et ipse cũ reliquis eius legionis cohortibus in uico Veragrorũ, q appellatur Octodorus, hyemare: qui uicus positus in ualle, nõ magna adiecta planicie, altissimis mõtib. undiq; cõtinetur. Cùm hic in duas partes flumine diuideretur, alterã partẽ eius uici Gallis ad hyemandũ cõcesserit, alteram uacuã ab his relictã cohortibus attribuit. Eum locũ uallo fossaq; muniuit. Cùm dies hybernorũ cõplures trãsissent, frumentumq; eò cõportari iussisset, subitò p exploratores certior factus est, ex ea parte uici, quam Gallis cõcesserat, omnes noctu discessisse, montesq; qui impenderent, à maxima multitudine Sedunorum & Veragrorum teneri. Id

al. Nantuates, 1

al. ijs locis

Nantuatibus

aliquot

aliquot de causis acciderat, ut subitò Galli belli renouandi legionisq; opprimendæ consiliũ caperent. Primùm, quòd legionem, neq; eam plenissimã, detractis cohortibus duabus, & compluribus singulatim, qui cõmeatus petẽdi causa missi erant, absentibus, propter paucitatẽ despiciebant: tum etiam, quòd propter iniquitatem loci, cùm ipsi ex montibus in uallem decurrerent, & tela conijcerent, ne primum quidem posse impetum suum sustineri existimabant: accedebat, quòd suos ab se liberos abstractos obsidũ nomine dolebant, & Romanos nõ solùm itineris causa, sed etiam perpetuæ possessionis, culmina Alpium occupare conari, & ea loca finitimæ prouinciæ adiungere, sibi persuasum habebant. His nuncijs acceptis, Galba, quũ neq; opus hybernorum, munitionesq; plenè essent perfectæ: neq; de frumẽto reliquoq; commeatu satis esset prouisum, quòd deditione facta, obsidibusq; acceptis, nihil de bello timendum existimauerat: concilio celeriter conuocato, sententias exquirere cœpit. Quo in concilio quum tantũ repentini periculi præter opinionem accidisset, ac iam omnia ferè superiora loca multitudine armatorum completa conspicerentur, neq; subsidio ueniri, neq; commeatus supportari, intercluss itineribus, posset: propè iam desperata salute, nonnullæ huiusmodi sententiæ dicebantur, ut impedimentis relictis, eruptione facta, ijsdem itineribus, quibus eò peruenissent, ad salutẽ contenderẽt. Maiori tamen parti placuit, hoc reseruato ad extremum consilio, interim rei euentum experiri, & castra defendere. Breui spacio interiecto, uix ut his rebus, quas constituissent, * colloquẽdis, atq; administrandis tẽpus daretur, hostes ex omnibus partibus signo dato decurrere, lapi- al. colle candis.

des, gesáq; in uallũ conijcere. Nostri primò integris uiribus fortiter repugnare, neq; ullum frustra telum ex loco superiore mittere: ut quæq; pars castrorum nudata defensoribus premi uidebatur, eò occurrere, & auxilium ferre. Sed hoc superari, quòd diuturnitate pugnæ hostes defessi, cùm prælio excedebant, alij integris uiribus succedebant. Quarũ rerũ à nostris propter paucitatẽ fieri nihil poterat: ac non modò defesso ex pugna excedendi, sed ne saucio quidem, eius loci ubi constiterat, relinquẽdi, ac sui recipiendi facultas dabatur. Cùm iam amplius horis sex continenter pugnaretur, ac non solùm uires, sed etiã tela nostris deficerent, atq; hostes acrius instarẽt, languidioribusq; nostris, uallũ scindere, & fossas cõplere cœpissent, resq; esset iam ad extremũ perducta casum: P. Sextius Baculus primipili centurio (quem Neruico prælio cõpluribus confectum uulneribus diximus) & item C. Volusenus tribunus militũ, uir & consilij magni, & uirtutis, ad Galbam accurrunt, atq; unam esse spem salutis docent, si eruptione facta, extremum auxilium experirentur. Itaq; conuocatis cẽturionibus, celeriter milites certiores facit, paulisper intermitterent prælium, ac tantummodo tela missa exciperent, seq; ex labore reficerent: pòst, signo dato è castris erumperent, atq; omnem spem salutis in uirtute ponerẽt. Quod iussi sunt, faciunt: ac subitò omnibus portis eruptione facta, neq; cognoscẽdi quid fieret, neq; sui colligendi hostibus facultatẽ relinquũt. Itaq; commutata fortuna, eos qui in spem potiendorum castrorum uenerant, undiq; circunuentos interficiunt: & ex hominũ millibus amplius triginta, quem numerum barbarorum ad castra uenisse cõstabat, plus tertia parte interfecta, reliquos perterritos

territos in fugam conijciunt: ac ne in locis quidem superiorib. consistere patiũtur. Sic omnibus hostium copijs fusis,* armis exutis, se in castra munitionesq; suas recipiũt. Quo prælio facto, quòd sæpius fortunam tentare Galba nolebat, atq; alio sese in hyberna cõsilio uenisse meminerat, alijs se occurrisse rebus uiderat, maximè frumenti commeatusq; inopia permotus, postero die omnibus eius uici ædificijs incensis, in prouinciam reuerti contendit: ac nullo hoste prohibente, aut iter demorante, incolumẽ legionem in Antuates, inde in Allobrogas perduxit, ibiq; hyemauit. His rebus gestis, quum omnibus de causis Cæsar pacatam Galliam existimaret, superatis Belgis, expulsis Germanis, uictis in Alpibus Sedunis, atq; ita inita hyeme in Illyricum profectus esset, quòd eas quoque nationes adire, & regiones cognoscere uolebat: subitũ bellum in Gallia coortum est. Eius belli hæc fuit causa. P. Crassus adolescens cũ legione septima* proximis Oceano in Andibus hyemabat. Is, quòd in his locis inopia frumenti erat, præfectos tribunosq; militũ cõplures in finitimas ciuitates frumẽti cõmeatusq; petẽdi causa dimisit. Quo in numero erat T. Terrasidius missus in Vnellos, M.* Trebonius Gallus in Curiosolitas, Qu. Velanius cũ T. Silio in Venetos. Huius ciuitatis est lõgè amplissima autoritas omnis oræ maritimæ regionum earum: quòd & naues habent Veneti plurimas, quibus in Britanniam nauigare consueuerunt, & scientia atque usu nauticarum rerum cæteros antecedunt, & in magno impetu maris, atq; aperto, paucis portubus interiectis, quos tenẽt ipsi, oẽs ferè qui eodẽ mari uti consueuerunt, habẽt uectigales. Ab ijs fit initium retinendi Silij, atq; Velanij: quòd per eos suos se obsides,

al. armis q;

al. proximus maris Oceano

al. Trebius

quos

quos Crasso dedissent, recuperaturos existimabant. Horũ autoritate finitimi adducti (ut sunt Gallorum subita & repentina cõsilia) eâdem de causa Trebium Terrasidiumq; retinent: & celeriter missis legatis, per suos principes inter se coniurant, nihil nisi communi cõsilio acturos, eundemq; omnis fortunæ exitum esse laturos: reliquasq; ciuitates solicitant, ut in ea libertate quam à maioribus acceperant, permanere, quàm Romanorum seruitutẽ perferre malint. Omni ora maritima celeriter ad suã sententiam perducta, communem legationem ad P. Crassum mittunt: si uelit suos* recuperare, obsides sibi remittat. Quibus de rebus Cæsar à Crasso certior factus, quòd ille aberat longiùs, naues interim longas ædificari in flumine Ligeri, quod influit in Oceanum, remiges ex prouincia instituì, nautas gubernatoresq; comparari iubet. His rebus celeriter administratis, ipse quũ primùm per anni tempus potuit, ad exercitũ contendit. Veneti reliquæq; ciuitates, cognito Cæsaris aduentu, simul quòd, quantum in se facinus admisissent, intelligebãt, legatos (quod nomẽ apud omnes nationes sanctũ inuiolatũq; semper fuisset) retẽtos ab se, & in uincula coniectos, pro magnitudine periculi bellum parare, & maximè ea quæ ad usum nauium pertinerent, prouidere instituunt: hoc maiore spe, quòd multum natura loci confidebant: pedestria esse itinera concisa æstuarijs, nauigationem impeditam propter inscitiam locorũ, paucitatemq; portuum sciebant. Neq; nostros exercitus propter frumenti inopiam diutius apud se morari posse confidebant. Ac iam ut omnia contra opinionem accidèrent, tamẽ se plurimùm nauibus posse: Romanos neq; ullam facultatem habere nauiũ, neq; eorum locorũ ubi bellum

al. recipere.

lum gesturi essent, uada, portus, insulasq; nouisse: ac longè aliam esse nauigationē in concluso mari, atq; in uastissimo ac apertißimo Oceano perspiciebāt. His initis consilijs, oppida muniunt, frumenta ex agris in oppida comportant. Naues in Venetiam, ubi Cæsarem primū bellum gesturum esse constabat, quàm plurimas possunt, cogunt. Socios sibi ad id bellū Osisinos, Lexobios, Nannetes, Ambiliates, Morinos, Diablintres, Menapios adsciscunt. Auxilia ex Britannia, quæ cōtra eas regiones posita est, accersunt. Erāt hæ difficultates belli gerendi, quas suprà ostendimus. Sed multa tamen Cæsarem ad id bellum incitabant: iniuriæ retentorum* equitum Rom. rebellio facta post deditionē, defectio datis obsidibus, tot ciuitatum coniuratio: in primis, ne hac parte neglecta, reliquæ nationes idem sibi licere arbitrarentur. Itaq; quum intelligeret omneis ferè Gallos nouis rebus studere, & ad bellum mobiliter celeriterq; excitari: omneis autem homines natura libertati studere, & conditionem seruitutis odisse: priusquā plures ciuitates conspirarēt, partiendū sibi, ac latius distribuendū exercitum putauit. Itaq; T. Labienum legatum in Treuiros, qui proximi Rheno flumini sunt, cum equitatu mittit. Huic mādat, Rhemos, reliquosq; Belgas adeat, atq; in officio contineat: Germanosq;, qui auxilio à Belgis accersiti dicebantur, si per uim nauibus flumē trāsire conentur, prohibeat. P. Crassum cū cohortibus legionarijs XII. & magno numero equitatus in Aquitaniam proficisci iubet: ne ex his nationibus auxilia in Galliam mittātur, ac tantæ nationes coniungantur. Qu. Titurium Sabinum legatū cū legionibus tribus in Vnellos, Curiosolitas, Lexobiosq; mittit, qui eam manū distinēdam curet.

5

(hę) una cat.

al. militū

Decium

Decium Brutum adolescentem classi, Gallicisq; nauibus,
4 quas ex Pictonibus, & Santonis, reliquisq; pacatis regio
nibus cõuenire iusserat, præficit, & cùm primùm posset,
in Venetos proficisci iubet. Ipse eò pedestribus copijs cõ-
tendit. Erant eiusmodi ferè situs oppidorum, ut posita in
al. lingu lis, extremis * linguis, promontorijsq;, neq; pedib. aditũ ha-
berent, cùm ex alto se æstus incitauisset, quod his semper
accidit horarum XII. spacio: neque nauibus, quòd rursus
minuente æstu, naues in uadis afflictarentur. Ita utraq; re
oppidorum oppugnatio impediebatur. Ac si quando ma-
gnitudine operis fortè superati, extruso mari aggere ac
al. oppi- di molibus, atq; his * fermè mœnib. adæquatis, suis fortunis
desperare cœperãt, magno numero nauiũ appulso, cuius
rei summam facultatẽ habebant, sua omnia deportabant,
seq; in proxima oppida recipiebant. Ibi se rursus ijsdem
opportunitatibus loci defendebant. Hæc eò facilius ma-
gna parte æstatis faciebant, quòd nostræ naues tempe-
statibus detinebantur: summaq; erat uasto atq; aperto ma-
ri, magnis æstibus, raris, ac propè nullis portubus diffi-
cultas nauigandi. Namq; ipsorum naues ad hũc modũ fa-
5 ctæ, armataq; erant. Carinæ aliquando planiores, quàm
nostrarũ nauium, quò facilius uada ac decessum æstus ex-
cipere possent. Proræ admodum erectæ, atq; item puppes
ad magnitudinẽ fluctuum tempestatumq; accommodatæ.
Naues totæ factæ ex robore, ad quamuis uim & contu-
6 meliam perferendã. Transtra ex pedalibus in altitudinem
trabibus, cõfixa clauis ferreis, digiti pollicis crassitudine.
7 Anchoræ pro funibus ferreis catenis reuinctæ. Pelles pro
uelis, alutaq; tenuiter cõfectæ, siue propter lini inopiam,
al. & atq; eius usus inscitiã: siue (quod est magis ucrisimile) * q
tantas

tantas tempestates Oceani, tantosq; impetus uētorum sustineri, ac tanta onera nauiū regi uelis, nō satis commodè posse arbitrabātur. Cū his nauibus nostræ classi eiusmodi cōgressus erat, ut una celeritate, & pulsu remorū præstaret: reliqua pro loci natura, pro ui tempestatum illis essent aptiora & accōmodatiora. Neq; enim his nostræ rostro nocere poterāt, tanta in his erat firmitudo: neq; propter altitudinē facilè telum adijciebatur, & eadē de causa minus * cōmodè scopulis continebantur. Accedebat, ut cùm sæuire uentus cœpisset, & se uento dedissent, & tempestatem ferrent facilius, & in uadis consisterēt tutius, & ab æstu derelictæ, nihil saxa & cautes timerent. Quarum rerum omniū nostris nauibus casus erat * extimescendus. Cōpluribus expugnatis oppidis, Cæsar ubi intellexit frustra tantū laborem sumi, neq; hostium fugam, captis oppidis reprimi, neq; his noceri posse: statuit expectandā classem. Quæ ubi cōuenit, ac primùm ab hostibus uisa est, circiter CCXX naues eorū * paratissimæ, atq; omni genere armorum ornatissimæ, è portu profectæ, nostris aduersæ cōstiterunt. Neq; satis Bruto, qui classi præerat, uel tribunis militum, centurionibusq;, quibus singulæ naues erant attributæ, constabat quid agerent, aut quam rationē pugnæ insisterēt. Rostro enim noceri nō posse cognouerāt. Turribus autem excitatis, * tamē has altitudo puppiū ex Barbaris nauibus superabat, ut neq; ex inferiore loco satis cōmodè tela adijci possent, et missa à Gallis grauius acciderēt. Vna erat magno usui res præparata à nostris, falces præacutæ insertæ, affixæq; longurijs, non absimili forma muraliū falcium. His quum funes qui antennas ad malos distinebant, cōprehensi adductiq; erāt, nauigio remis inci-

al. incōmodè

al. extremiscēdus.

al. potissimæ.

tantum

8

incitato prærumpebantur. Quibus abscisis, antennæ necessariò concidebant: ut cùm omnis Gallicis nauibus spes in uelis armamentisq; consisteret, his ereptis, omnis usus nauium uno tempore eriperetur. Reliquũ erat certamen positũ in uirtute, qua nostri milites facilè superabant: atq; eò magis, quòd in cõspectu Cæsaris atq; omnis exercitus res gerebatur, ut nullũ paulò fortius factum latére posset. omnes enim colles, & loca superiora, unde erat propinquus despectus in mare, ab exercitu tenebantur. Disiectis (ut diximus) antennis, quum singulas binæ aut ternæ naues circunsisterent, milites summa ui transcendere in hostium naues cõtendebant. Quod postquam Barbari fieri animaduerterũt, expugnatis compluribus nauibus, quum ei rei nullum reperiretur auxilium, fuga salutem petere contenderunt. Ac iam conuersis in eam partem nauibus,
9 quò uentus ferebat, tanta subitò malacia ac tranquillitas extitit, ut se loco mouere nõ possent. Quæ quidem res ad negotiũ conficiendũ maximè fuit opportuna. Nam singulas nostri consectati ita expugnauerunt, ut perpaucæ ex omni numero noctis interuẽtu ad terrã peruenerint, quũ ab hora ferè quarta, usque ad solis occasum pugnaretur. Quo prælio bellum Venetorum, totiusq; oræ maritimæ confectum est. Nam quũ omnis iuuentus, omnes etiã grauioris ætatis, in quibus aliquid consilij aut dignitatis fuit, eò conuenerant: tum nauium quod ubiq; fuerat, unũ in locum coẽgerant, quibus amissis, reliqui neq; quò se reciperent, neq; quemadmodũ oppida defenderẽt, habebant. Itaq; se suaq; omnia Cæsari dediderunt. In quos eò grauius Cæsar uindicandum statuit, quò diligentius in reliquũ tempus à Barbaris ius legatorũ conseruaretur. Itaq;

omni

omni senatu necato, reliquos sub corona uendidit. Dum hæc in Venetis geruntur, Q. Titurius Sabinus cũ his cõpijs, quas à Cæsare acceperat, in fines Vnellorum peruenit. Iis præerat Viridouix, ac summã imperij tenebat earum omnium ciuitatũ, quæ defecerant: ex quibus exercitum magnasq; copias coëgerat. Atque his paucis diebus Aulerci, Eburonices, Lexobijq; senatu suo interfecto, quòd autores belli esse nolebant, portas clauserũt, seq; cũ Viridouice coniunxerunt. Magnaq; præterea multitudo undiq; ex Gallia perditorum hominum latronumq; conuenerat, quos spes prædandi, studiumq; bellandi ab agri cultura & quotidiano labore reuocabat. Sabinus idoneo omnibus rebus loco castris sese tenebat: cũ Viridouix cõtra eum duũm millium spacio consedisset, quotidieq; productis copijs pugnandi potestatem faceret: ut iam non solùm hostibus in contemptũ Sabinus ueniret, sed etiam nostrorum militum uocibus nonnihil carperetur: tantamq; opinionem timoris præbuit, ut iam ad uallum castrorum hostes accedere auderent. Id ea de causa faciebat, quòd cũ tãta multitudine hostium, præsertim eo absente, qui summam imperij teneret, nisi æquo loco, aut opportunitate aliqua data, legato dimicandũ non existimabat. Hac confirmata opinione timoris, idoneum quendam hominem & callidum delegit Gallũ, ex ijs quos auxilij causa secum habebat. Huic magnis præmijs pollicitationibusq; persuadet, uti ad hostes transeat: & quid fieri uelit, edocet. Qui ubi pro perfuga ad eos uenit, timorem Rom. proponit. Quibus angustijs ipse Cæsar à Venetis prematur, docet: neq; longius abesse, quin proxima nocte Sabinus clàm ex castris exercitum educat, & ad Cæsarem auxilij ferendi

causa proficiscatur. Quod ubi auditum est, conclamant omnes, occasionem negocij bene gerendi amittendam nõ esse: ad castra iri oportere. Multæ res ad hoc consiliũ Gallos hortabãtur: superiorum dierũ Sabini cunctatio, perfugæ confirmatio, inopia cibariorum, cui rei parum diligenter ab his erat prouisum, spes Venetici belli, & quòd ferè libẽter homines id quod uolunt, credunt. Iis rebus adducti, non prius Viridouicẽ reliquosq; duces ex concilio dimittunt, quàm ab his sit concessum, arma uti capiant, et ad castra contendant. Qua re cõcessa, læti uelut explorata uictoria, sarmentis uirgulisq; collectis, quibus fossas Romanorum compleant, ad castra pergũt. Locus erat castrorum editus, & paulatim ab imo accliuis circiter passus mille. Huc magno cursu cõtenderũt, ut quàm minimũ spacij ad se colligendos armandosq; Romanis daretur: exanimatiq; peruenerunt. Sabinus suos hortatus, cupientibus signum dat. Impeditis hostibus propter ea quæ ferebant onera, subitò duabus portis eruptionem fieri iubet. Factum est opportunitate loci, hostiũ inscitia ac defatigatione, uirtute militum, ac superiorũ pugnarum exercitatione, ut ne unum quidem nostrorũ impetum ferrẽt, ac statim terga uerterent. Quos impeditos, integris uiribus milites nostri consecuti, magnũ numerum eorum occiderũt: reliquos equites consectati, paucos qui ex fuga euaserant, reliquerũt. Sic uno tempore & de nauali pugna Sabinus, & de Sabini uictoria Cæsar certior factus est: ciuitatesq; omnes se statim Titurio dediderunt. Nam ut ad bella suscipienda Gallorum alacer ac promptus est animus, sic mollis, ac minimè resistens ad calamitates perferendas mens eorum est. Eodem ferè tempore P. Crassus, cùm in Aquitaniam

laniam peruenisset, quæ pars (ut antè dictũ est) & regionum latitudine, & multitudine hominum, ex tertia parte Galliæ est existimãda, cũ intelligeret in ijs locis sibi bellũ gerendũ, ubi paucis antè annis L. Valerius Præconius legatus, exercitu pulso interfectus esset, atq; unde L. Manlius proconsul impedimẽtis amißis profugisset: nõ medio crẽ sibi diligentiam adhibendam intelligebat. Itaq; re frumentaria prouisa, auxilijs equitatuq; comparato, multis præterea uiris fortib. Tolosa & Narbone, quæ sunt ciuitates Galliæ prouinciæ finitimæ, ex his regionib. nominatim euocatis, in Sontiatium fines exercitum introduxit. Cuius aduentu cognito, Sontiates magnis copijs coactis, 11
equitatuq; quo plurimum ualebant, in itinere agmen nostrum adorti, primùm equestre præliũ commiserũt: deinde equitatu suo pulso, atq; insequentib. nostris, subitò pedestres copias, quas in conualle in insidijs collocauerant, ostenderunt. Hi nostros disiectos adorti, præliũ renouauerunt. Pugnatum est diu atq; acriter: cũ Sontiates superioribus uictorijs freti, in sua uirtute totius Aquitaniæ salutem positã putarent: nostri autẽ, quid sine imperatore, & sine reliquis legionib. adulescẽtulo duce efficere possent, perspici cuperent. Tandem confecti uulneribus hostes terga uertere. Quorũ magno numero interfecto, Crassus ex itinere oppidũ Sontiatum oppugnare cœpit. Quibus fortiter resistentibus, uineas turresq; egit. Illi aliàs eruptione tentata, aliàs cuniculis ad aggerem uineasq; actis (cuius rei sunt longè peritißimi Aquitani, propterea quòd multis locis apud eos æreariæ fecturæ sunt) ubi diligentia nostrorum nihil his rebus profici posse intellexerũt, legatos ad Crassum mittunt, seq; in deditionem ut recipiat, petũt.

Qua re impetrata, arma tradere iußi, faciunt. Atq; in ea
12 re omnium noſtrorũ intentis animis, alia ex parte oppi-
al. Adiatonius: al. Adiatonnus, al. Alatunnus: ſic infrà. di * Adcantuannus, qui ſummã imperij tenebat, cum ſex-
centis deuotis, quos illi ſoldurios appellant: quorũ hæc eſt
cõditio, ut omnibus in uita cõmodis unà cũ his fruantur,
quorũ ſe amicitiæ dediderint. Si quid ijs per uim accidat,
aut eundem caſum unà ferant, aut ſibi mortẽ conſciſcant:
neq; adhuc hominum memoria repertus eſt quiſquam, qui
eo interfecto, cuius ſe amicitiæ deuouiſſet, mori recuſaret.
Cum ijs Adcantuannus eruptionem facere conatus, clamo
re ab ea parte munitionis ſublato, cũ ad arma milites cõ-
curriſſent, uehemẽterq; ibi pugnatũ eſſet, repulſus in op-
pidũ eſt: uti tamen eadem deditionis conditione uteretur,
13 à Craſſo impetrauit. Armis obſidibusq; acceptis, Craſſus
in fines Vocontiorum & Taruſatium profectus eſt. Tum
uerò Barbari commoti, quòd oppidum & natura loci, &
manu munitum, paucis diebus quibus eò uentum erat, ex-
al. cognouerant pugnatũ * cognouerũt, legatos quoquò uerſus dimittere,
coniurare, obſides inter ſe dare, copias parare cœperunt.
Mittũtur etiam ad eas ciuitates legati, quæ ſunt citerioris
Hiſpaniæ, finitimæ Aquitaniæ: inde auxilia, ducesq; ac-
cerſuntur. Quorũ aduẽtu magna cum autoritate & ma-
gna cum hominum multitudine bellum gerere conantur.
Duces uerò hi deligũtur, qui unà cũ Qu. Sertorio omnes
annos fuerant, ſummamq; ſcientiam rei militaris habere
exiſtimabantur. Ii cõſuetudine pop. Rõ. loca capere, ca-
ſtra munire, commeatibus noſtros intercludere inſtituunt.
Quod ubi Craſſus animaduertit, ſuas copias propter exi-
guitatem non facilè diduci, hoſtem uagari, & uias obſi-
al. eamq; dere, & caſtris ſatis præſidij relinquere, ob * eã cauſam

minus

minus commodè frumẽtum cõmeatumq; sibi supportari, indiesq; hostium numerũ augeri: non cunctandum existimauit, quin pugna decertaret. Hac re ad conciliũ delata, ubi omneis idem sentire intellexit, posterum diem pugnæ constituit. Prima luce productis omnibus copijs, duplici acie instructa, auxilijs in mediam aciẽ collocatis, quid hostes consilij caperẽt, expectabat. Illi, etsi propter multitudinem, & ueterem belli gloriam, paucitatemq; nostrorũ, se tutò dimicaturos existimabãt: tamen tutius esse arbitrabantur, obsessis uijs,* cõmeatu intercluso, sine ullo uulnere uictoria potiri. Et si propter inopiam rei frumẽtariæ Romani sese recipere cœpissent, impeditos in agmine, & sub sarcinis infirmiore animo, adoriri cogitabant. Hoc cõsilio probato ab ducibus, productis Romanorum copijs, sese castris tenebant. Hac re perspecta, Crassus, cùm sua cũctatione atq; opinione timidiores hostes, nostros milites alacriores ad pugnandum effecisset, atq; omnium uoces audirentur, expectari diutius nõ oportere, quin ad castra iretur: cohortatus suos, omnibus cupientibus ad hostium castra contendit. Ibi cùm alij fossas complerent, alij multis telis coniectis, defensores uallo munitionibusq; depellerẽt, auxiliaresq;, quibus ad pugnam nõ multũ Crassus confidebat, lapidibus telisq; subministrandis, et ad aggerem cespitibus comportandis, speciem atq; opinionem pugnantium præberent: quum item ab hostibus constanter ac non timidè pugnaretur, telaq; ex loco superiore missa non frustra acciderent: equites circuitis hostium castris, Crasso renunciauerunt, non eãdem esse diligentia ab decumana porta castra munita, facilemq; aditum habere. Crassus equitũ præfectos cohortatus, ut magnis præmijs

al. commeatuq;

pollicitationibusq; suos excitarent, quid fieri uelit, ostendit. Illi (ut erat imperatum) eductis quatuor cohortibus, quæ præsidio castris relictæ, integræ ab labore erant, & lõgiore itinere * circunductis, ne ex hostiũ castris cõspici possent: omnium oculis mentibusq; ad pugnam intentis, celeriter ad eas quas diximus munitiones peruenerunt. Atque his perruptis, prius in hostium castris constiterunt, quàm planè ab his uideri, aut quid rei gereretur, cognosci posset. Tum uerò clamore ab ea parte audito, nostri redintegratis uiribus, quod plerunq; in spe uictoriæ accidere consueuit, acrius impugnare cœperunt. Hostes undiq; circunuenti, desperatis omnibus rebus, se per munitiones deijcere, & fuga salutẽ petere * cõtenderũt. Quos equitatus apertißimis campis consectatus, ex millium l. numero, quæ ex Aquitania, Cantabrisq; conuenisse cõstabat, uix quarta parte relicta, multa nocte se in castra recepit. Hac audita pugna, maxima pars Aquitaniæ sese Crasso dedidit, obsidesq; ultrò misit. Quo in numero fuerũt Tarbelli, Bigerriones, Preciani, Vocates, Tarusates, Elusates, Garites, Ausci, Garumni, Sibutzates, Cocosatesq;. Paucæ ultimæ * nationes anni tẽpore confisæ, quòd hyems suberat, id facere neglexerunt. Eodem ferè tempore Cæsar, etsi propè exacta iam æstas erat, tamen quòd omni Gallia pacata, Morini Menapijq; supererãt, qui in armis essent, neque ad eum unquam legatos de pace misissent, arbitratus id bellum celeriter confici posse, eò exercitum adduxit. Qui longè alia ratione, ac reliqui Galli, bellũ gerere cœperunt. Nam quòd intelligebant maximas nationes quæ prælio contendissent, pulsas superatasq; esse: cõtimentesq; syluas ac paludes habebant: eò se, suaq;

al. circũducto.

al. intenderunt.

14

al. ciuitates

15

suáq; omnia contulerunt. Ad quarum initium syluarum cùm peruenisset Cæsar, castraq; munire instituisset, neq; hostis interim uisus esset: dispersis in opere nostris, subitò ex omnibus partibus syluæ euolauerunt, & in nostros impetum fecerunt. Nostri celeriter arma ceperunt, eosq; in syluas repulerunt: & compluribus interfectis, longius impeditiorib. locis secuti, paucos ex suis * desideraueru̇t. Reliquis deinceps diebus Cæsar syluas cædere instituit: & ne quis inermibus imprudentibusq; militibus ab latere impetus fieri posset, omnem eam materiam quæ erat cæsa, conuersam ad hostẽ collocabat, & pro uallo ad utrunque latus extruebat. Incredibili celeritate magno spacio paucis diebus confecto, cùm iam pecus, atq; extrema impedimenta ab nostris tenerentur, ipsi densiores syluas peterent: eiusmodi tempestates sunt consecutæ, uti opus necessariò intermitteretur, & cõtinuatione imbriu̇, diutius sub pellibus milites contineri non possent. Itaque uastatis omnibus eorum agris, uicis ædificijsq; incensis, Cæsar exercitum reduxit, & in Aulercis, Lexobijsq;, reliquis item ciuitatibus, quæ proximè bellum fecerant, in hybernis collocauit.

al. deperdiderũt.

IN C. IVLII CAESARIS COMMENTARIORVM DE BELLO GALLICO LIbrum III. Henr. Glar. Annotationes.



ERTIVS Commentariorum liber, tertij anni huius belli historiam complectitur, ab urbe cõd. Anno D. C.X CVIII, Coss. Cn. Lẽtulo Marcellino, L. Martio Philippo. Insunt autẽ quatuor bella. Primũ Serg. Galbæ aduersus Sedunos, Veragros, & Antuates. Secundũ ipsius Cęsaris ac Bruti in Venetis. Tertiũ Qu. Titurij Sabini in Vnellis. Quartũ P. Crassi in Aquitanis. Adiungitur his expeditio Cæsaris in Marinos ac Menapios: ubi nihil dignũ memoria actũ est.

Sedunosq; misit. 1.

Rectissimo ordine Cæsar hosce nominauit populos: sunt enim ex Heduis ad summas alpes eunti, primi Antuates, medij Veragri, ultimi Seduni: sed non est tamen eadem regionis conditio: optimã Antuates, mediocrem Veragri, asperam, sed multo longiorem Seduni tenent: qui quidem Seduni à summis Alpibus initio sumpto, atque adeò à fontibus Rhodani, secundùm ipsum flumen uallẽ habent extentam CX. millia passuum. Homines liberi, & quos Romani nunquam cogere potuerint, ut ipsorum discerent linguam: quod signum est, uel nihil ibi unquam, uel paruo tempore potuisse Romanos. Habent itaq; adhuc antiquam linguam Galliæ, qua etiamnum Helvetij utuntur. Rhodanus sanè inundatione frequenti multa illis adfert incommoda, nec minus ingentes illi torrentes, qui tantum saxorum, ut monteis adæquare queant, ingerunt. Ipsi hodie pristina retenta uirtute, Veragris, qui Romana utuntur lingua, dominantur, ac in prouinciam redegẽre, parte etiam Antuatium occupata. Sedunum præcipuum eorum oppidum est, in quo episcopum constituunt, qui regioni & ut princeps, & ut Ecclesiasticus præsul imperat, liberis tamen, non seruis: nihil enim publicè agit absque omnium ciuium eius regionis consensu. Helvetijs sunt cõfœderati, ut Rhœti, maximè quatuor partibus, Lucerijæ, Vriæ, Suiziæ, ac Syluaniæ, quibus cum ueterem ac maiorum suorum fidem nostra ætate egregiè defenderunt. Cæterùm Octodorus in Veragris uicus hodie Martanach dicitur, flumini adiacet quod ex Pœnino monte, (maior S. Bernardi uocatur)

tur) Septentrionem uersus fluens, Rhodano commiscetur. Agaunum autem locus est, qui hodie sancti Mauritij dicitur, ad Rhodanum amnem, in ipsis etiam Veragris. Antuates autem inter Veragros ac Allobrogas medij sunt, sed magis à latere lacus Lemani, quà ad Heluetios pertinet. Hæc ferè ex diui Aegidij Tschudi ciuis nostri Rheticæ uteris descriptione. Antuatibus nostra ætate præfuit generosus Baro, Lulini dominus Aymo à Gebennis cum filijs, Georgio, Guidone, ac Prospero. Porrò summis alpibus, qui Pæninas esse Alpes astruunt ad Octodorum, egregiè decipiuntur. Nam Cæsar hoc loco Sedunorum, Veragrorum atq; Antuatium longitudinem exprimere uolens, ait eos à finibus Allobrogum & lacu Lemano, & flumine Rhodano ad summas Alpes pertinere: qua descriptione nihil iuculentius dici potest. Cæterùm ubi potius summas Alpes dixerimus, quàm ubi in omnes mundi plagas flumina eximia fluunt, ac originem habent: Sunt autem hac Alpium parte septem hæc, Ticinus, qui ad Meridiem, Tosa ac Madia ad eundem, Rhodanus ad Occasum, Arola ac Vrsa ad Septentrionem, Rhenus ad Ortum duobus fontibus, ut postea dicemus libro sequenti.

Concisa æstuarijs. 2.

Aestuaria, loca sunt marinis aquis referta.

Socios sibi ad id bellum. 3.

Qui hoc in loco numerantur populi, partim sunt Celtæ, ciuitatum maximè Armoricarũ, hodie Britanniæ ducatus: partium sunt Belgæ, hodie Normaniæ Comitatus Morini.

Quas ex Pictonibus. 4.

Santionibus puto legendum. Nam libro primo tertia utitur declinatione: Iter (inquit) in Santonum fines facere. Rursus de eisdem: Dũ omnibus fortunis sociorum consumptis, in Santones Heluetij perueniret. Nisi quis putet Cæsarem eo nomine utrâq; usum declinatione, sicut Mediomatricum nomine, libro quarto, ubi ad Rheni fluuium, tertia: & libro septimo, ubi de Gallorum copijs, secunda utitur. Codicum fidem ubique in dubium adducere nimium solenne est. Sed iudicet Lector.

Carinæ. 5.

Carina, infima nauis pars.

Transtra ex pedalibus in altitudinem. 6.

Transtra & tabulæ nauium dicuntur: & tigna, quæ pro pariete in parietem porriguntur, autore Festo.

Pelles pro uelis. 7.

Pellis postquam est concinnata ad calceos, & cætera opera faciẽda, aluta dicitur, Varro,

His cùm funes. 8.

Antennæ sunt ligna per transuersum in malo posita, in quibus uelum alligatur.

Tanta subitò malacia. 9.

Malacia est maris quies, cùm fluctus omnino quiescunt. Suidas γαλήνιαν exponit.

Atq; his paucis diebus Aulerci, Eburonices. 10.

Ptolemæus triplices ponit Aulercos in ipsa adeò Lugdunensi Gallia, quæ inter Sequanam ac Ligerim. Primos Diabolitas, aut Diaulitas, ut alij habẽt codices, quos Cæsar paulo antè in hoc libro Diablintres uocasse uidetur. Hi proximi sunt Venetis. Alteros Cœnomãnos, Andibus ad Ortum. Tertios Eburaicos à Ligeri ad Sequanam protensos, quos hîc Cæsar Eburonices uocat. Vnus igitur hic populus Aulerci Eburonices, nõ duo. Aulerci Gallica lingua uidentur dici Oaulercher: & Diaulitæ, die Ouuluot. Cœnomanni uerò küenmenner, quos Græcè Thrasyandros dicere possis.

Sontiates magnis copijs. 11.

Sontiates populi Aquitaniæ, quos Plinius libro quarto, cap. 19. Sotiates uocat, ubi de Auscis.

Alia ex parte oppidi Adcantuannus. 12.

Hic suspensus est sermo per longius Hyperbaton, sed ea tamen uerba postea repetit. Exemplum simile est Egloga 8. Vergilij statim ab initio:

Pastorum Musam Damonis & Alphesibœi.

Crassus in fines Vocontiorum. 13.

Vocates, uel, ut alij uocant, Vocatij, populus Aquitaniæ, sicut et Tarusates, uicini Sontiatibus, qui non longè à Tolosa & Narbone absunt. Vocontij uerò Galliæ prouinciæ, proximi Allobrogibus, ut ex libro primo patet. Hic igitur legendum est, aut Vocotiorum, aut Vocatium: non Vocontiorum.

Quæ ex Aquitania, Cantabrisq;. 14.

Cantabri sunt populi Hispaniæ, ad Septentrionem atq; Oceanũ Britannicũ Gallicumq; spectantes, qui & mari & terra facilè in auxilium Aquitanis uenire possunt. Tarbellos porrò Ptolemæus Aquitaniæ populos itidem ad mare collocauit, Bigerrones, non longè absunt

absunt à Tursa in Vasconia. Tum Preciani, Vocates (à quibus putant Vascones dictos & Vasconiã) Tarusates (Tursiani hodie) Flustates (quorum & hodie nomen manet) Garites, his finitimi fuerunt, omnes hodie sub nomine Vasconiæ. Auscorũ meminit Mela & Ptolemæus: hodie nomẽ quoq; manet. Cæterùm Garumni qui esse possunt alij, quàm qui Garumnã flumen circumhabitant: Sibutzates uerò & Cocosates, qui hodie sint, parum constat: certum tamen est Aquitanos esse.

Morini Menapijq; supererant. 15.

Morinos & Menapios Cæsar hoc loco coniunxit, quasi uicini sint hi populi: rursus libro sequente, ubi iturus in Britanniam, Quint. Titurum, & L. Aurunculeium in Morinos atq; Menapios misit. Ad finem autem eiusdem libri eos ex Menapijs ueniisse ait, quum ipse Morinos domuerit per T. Labienum illuc missum. Verisimile est, aut latum habuisse imperium uel Morinos uel Menapios, aut hic ineptè librariorũ errore coniunctos, uel alium quempiam populum alterutrius loco suppositum: quod equidem Lectori discutiendum relinquo.

ANNOT. HENR. GLAR. IN LIB. III. FINIS.

C. IVLII CAESARIS COMMENTARIORVM DE BELLO GALLICO LIB. IIII.

1  A, quæ secuta est, hyeme, qui fuit annus Cn. Põpeio, M. Crasso Coss. Vsipetes, Germani, & itẽ Tenchtheri magna cum multitudine hominũ flumen Rhenum transierũt, non longè à mari, quò Rhenus influit. Causa trãseundi fuit, quòd ab Sueuis cõplures annos exagitati, bello premebantur, & agricultura prohibebãtur. Sueuorũ gẽs est lõgè maxima, 2 & bellicosissima Germanorũ omniũ. ij centũ pagos habere dicũtur, ex quib. quotannis singula millia armatorũ bellandi causa suis ex finibus educũt. Reliqui qui domi remanserint, se atq; illos alunt. Hi rursus inuicẽ anno pòst in armis sunt: illi domi remanent. Sic neq; agricultura, neq; ratio atq; usus belli intermittitur. Sed priuati ac separati agri apud eos nihil est. Neq; lõgius anno remanere uno in loco incolendi causa licet. Neq; multũ frumẽto, sed maximã partẽ lacte atq; pecore uiuũt: multũq; sunt in uenationibus. Quæ res & cibi genere, & quotidiana exercitatione, & libertate uitæ, quòd à pueris nullo officio aut disciplina assuefacti, nihil omnino contra uoluntatẽ faciant, et uires alit, & immani corporũ magnitudine homines efficit. Atq; in eã se cõsuetudinẽ adduxerunt, ut locis frigidissimis, neq; uestitus, præter pelleis, habeãt quicquã (quarũ propter exiguitatem magna est corporis pars aperta) & lauen-

lauentur in fluminibus. Mercatorib. est ad eos aditus magis eò, ut quæ bello ceperint, quibus uẽdant habeãt, quàm quò ullam rem ad se importari desiderent. Quinetiam iumentis quibus maximè Galli delectantur, quæq; impenso parant precio, Germani importatis non utuntur: sed quæ sunt apud eos nata * parua atq; deformia, hæc quotidiana exercitatione, summi ut sint laboris, efficiunt. Equestribus prælijs sæpe ex equis desiliũt, ac pedib. præliantur, equosq; eodem remanere uestigio assuefaciunt, ad quos se celeriter, cùm usus * poscit, recipiũt. Neq; eorũ moribus turpius quicquam aut inertius habetur, quàm ephippijs uti. Itaq; ad quemuis numerum ephippiatorum equitum, quamuis pauci, adire audent. Vinũ ad se omnino importari non sinunt, quòd ea re ad laborem ferendũ remolescere homines, atq; effœminari, arbitrantur. Publicè maximam putãt esse laudẽ, quàm latissimè à suis finibus uacare agros. Hac re significari, magnũ numerũ ciuitatum suam uim sustinere nõ * potuisse. Itaq; una ex parte à Sueuis circiter millia passuum * sexcenta agri uacare dicuntur. Ad alterã partem succedunt Vbij, quorum fuit ciuitas ampla atque florens, ut est captus Germanorum: qui paulò sunt eiusdem gentis, etiam cæteris humaniores, propterea quòd Rhenum atttingunt, multiq; ad eos mercatores uentitant: & ipsi propter propinquitatem, Gallicis sunt moribus assuefacti. Hos quum Sueui multis sæpe bellis experti, propter amplitudinem grauitatemq; ciuitatis, finibus expellere non potuissent, tamen uectigales sibi fecerunt, ac multò humiliores infirmioresq; redegerunt. In eadem causa fuerunt Vsipetes & Tenchtheri, quos suprà diximus: qui quum plures annos Sueuorum uim sustinuerint,

al. praua

al. est.

al. posse.

al. centũ

ad

ad extremum tamen agris expulsi, et multis locis Germaniæ trienniũ uagati, ad Rhenũ peruenerũt.* Quas regiones Menapij incolebant, * & ad utranq; ripam fluminis agros, ædificia, uicosq; habebant. Sed tantæ multitudinis aduentu perterriti, ex his ædificijs quæ trans flumen habuerant, demigrauerunt, & cis Rhenum dispositis præsidijs, Germanos transire prohibebant. Illi omnia experti, quum neq; ui contendere propter inopiam nauium, neq; clàm transire propter custodias Menapiorum possent, reuerti se in suas sedeis regionesq; simulauerunt. Et tridui uiam progressi, rursus reuerterunt, atq; omni hoc itinere una nocte equitatu confecto, inscios inopinantesq; Menapios oppresserũt. Qui de Germanorum discessu per exploratores certiores facti, sine metu trans Rhenũ in suos uicos remigrauerant. His interfectis, nauibusq; eorũ occupatis, priusquam ea pars Menapiorum, quæ citra Rhenum in suis sedibus erat, certior fieret, flumen transierũt: atq; omnibus eorũ ædificijs occupatis, reliquam partem hyemis se eorum copijs aluerunt. His de rebus Cæsar certior factus, & infirmitatem Gallorũ ueritus, quòd sunt in consilijs capiendis mobiles, & nouis plerunq; rebus student: nihil his committendum existimauit. Est autem hoc Gallicæ consuetudinis, ut & uiatores etiam inuitos consistere cogant: &, quod quisq; eorum de quaq; re audierit aut cognouerit, quærant: & mercatores in oppidis uulgus circunsistat, quibus ex regionibus ueniant, quasq; res ibi cognouerint, pronunciare cogant: & his rumoribus atq; auditionibus permoti, de summis sæpe rebus consilia ineũt: quorum eos è uestigio pœnitere necesse est, cùm incertis rumoribus seruiãt, & pleriq; ad uoluntatẽ eorum

al. Quæ regione al. hi ad

ficta

ficia respondeant. Qua consuetudine cognita, Cæsar, ut grauiori bello occurreret, maturius quàm cõsueuerat, ad exercitũ proficiscitur. Eò cùm ueniſſet, ea quæ fore ſuſpicatus erat, facta cognouit. Miſſas legationes à nõnullis ciuitatibus ad Germanos, inuitatosq; eos uti ab Rheno diſcederẽt, omniaq; quæ poſtulaſſẽt ab ſe, fore parata. Qua ſpe adducti Germani, latius iam uagabantur, & in fines Eburonũ & Condruſonum, qui ſunt Treuirorum clientes, peruenerant. Principibus Galliæ euocatis, Cæſar ea quæ cognouerat, diſſimulanda ſibi exiſtimauit: eorumq; animis permulſis & cõfirmatis, equitatuq; imperato, bellum cum Germanis gerere cõſtituit. Re frumentaria comparata, equitibusq; delectis, iter in ea loca facere cœpit, quibus in locis Germanos eſſe audiebat. A quibus cũ paucorũ dierũ iter abeſſet, legati * ab ijs uenerũt, quorũ hæc fuit oratio: Germanos neq; priores pop. Rom. bellum inferre, neq; tamen recuſare, ſi laceſſantur, quin armis contendãt: quòd Germanorum conſuetudo hæc ſit à maioribus tradita, * quicunq; bellũ inferãt, reſiſtere, neq; deprecari. Hoc tamen dicere, ueniſſe inuitos, eiectos domo. Si ſuã gratiã Romani uelint, poſſe eis utiles eſſe amicos: uel ſibi agros attribuant, uel patiantur eos tenere, quos armis poſſederint. Seſe unis Sueuis cõcedere, quibus ne Dij quidem immortales pares eſſe poſſint. Reliquum quidem in terris eſſe neminem, quem nõ ſuperare poſſint. Ad hæc Cæſar quæ uiſum eſt, reſpondit. Sed exitus fuit orationis, ſibi nullam cum his amicitiã eſſe poſſe, ſi in Gallia remanerent. Neq; uerum eſſe, qui ſuos fines tueri non potuerint, alienos occupare: neq; ullos in Gallia uacare agros, qui dari tãtæ præſertim multitudini ſine iniuria poſſint.

15

al. ad eũ

al. q eis

Sed

Sed licere, si uelint, in Vbiorum finibus cõsidere, quorum sint legati apud se, & de Sueuorum iniurijs querãtur, & à se auxilium petant. Hoc se ab Vbijs impetraturũ. Legati hæc se ad suos relaturos dixerũt, & re deliberata, post diem tertium ad Cæsarem reuersuros. Interea ne propius se castra moueret, petierunt. Ne id quidem Cæsar ab se impetrari posse dixit. Cognouerat enim magnam partem equitatus ab his aliquot diebus antè, prædandi frumentandiq; causa ad Ambiuaritos trans Mosam missam. Hos expectari equites, atq; eius rei causa moram interponi arbitrabatur. Mosa profluit ex monte Vogeso, qui est in finibus Lingonum: & parte quadam Rheni recepta, quæ appellatur * Vacalos, insulam efficit Batauorum: neque longius ab eo millibus passuum LXXX. in Oceanum influit. Rhenus autem oritur ex Lepontijs, qui alpes incolunt: et longo spacio per fines Nantuatium, Heluetiorum, Sequanorum, Mediomatricum, Tribotorũ, Treuirorũq; citatus fertur: & ubi Oceano * appropinquat, in plureis diffluit parteis, multis ingẽtibusq; insulis effectis: quarum pars magna à feris barbarisq; nationibus incolitur: ex quibus sunt, qui piscibus, atque ouis auium uiuere existimantur: multisq; capitibus in Oceanum influit. Cæsar cùm ab hoste non amplius passuum XII. millibus abesset, ut erat cõstitutum, ad eum legati reuertuntur. Qui in itinere congressi, magnopere, ne lõgius progrederetur, orabãt. Cùm id non impetrassent, petebant, uti ad eos equites, qui agmen anteceßissent, præmitteret, eosq; pugna prohiberet: sibiq; uti potestatẽ faceret, in Vbios legatos mittẽdi. Quorum si principes ac Senatus sibi iureiurando fidem fecissent, ea conditione, quæ à Cæsare ferretur, se usuros ostendebant.

4 al. Vualis,
appropinquãt,

ostendebant. Ad has res conficiendas sibi tridui spacium daret. Hæc omnia Cæsar eodem illò pertinere arbitrabatur, ut tridui mora interposita, equites eorũ qui abessent, reuerterentur. Tamen sese non longius millibus passuum IIII. aquationis causa processurum eo die dixit. Huc postero die quàm frequentissimi conuenirent, ut de eorũ postulatis cognosceret. Interim ad præfectos, qui cũ omni equitatu antecesserãt, mittit, qui nunciarent, ne hostes prælio lacesserent: & si ipsi lacesserentur, sustinerent, quoad ipse cũ exercitu propius accessisset. At hostes ubi primùm nostros equites conspexerunt, quorũ erat v. millium numerus, quum ipsi non amplius * LXXX equites haberent, quòd hi qui frumentandi causa ierant trans Mosam, nondum redierant: nihil nostris timentibus, quòd legati eorũ paulo antè à Cæsare discesserant, atq; is dies inducijs erat ab ijs petitus, impetu facto celeriter nostros perturbauerunt. Rursus * his resistentibus, consuetudine sua ad pedes desilierunt, suffossis q; equis, compluribus q; nostris deiectis, reliquos in fugam coniecerunt: atque ita perterritos egerunt, ut nõ prius fuga desisterent, quàm in conspectũ agminis nostri uenissent. In eo prælio ex equitib. nostris interficiuntur quatuor & LXX. In his uir fortissimus Piso Aquitanus, amplissimo genere natus, cuius auus in ciuitate sua regnum obtinuerat, amicus ab senatu nostro appellatus. Hic quum fratri intercluso ab hostibus, auxilium ferret, illum ex periculo eripuit: ipse equo uulnerato deiectus, quoad potuit, fortissimè restitit. Quum circunuentus, multis uulneribus acceptis cecidisset, atq; id frater, qui iam prælio excesserat, procul animaduertisset: incitato equo, sese hostibus obtulit, atq; interfectus est. Hoc facto

DCCC. al.

al. nostris resistent.

prælio, Cæsar neq; iam sibi legatos audiendos, neq; cõditiones accipiendas arbitrabatur ab his, qui per dolũ atque insidias, petita pace, ultrò bellum intulissent. Expectare ucrò dum hostium copiæ augerentur, equitatusq; reuerteretur, summæ demẽtiæ esse iudicabat: & cognita Gallorũ infirmitate, quantũ iam apud eos hostes uno prælio auctoritatis essent consecuti, sentiebat: quibus ad consilia capienda nihil spacij dandũ existimabat. His constitutis rebus, & consilio cum legatis & quæstore communicato, ne quem diẽ pugnæ* prætermitteret, opportunissima res accidit, quòd postridie eius diei mane eãdem & perfidia & simulatione usi Germani, frequentes, omnibus principibus maioribusq; natu adhibitis, ad eum in castra uenerunt: simul (ut dicebatur) sui purgandi causa, quòd contrà atq; esset dictum, & ipsi petissent, prælium pridie cõmississent: simul ut si quid possent, de inducijs fallendo impetrarẽt. Quos sibi Cæsar oblatos gauisus, retineri iussit. Ipse omnes copias castris eduxit, equitatumq;, quòd recẽti prælio perterritum esse existimabat, agmen subsequi iussit. Acie triplici instructa, & celeriter octo millium itinere confecto, prius ad hostium castra peruenit, quàm quid ageretur, Germani sentire possent. Qui omnibus rebus subitò perterriti, & celeritate aduentus nostri, & discessu suorum, neq; cõsilij habendi,* neq; arma capiendi spacio dato, perturbabantur, ut copiásne aduersus hostẽ educerẽ, an castra defendere, an fuga salutem petere, nescirent quid præstaret. Quorũ timor cùm fremitu & concursu significaretur, milites nostri pristini diei perfidia incitati, in castra irruperũt. Quo in loco, qui celeriter arma capere potuerũt, paulisper nostris restiterũt, atq; inter carros impe-

al. interæ mitteret.

al. nõue

impedimentaq; prælium commiserunt. At reliqua multitudo puerorum, mulierumq; (nam cũ omnibus suis domõ excesserant, Rhenumq; transierant) passim fugere cœpit. Ad quos consectandos Cæsar equitatum misit. Germani post terga clamore audito, cùm suos interfici uiderent, armis ablectis, signisq; militaribus relictis, se ex castris eiecerunt: & cùm ad confluentẽ Mosæ & Rheni peruenissent, reliqua fuga desperata, magno numero interfecto, reliqui se in flumẽ præcipitauerũt, atq; ibi timore, lassitudine, et ui fluminis oppressi perierunt. Nostri ad unum omnes incolumes, perpaucis uulneratis, ex tãti belli timore, cùm hostiũ numerus capitum CCCCXXX. milliũ fuisset, se in castra receperunt. Cæsar ijs quos in castris retinuerat, discedendi potestatem fecit. Illi supplicia, cruciatusq; Gallorum ueriti, quorum agros uexauerant, remanere se apud eum uelle dixerunt. Iis Cæsar libertatem cõcessit. Germanico bello cõfecto, multis de causis Cæsar statuit sibi Rhenum esse transeundum: quarum illa fuit iustissima, quòd cùm uideret Germanos tam facilè impelli, ut in Galliã uenirent, suis quoq; rebus eòs timere uoluit, cùm intelligerent, & posse & audere populi Rom. exercitum Rhenum transire. Accessit etiã, quòd illa pars equitatus Vsipetum & Tenchtherorum, quam suprà commemoraui, prædandi frumentandiq; causa Mosam transisse, neq; prælio interfuisse, post fugam suorum se trans Rhenum in fines Sicambrorum receperat, seq; cum ijs cõiunxerat. Ad quos cùm Cæsar nuncios misisset, qui postularent, eos qui sibi Galliæq; bellum intulissent, uti sibi dederent: responderunt, populi Rom. imperium Rhenum finire. Si se inuito Germanos in Galliam transire, nõ æquum

existimaret: cur sui quicquam esse imperij, aut potestatis trans Rhenum postularet? Vbij autē, qui uni ex transrhenanis ad Cæsarem legatos miserāt, amicitiā fecerāt, obsidesq; dederāt, magnopere orabant, ut sibi auxiliū ferret, quòd grauiter ab Sueuis premerentur: uel si id facere occupationibus pop. Rom. prohiberetur, exercitum modò Rhenum transportaret. Id sibi ad auxiliū, spemq; reliqui temporis satis futurum. Tantum esse nomen atq; opinionem exercitus Romani Ariouisto pulso, & hoc nouissimo prælio facto, uti etiam ad ultimas Germanorum nationes opinione & amicitia populi Romani tuti esse possint. Nauium magnā copiam ad transportandū exercitum pollicebantur. Cæsar his de causis quas cōmemoraui, Rhenum transire decreuerat. Sed nauibus transire, neq; satis tutum esse arbitrabatur, neq; suæ, neq; pop. Rom. dignitatis esse statuebat. Itaq; etsi summa difficultas faciundi pontis proponebatur propter latitudinē, rapiditatē, altitudinemq; fluminis: tamen id sibi contendendum, aut aliter non traducendum exercitum existimabat. Rationē igitur pontis hanc instituit: Tigna bina sesquipedalia paulum ab imo præacuta, dimensa ad altitudinem fluminis, interuallo pedum duorū inter se iungebat. Hæc cum machinationibus immissa in* flumine defixerat, fistucisq; adegerat, nō sub al. flumē licæ modo directa ad perpendiculū, sed prona ac fastigiata, ut secundū naturā fluminis procumberent. His itē contraria duo ad eundem modum iuncta, interuallo pedum quadragenūm ab inferiore parte, cōtra uim atq; impetum fluminis conuersa statuebat. Hæc utraq; insuper bipedalibus trabib. immissis, quantū eorum tignorum iunctura distabat, binis utrinq; fibulis ab extrema parte, distinebantur.

tur. Quibus disclusis, atq; in contrariam partẽ reuinctis, tanta erat operis firmitudo, atq; ea rerum natura, ut quò maior uis aquæ se incitauisset, hoc arctius illigata tenerentur. Hæc directa materia iniecta contexebantur, ac longuriis cratibusq; consternebantur. Ac nihilo secius sublicæ ad inferiorẽ partẽ fluminis obliquæ adigebãtur, quæ pro ariete subiectæ, & cum omni opere coniunctæ, uim fluminis exciperent: et aliæ itẽ supra pontem mediocri spacio, ut si arborũ trunci, siue naues deijciendi operis causa essent à barbaris missæ, his defensoribus earũ rerum uis minueretur, neu ponti nocerent. Diebus decem, quibus materia cœpta erat comportari, omni opere effecto, exercitus traducitur. Cæsar ad utrãq; partem pontis firmo præsidio relicto, in fines Sicambrorum contendit. Interim à cõplu- 11
ribus ciuitatibus ad eum legati ueniunt: quibus pacẽ atq; amicitiã petentibus, liberaliter respondet, obsidesq; ad se adduci iubet. Sicambri ex eo tẽpore, quo pons institui cœptus est, fuga comparata, hortantibus ijs, quos ex Tenchtheris atq; Vsipetibus apud se habebãt, finibus suis excesserant, suaq; omnia exportauerant, seq; in solitudinem ac syluas abdiderant. Cæsar paucos dies in eorum finib. moratus, omnibus uicis ædificijsq; incensis, frumẽtisq; * succensis, se in fines Vbiorum recepit: atq; his auxilium suum pollicitus, si à Sueuis premerentur, hæc ab ijs cognouit: Sueuos postquã per exploratores pontem fieri cõperissent, more suo cõcilio habito, nuncios in omnes partes dimisisse, uti de oppidis demigrarent: liberos, uxores, suaq; omnia in syluas deponerent: atq; oẽs qui arma ferre possent, unum in locum conuenirent: hunc esse delectum medium ferè regionũ earum, quas Sueui obtinerent: hîc Ro- succisis,

manorum aduentum expectare, atq; ibi decertare constituisse. Quod ubi Cæsar comperit, omnibus his rebus confectis, quarum rerum causa exercitum traducere cõstituerat, ut Germanis metum iniiceret, ut Sicambros ulciscerentur, ut Vbios obsidione liberaret, diebus omnino octodecim trans Rhenum consumptis, satis & ad laudem & ad utilitatem perfectum arbitratus, se in Galliã recepit, pontemq; rescidit. Exigua parte æstatis reliqua, Cæsar, etsi in his locis (quòd omnis Gallia ad Septentrionẽ uergit) maturæ sunt hyemes: tamẽ in Britanniã proficisci cõtendit, quòd omnibus ferè Gallicis bellis, hostibus nostris inde subministrata auxilia intelligebat. Etsi tẽpus anni ad bellum gerendum deficeret: tamen magno sibi usui fore arbitrabatur, si modò insulam adisset, & genus hominũ perspexisset: loca, portus, aditus cognouisset: quæ omnia ferè Gallis erant incognita. Neque enim temerè præter mercatores adit* ad illos quisquam: neq; ijs ipsis quicquã præter oram maritimam, atq; eas regiones quæ sunt contra Galliam, notum est. Itaq; conuocatis ad se undiq; mercatoribus, neq; quanta esset insulæ magnitudo, neque quæ aut quantæ nationes incolerent, neq; quem usum belli haberent, aut quibus institutis uterentur, neq; qui essent ad maiorum nauium multitudinẽ idonei portus, reperire poterat. Ad hæc cognoscenda priusquam periculum faceret, idoneum esse arbitratus, C. Voluseno cum naui longa præmittit. Huic mandat, ut exploratis omnibus rebus, ad se quamprimũ reuertatur. Ipse cũ omnibus copijs in Morinos proficiscitur, quòd inde erat breuissimus in Britanniam traiectus. Huc naues undique ex finitimis regionibus, & quam superiore æstate ad Veneticum bellum* fecerat

al. illò

al. effecerat

cerat classem, iubet cõuenire. Interim consilio eius cognito, & per mercatores perlato ad Britannos, à compluribus eius insulæ ciuitatibus ad eum legati ueniũt: qui polliceantur obsides dare, atque imperio pop. Ro. obtemperare. Quibus auditis, liberaliter pollicitus, hortatusq; ut in ea sententia permanerent, eos domum remisit: & cum his unà Comium, quem ipse Atrebatibus superatis, regem ibi constituerat, cuius & uirtutẽ & consilium probabat, & quem sibi fidelem esse arbitrabatur, cuiusq; autoritas in his regionibus* magni habebatur, mittit. Huic imperat, quas poßit, adeat ciuitates: horteturq;, ut populi Rom. fidem sequantur: seq; celeriter eò uenturum nunciet. Volusenus ꝑspectis* regionibus, quantũ ei* facultatis dari potuit, qui naui egredi, ac se barbaris committere non auderet, quinto die ad Cæsarẽ reuertitur: quæq; ibi perspexisset, renunciat. Dum in his locis Cæsar nauium parandarũ causa moratur, ex magna parte Morinorũ legati ad eum uenerunt: qui se de superioris temporis consilio excusarent, quòd homines barbari, & nostræ consuetudinis imperiti, bellum populo Romano fecissent: seq; ea quæ imperasset, facturos pollicentur. Hæc sibi satis opportunè Cæsar accidisse arbitratus, quòd neq; post tergum hostem relinquere uolebat, neque belli gerẽdi propter anni tempus facultatem habebat, neque has* tantarum rerum occupationes Britanniæ anteponendas iudicabat, magnum his numerum obsidum imperat. Quibus adductis, eos in fidem* recepit. Nauibus circiter LXXX. onerarijs coactis contractisque,* quòd satis esse ad duas legiones transportandas existimabat: quicquid ~~præterea nauium longarum habebat,~~ quæstori, legatis, præfectisque distri-

al. magna

al. regionibus omnibus.

al. facultas

al. tãtularum

al. accepit.

al. quot

Longæ naues intitantur, remis, onerariæ uero neque Græcis μακρὰ πλοῖα.

distribuit. Huc accedebant XVIII. onerariæ naues, quæ ex eo loco millibus passuũ octo, uento tenebãtur, quo minus in eundem portũ peruenire possent. Has equitibus distribuit. Reliquũ exercitum Q. Titurio Sabino, & L. Aurunculeio Cottæ legatis, in Menapios atque in eos pagos Morinorum, à quibus ad eum legati nõ uenerant, ducendum dedit. Pub. Sulpitium Rufum legatum cum eo præsidio, quod satis esse arbitrabatur, portum tenere iussit. His constitutis rebus, nactus idoneam ad nauigandum tempestatem, tertia ferè uigilia soluit: equitesq; in ulteriorẽ portum progredi, & naues conscendere, ac se sequi iussit: ab quibus quũ* paulò tardius esset administratũ, ipse hora circiter diei quarta, cum primis naubus Britanniam attigit: atq; ibi in omnibus collib. expositas hostium copias armatas conspexit. Cuius loci hæc erat natura, atq; ita montibus angustis mare cõtinebatur, uti ex locis superioribus in littus telum adijci posset. Hunc ad egrediendum nequaquam idoneum arbitratus locum, dum reliquæ naues eò conuenirẽt, ad horam nonam in anchoris expectauit. Interim legatis tribunisq; militum conuocatis, & quæ ex Volusẽno cognouisset, & quæ fieri uellet, ostendit: monuitq; ut rei militaris ratio, maximeq; ut res maritimæ postularent, ut* quàm celerem atque instabilẽ motũ haberent, ad nutum & ad tempus omnes res ab his administrarentur. His dimissis, & uentum & æstum uno tẽpore nactus secundũ, dato signo, et sublatis anchoris, circiter mil lia passuum octo ab eo loco progressus, aperto ac plano littore naues constituit. At barbari consilio Romanorum cognito, præmisso equitatu & essedarijs (quo plerũque genere in prælijs uti cõsueuerũt) reliquis copijs subsecuti, no-

al. id paulò

al. qa

ti, nostros nauibus egredi prohibebant. Erat ob has causas summa difficultas, quòd naues propter magnitudinem, nisi in alto constitui non poterant. Militibus autem, ignotis locis, impeditis manibus, magno & graui onere armorum pressis, simul & de nauibus desiliendum, & in fluctibus consistendum, & cum hostibus erat pugnãdum: cùm illi aut ex arido, aut paululum in aquam progressi, omnibus membris expediti, notissimis locis audacter tela conijcerent, & equos assuefactos incitarent. Quibus rebus nostri perterriti, atq; huius omnino generis pugnæ imperiti, nõ omnes eadẽ alacritate ac studio, quo in pedestribus uti prælijs cõsueuerant, utebantur. Quod ubi Cæsar animaduertit, naues longas (quarũ & species erat barbaris inusitatior, & motus ad usum expeditior) paululũ remoueri ab onerarijs nauibus, & remis incitari, & ad latus apertum hostiũ cõstitui, atq; inde fundis, tormentis, sagittis hostes propelli ac submoueri iussit: quæ res magno usui nostris fuit. Nam & nauium figura, & remorũ motu, & inusitato genere tormentorũ permoti barbari constiterunt, ac paulum modò pedem retulerũt.* At nostris militibus cunctãtibus, maximè propter altitudinem maris, qui decimæ legionis aquilam ferebat, contestatus deos, ut ea res legioni feliciter eueniret:* Desilite, inquit,* milites, nisi uultis aquilam, atque hostibus prodite: ego certè meum Reipub. atque imperatori officium præstitero. Hoc quum magna uoce dixisset, se ex naui proiecit, atq; in hostes aquilam ferre cœpit. Tum nostri cohortati inter se, ne tantũ dedecus admitteretur, uniuersi ex naui desilierunt. Hos item alij ex primis proximis nauibus quũ conspexissent, subsecuti, hostibus appropinquarunt. Pugnatum est ab utrisq;

al. Atq;

Desilite, inquit, milites, nisi uultis Aquilam hostibus tradere: al. commilitones,

triſq; acriter. Noſtri tamẽ, quòd neq; ordines ſeruare, neque firmiter inſiſtere, neq; ſigna ſubſequi poterant, atque alius alia ex naui, quibuſcunque ſignis occurrerat, ſe aggregabat, magnopere perturbabantur. Hoſtes uerò, notis omnibus uadis, ubi ex littore aliquos ſingulares ex naui egredientes conſpexerãt, incitatis equis, impeditos adoriebantur. Plures paucos circunſiſtebant. Alij ab latere aperto in uniuerſos tela conijciebãt. Quod cùm animadUertiſſet Cæſar, ſcaphas longarum nauium, itẽ ſpeculatoria nauigia militibus compleri iußit: & quos laborantes conſpexerat, ijs ſubſidia ſummittebat. Noſtri ſimul in aridо conſtiterũt, ſuis omnibus conſecutis, in hoſtes impetũ fecerunt, atq; eos in fugã dederunt: neq; longius proſequi potuerunt, quòd equites curſum tenere, atq; inſulã capere non potuerunt. Hoc unum ad priſtinam fortunam Cæſari defuit. Hoſtes prælio ſuperati, ſimulatq; ſe ex fuga receperunt, ſtatim ad Cæſarẽ legatos de pace miſerũt, obſides daturos, quæq; imperaſſet, ſeſe facturos polliciti ſunt. Vnà cũ his legatis Comius Atrebas uenit, quẽ ſuprà * demonſtraueram, à Cæſare in Britanniam præmiſſum. Hũc illi è naui egreſſum, cùm ad eos * Imperatoris mãdata perferret, comprehenderant, atque in uincula coniecerant. Tum facto prælio, remiſerunt, et in petenda pace eius rei culpam in multitudinẽ cõiecerunt, et propter imprudentiam, ut ignoſceretur, petiuerũt. Cæſar queſtus, quòd quũ ultrò in continentem legatis miſſis pacem à ſe petiſſent, bellũ ſine cauſa intuliſſent, ignoſcere imprudentiæ dixit, obſidesq; imperauit: quorum illi partem ſtatim dederunt, partem ex longinquioribus locis accerſitam, paucis pòſt diebus ſeſe daturos dixerunt. Interea ſuos remigrare in agros

Scapha è longarum nauium ſeruiendo nauis, ſeu nauicula è longis nauibus ſolebant Cæſari & Pompeio nauis ſeruire, ut Dominæ nauis in ſimilem ſeruitutem Turonico ferè ſono mutat.

al. demõſtrauim⁹,

al. oratoris modo Cæſaris mandata deferret,

agros iusserunt: principesq; undiq; conuenêre, & se ciuitatesq; suas Cæsari commendarunt. His rebus pace firmata, post diem quartum, quàm est in Britanniam uentum, naues XVIII. de quibus suprà demonstratum est, quæ equites sustulerãt, ex superiori portu leni uento soluerunt. Quæ quum appropinquarent Britanniæ, et ex castris uiderentur, tanta tempestas subitò coorta est, ut nulla earum cursum tenere posset: sed aliæ eôdem unde erãt profectæ, referrentur: aliæ ad inferiorem partem insulæ, quæ est propius solis occasum, magno sui cum periculo deijce rentur. Quæ tamen anchoris iactis, cùm fluctibus complerentur, necessariò aduersa nocte in altum prouectæ, continentem petiuerunt. Eâdem nocte accidit, ut esset luna plena: *quæ maritimos æstus maximos in Oceano effi- al. q̃ dies maritimos cere consueuit. Nostrisq; id erat incognitum. Ita uno tempore & longas naues, quibus Cæsar exercitum transportandum curauerat, quasq; in aridum subduxerat, æstus complebat: & onerarias, quæ ad anchoras erant deligatæ, tempestas afflictabat. Neq; ulla nostris facultas aut administrãdi, aut auxiliãdi dabatur. Compluribus nauibus *fractis, reliquæ cũ essent, funibus, anchoris, reliquisq; armamentis amißis, ad nauigandũ inutiles, magna (id quod necesse erat accidere) totius exercitus perturbatio facta est. Neq; enim naues erant aliæ, quibus reportari possent: et omnia deerãt, quæ ad reficiẽdas * eas usui sunt: & quòd al. naues erãt usui: omnibus constabat, hyemare in Gallia oportere, frumentum in his locis in hyemem prouisum non erat. Quib. rebus cognitis principes Britãniæ, qui post * præliũ factum al. prælijs ad Cæsarẽ conuenerãt: ad ea quæ iusserat Cæsar, faciẽda cõuenerãt: inter se collo quuti, quum & equites, & naues, & frumentũ Romanis deesse

deesse intelligerent, & paucitatem militum ex castrorum exiguitate cognoscerẽt: quæ hoc erant etiam angustiora, quòd sine impedimẽtis Cæsar legiones trãsportauerat: optimũ factu esse duxerunt, rebellione facta, frumento cõmeatuq; nostros prohibere, & rem in hyemẽ producere: quòd his superatis, aut reditu intercluso, neminem postea belli inferendi causa in Britanniã tranfiturũ confidebant. Itaq; rursus coniuratione facta, paulatim ex castris discedere, ac suos clàm ex agris deducere cœperunt. At Cæsar etsi nondum eorum consilia cognouerat, tamen & ex euentu nauium suarum, & ex eo quòd obsides dare intermiserãt, fore id quod accidit, suspicabatur. Itaq; ad omneis casus subsidia cõparabat. Nam & frumentũ ex agris in castra quotidie conferebat, & quæ grauissimè afflictæ erant naues, earum materia atq; ære ad reliquas reficiendas utebatur: & quæ ad eas res erant usui, ex continenti comportari iubebat. Itaque quum id summo studio à militibus administraretur, duodecim nauibus amissis, reliquis ut nauigari commodè posset, * efficit. Dũ ea geruntur, legione ex cõsuetudine una frumẽtatum missa, quæ appellabatur septima, neq; ulla ad id tempus belli suspicione interposita, cùm pars hominũ * agris remaneret, pars etiã in castra uentitaret: hi, qui pro portis castrorum in statione erant, Cæsari renunciarũt, puluerem maiorem quàm cõsuetudo ferret, in ea parte uideri, quam in partem legio iter fecisset. Cæsar id quod erat suspicatus, aliquid noui à barbaris initũ cõsilij, cohortes quæ in stationibus erant, secum in eam partem proficisci, duas ex reliquis in stationem succedere, reliquas armari, & confestim se subsequi iussit. Cùm paulò longius à castris processisset, & suos ab hostibus

al. effecit.

al. in agris

hostibus premi, atq; ægrè sustinere, & conferta legione ex omnibus partibus tela cõijci animaduertit. Nam quod omni ex reliquis partib. demesso frumẽto, una pars erat reliqua, suspicati hostes huc nostros esse uenturos, noctu in syluis delituerãt. Tum dispersos depositis armis, in mẽtẽdo occupatos subitò adorti, paucis interfectis, reliquos incertis ordinibus perturbauerãt, simul equitatu atq; essedis circũdederãt. Genus hoc est ex essedis pugnæ: primò per omnes partes perequitant, & tela conijciũt: atq; ipso terrore equorũ, & strepitu rotarũ ordines plerunq; perturbant: & cùm se inter equitũ turmas* insinuauẽre, & ex essedis desiliunt, et* pedites præliãtur. Aurigæ interim paulatim è prælio excedũt, atq; ita* se collocant, ut si illi multitudine hostium premantur, expeditum ad suos receptum habeant. Ita mobilitatem equitum, stabilitatem peditum in prælijs præstant: ac tantũ usu quotidiano & exercitatione efficiũt, ut in decliui ac præcipiti loco incitatos equos sustinere, & breui moderari, ac flectere, & per temonem percurrere, & in iugo insistere, & inde se in currus citissimè recipere cõsueuerint. Quibus rebus, perturbatis nostris nouitate pugnæ, tẽpore opportunissimo Cæsar auxilium tulit: nanque eius aduentu hostes cõstiterunt, nostri ex timore se receperunt. Quo facto, ad lacessendũ hostem, & comittendum prælium, alienum esse tempus arbitratus, suo se loco continuit, & breui tempore intermisso, in castra legiones reduxit. Dum hæc geruntur, nostris omnibus occupatis, qui erant in agris reliqui, discesserunt. Secutæ sunt continuos complures dies tempestates, quæ & nostros in castris continerent, & hostem à pugna prohiberent. Interim Barbari nuncios in omneis

al. insinuauerint,
al. pedib.
al. curr.

partes

partes dimiserunt, paucitatemq; nostrorum militum suis prædicauerunt: & quantæ prædæ faciẽdæ, atq; in perpetuum sui liberãdi facultas daretur, si Romanos castris expulissent, demonstrauerunt. His diebus celeriter magna multitudine peditatus equitatusq; coacta, ad castra uenerunt. Cæsar, etsi idẽ quod superioribus diebus acciderat, fore uidebat, ut si essent hostes pulsi, celeritate periculum effugerent: tamen nactus equites circiter xxx. quos Comius Atrebas (de quo antè dictũ est) secum transportauerat, legiones in acie pro castris cõstituit. Commisso prælio, diutius nostrorum militum impetum hostes ferre non potuerũt, ac terga uerterũt: quos tãto spacio secuti, quantum cursu & uiribus efficere potuerunt, cõplures ex his occiderunt: deinde omnib. longè lateq; ædificijs incensis, se in castra receperũt. Eodem die legati ab hostibus missi, ad Cæsarem de pace uenerunt. His Cæsar numerum obsidum, quem antea imperauerat, duplicauit, eosq; in continentem adduci iussit. Quòd propinqua die æquinoctij infirmis nauibus hyemis nauigationem subeundam nõ existimabat, ipse idoneã tempestatem nactus, paulò post mediam noctem naues soluit. Quæ omnes incolumes ad continentẽ peruenerunt. * Ex his onerariæ duæ eosdem quos reliquæ portus capere nõ potuerũt, * sed paulò infrà delatæ sunt. Quibus ex nauibus cùm essent expositi milites circiter ccc. atq; in castra contenderent, Morini, quos Cæsar in Britanniam proficiscẽs, pacatos reliquerat, spe prædæ adducti, primò non ita magno suorũ numero circumsteterunt, ac si sese interfici nollent, arma ponere iusserũt: quum illi orbe facto sese defenderẽt, celeriter ad clamorem, hominum circiter millia sex cõuenerunt. Quare nunciata,

al. Sed ex al. &

nunciata, Cæsar omnem ex castris equitatum suis auxilio misit. Interim milites nostri impetum hostium sustinuerunt, atq; amplius horis quatuor fortissimè pugnauerunt, & paucis uulneribus acceptis, complures ex his occiderunt. Postea uerò * quàm equitatus noster in conspectum uenit, hostes abiectis armis, terga uerterũt: magnũq; eorum numerus est occisus. Cæsar postero die T. Labienum legatum cum his legionibus quas ex Britannia reduxerat, in Morinos qui rebellionem fecerant, misit. Qui quũ propter siccitates paludum, quò se reciperent, non haberent (quo perfugio superiore anno fuerant usi) omnes ferè in potestatem Labieni uenerunt. At Q. Titurius, & L. Cotta legati, qui in Menapiorum fines legiones duxerant, omnibus eorum agris uastatis, frumentis succisis, ædificijsq; incensis, quòd Menapij omnes se in densissimas syluas abdiderant, ad Cæsarem se receperunt. Cæsar in Belgis omnium legionũ hyberna constituit. Eò duæ omnino ciuitates ex Britannia obsides miserunt: reliquæ neglexerunt. His rebus gestis, ex literis Cæsaris dierum x x. supplicatio à Senatu decreta est. a I. cum

IN C.

IN C. IVLII CAESARIS COMMENTARIORVM DE BELLO GALLICO LIbrum IIII. Henr. Glar. Annotationes.

SVnt in hoc quarto libro hæc ordine: Bellum contra Vsipetes & Tenchtheros Germanos, qui à Suevis pulsi, in Gallia armis sedes sibi quæsierant. Vbi obiter Germanorũ mores describuntur. Deinde transitus exercitus Cæsariani per Rhenum in Germaniam: ubi difficillima pontis descriptio habetur. Vltimò nauigatio in Britanniam insulam, quæ hodie Anglia dicitur, & reditus mediocriter fœlix.

Vsipetes Germani, & item Tenchtheri. 1.

Vsipetes & Tenchtheri, quas olim habuerint sedes apud Germanos, apud plerosque dubium. Althamerus tamen insignis nostra ætate rerum Germanicarum indagator, Vsipetes ad Rhenum fuisse putat, maximè in eo tractu, ubi nunc Franci ac Hessi colunt, nempe à Francfuado nobili Emporio, Mœni ostio, ad Occidentalem, uulgò uocatam Syluam Vuesterualdt, & Confluentes usque. In qua plaga Ringoia est infra Maguntiacum ad dexteram Rheni ripam. Tenchtheros uerò infra illos ad Vbios usque eâdem Rheni ripa collocatos asserit. Hessi hodie eas regiones tenent. Hæc ex illo. Tacitus hosce duos populos ait proximo Cattis colere Rhenum, certum iam alueo, quique terminus esse sufficiat. Cæterùm ipse Vsipios appellasse uidetur, secunda declinatione. Ptolemæus Visipios. Tenchtheros uerò Tingeros. τιγγέρους enim Græcus habet codex. Hoc autem Lectorem meritò moretur, si Vsipetes & Tenchtheri Rhenani fuerunt, ut ex Tacito ac Ptolemæo colligitur, quônam pacto triennium uagati, ut hîc ait Cæsar, Rhenum peruenerint, qua regione (nam ita legendum puto, non, quas regiones, ut etiam ipsius transitus locus describatur) Menapiũ incolebant. quod utique Lectori cogitandum relinquo. Nisi fortè Cæsaris tempore alias quàm Cornelij ac Ptolemæi habuerint sedes. Sed hæc de his. Sueuos autem Ptolemæus triplices facit, Longobardos Austriliores Sycambris à parte Rheni (quanquam eo in loco Oquebos ineptè alij legunt: Bilibaldus Pyrkhaymer eximius rerum antiquarum, dum uiueret, scrutator ac iudex, & nobis amicus, Silebos traduxit: ac miror Ptolemæi mentem id loci non exactius animad-

maduersam.) Alteros Angelos magis Orientales Longobardis, & in Septentrionem ad medium Albis extentos. Tertios Semnones à medio Albi Orientem uersus ad Sueuum usq; fluuium. Quo sanè ex situ, quàm latè olim patuerit Sueuorum natio, satis liquet. Ptolemæus inter Germanos, quos Rheno propinquos facit, & Sueuos, Longobardos ponit. Postea uerò, cum Germanos Mediterraneos numeraret, qui ipsorum lingua Hertuoner nominantur (Plinius corruptè aliquando Hernuones uocat) ibi uerò treis ingentes commemorat populos, Sueuos Angelos, Sueuos Semnonas, & Buguntas. Verba ipsius Græca subiungam: τῶν δὲ ἐντὸς καὶ μεσογείαν ἐθνῶν, μέγιστα μὲν ἐπὶ τὸ, τὲ τῶν συήβων τῶν ἀγγειλῶν, οἵ εἰσιν ἀνατολικώθεροι, τῶν λαγγοβάρδων, ἀναθείνοντες πρὸς τὰς ἀρκτοὺς μέχρι τῶν μέσων τοῦ ἄλβιος ποταμοῦ. καὶ τὸ τῶν συήβων τῶν σεμνόνων, οἵ τινες διήνουσι μετὰ τῶν ἄλβιν ἀπὸ τοῦ εἰρημένου μίρους πρὸς ἀνατολὰς, μέχρι τοῦ συήβου ποταμοῦ. καὶ τὸ τῶν βουγοντῶν τὰ ἐφεξῆς, καὶ μέχρι τοῦ οὐσιτοῦλα κατεχόντων. Quæ uerba ita uertenda erãt: Interiores autem et mediterraneæ gentes maximæ sunt, tum Sueui Angeli qui Longobardis magis Orientales sunt, in Septẽtrionem protẽsi, ad medium usque Albis fluuij. Tum Sueui Semnones, qui habitant post Albim à prædicta parte, ad Ortum ad Sueuum usque fluuium. Denique Buguntæ, qui reliqua deinde sequentia, ad Vistulam usq; flumen tenent. Buguntas puto à Ptolemæo dictos, quos postera ætas Burgundos uocauit. Nostra ætate Sueuorum natio de uetere sede nihil possidet. Nam hæ gentes, ubi illi olim sederunt, ne nomen quidem Sueuorum ferant, si quis fortè Sueuos appellarit.

Ii centum pagos habere dicuntur. 2.

Centum horum pagorum lib. 1. antè mentio facta est. Sed pagum haud dubiè alia significatione dixit, quàm cum de Heluetijs loqueretur. Ibi enim pagus minimum XX. millia hominum continebat: hic uerò pro ditiuncula binorum aut ternûm millium uirorum accipitur, quemadmodum postea, cum de Morinis in hoc libro loquitur: Reliquum, inquit, exercitũ Qu. Titurio Sabino, & L. Aurunculeio Cottæ legatis in Menapios, atq; in eos pagos Morinorum, ab quibus ad eum legati non uenerant, ducendum dedit. Verùm hoc sciendum, quemadmodum omissa de Vsipetibus ac Tenchtheris cœpta narratione ad Sueuos Cæsar diuertit, ita mox relicta de Sueuorum centum pagis cœpta historia, ad omnium Germanorum mores enarrandos statim sermonem conuertit. Quod ex his manifestum est. Nam quæ hic de equestribus prælijs scribit, mox in Vsipetum, ac Tenchherorum pugna eadem commemorat. Item, quæ de priuato nullo agro, de uictu ex lacte, de corporum nuditate, eadem omnia sunt libro VI. de Germanis. Denique cùm de iumentis hic loqui-

tur, quib. maximè Galli delectentur, quæq; impenso parent pretio, continuò non Sueuos, sed Germanos subnectit: Germani (inquiens) importatis non utuntur, &c. Atqui Cæsar ipse, ut hoc loco & libro VI. sibi constet, uix equidem expedio. Hic enim per millenũm uiros rum apud Sueuos commutationem neq; belli, neq; agriculturæ ratio nem intermitti scribit. In sexto uerò, Germani, inquit, agriculturæ nõ student. Rursus hoc in loco: Neq; longius, inquit, anno remanere uno in loco incolendi causa licet. Paulò uerò pòst, in hoc adeò libro, Sueuos oppida habere cõmemorat, de quibus iussi sint, missis nunc ciis, post habitum concilium, demigrare. Ad quid autem oppida habent, si non liceat longius anno remanere uno in loco incolendi causa: Sed habent hercules, habent inquã historici Romani, ubi haud dubiè negligentiæ accusari queant. Quidam nostra ætate de Sueuis sermonem ingressi, ita latos eorum faciunt fines, ut totam ferè Germaniam occupẽt. Vnde planè euenisse credo, cũ Germanum dicere uelle nt, Sueuum dicerent. Quæ consuetudo etiamnum apud Heluetios, unicas ueteris Galliæ reliquias, manet.

Et *in fines Eburonum & Condrusorum.* 3.

Condrusorum & Eburonum suprà etiam meminit libro secundo, ubi à Germanis originem eos ducere dixit. Quidam Eburones hodie putant Leodienses esse. Condrusos uerò Aquenses, unius diei ab Agrippina itinere.

Mosa profluit ex monte Vogeso. 4.

Mosam fluuium Cæsar luculenter describit, seruat autem etiamnũ nomen: sed pars Rheni quæ ipsum excipit, hodie Valis dicitur, allusione ad Cæsaris uocem, qui Vacalon appellat, quanquam uetustiores codices Vualin habent. Vosepus aũt mons, ab alijs Vogesus, latè patet. Separat enim Burgũdos hodie & Lotharingos, deinde Elsatiã ab eisdẽ Lotharingis. Meminit eius Lucanus in primo Pharsaliæ:

Deseruere cauo tentoria fixa Lemanno,
Castraq; quæ Vogesi curuam super ardua ripam
Pugnaces pictis cohibebant Lingones armis.

Quæ carmina, ut mendosa, Antonius Sabellicus aliter legit, maximè duo sequentia:

Castraq; Vogesi curuam super ardua rupem
Pugnaces pictis cohibentia Lingonas armis.

Vnde de huius nominis syllabis quantæ sint, nihil definire quimus: quando in uulgata lectione priores utrq; correptæ, in Sabellici productæ legantur. Quanquam si uulgata lectio uera esset, Vosesus siue Vogesus flumen potius quàm mons uideri poterat. Quare hoc Lectori neutiquam negligendum: nos certè nullum alium autorem habemus, quantum equidem meminisse possum, ex quo certiora adferemus.

Rhenus

Rhenus autem oritur ex Lepontijs. 5.

Neminem ducat admiratio, si ueteres Geographi, quando omnia uel hostilia, uel inaccessa, ingonitãue erant, de Rheni ortu tractuq; ad eò exiguam nobis aperuerunt notitiã, quando nostra hac ætate, cùm omnia pacata, omnia lustrata sint, quidam ex professo de fluuiorũ tractu scribere aggressi, nobis & Rhenũ & Danubium, duo maxima ce leberrimaq; Europæ flumina, non satis luculenter, imò ualde accisè descripserunt. Inter ueteres tamen Scriptores Latini, quorum imperium ad utrunq; flumẽ finiebatur, multo magis quàm Græci mihi uisi sunt negligentes. Nam Strabo atq; Ptolemæus, dij boni quàm multis stadijs, diligẽtia, ac sedula cura præcurrũt Plinio, Tacitõq;, utrũq; rei scribendæ oculatum (si dijs placet) testem. Plinius libro tertio, capite uigesimo, Sarunetes ortũ Rheni accolunt, inquit. Item libro quarto, capite decimoquinto ostiorũ Rheni meminit, originis nihil. Tacitus in Germaniæ descriptione: Rhenus, inquit, Rhæticarum Alpium inacceſſo ac præcipiti uertice ortus, modico flexu in Occidentẽ uersus, Septentrionali Oceano miscetur. Hæc ille adeò breuiter de Rheno. De Danubio non minus cõcisus est. Sed quum de modico Rheni in Occidentem flexu mentionem faciat, ut quid non & de eius modico in Oriẽtem flexu aliquid commemorat? Nulla hercle causa dari potest, nisi quia non norat, alioqui neutiquam taciturus. Luculentius aliquanto Pomponius Mela, quẽ uetustiorem aliquanto utroq; existimo, utpote sub Claudio Imperatore, ut quidam nõ imeritè ex eo ipso colligunt, Rhenus (inquit libro quarto) ab Alpibus decidẽs, prope à capite duos efficit lacus, Venetum & Acroniũ: mox diu solitus, & certo alueo lapsus, haud procul à mari huc & illuc dispergitur. Hæc ille. At longè clarius Strabo, author Græcus, hæc libro quarto ac septimo disserit. Vbi etiam populos, lacus, accolas, iter, longitudinis q; terminos commemorare non est grauatus. Sed operæ precium uidetur, quando propè ad caput eius fluminis nati sumus, ac toties ipsum totum penè flumen nauigauimus, ut certiora de hoc, sed maximè quod ad caput attinet, ex certa ac indubitata descriptione Domini Aegidij Tschudi tradamus. Meminisse autem oportet Lectorẽ: summas Alpes esse, qui hodie mons Sancti Gothardi dicitur, ob causam mox de Lepontijs explicandam: cui Adulas mons ab ortu connectitur, continenti quidẽ iugo, ut summarũ Alpiũ uelut brachiũ, aut mauis cornu, dici queat. Rhenus igitur initio ex his Alpibus sumpto, ab Orientali quidẽ earũ parte, ubi Adulę mõti cõiungũtur, populiq; Lepontij habitant, duobus nascitur fontibus, unius ut minimũ diei itinere, propter montiũ iuga distãtibus. Altero magis Occiduo magisq; Septentrionali, haud ita longè à Ticini fontibus, qui paulo Occidentaliores sunt. Ad eũ Aetuatij propè (hodie Tauetsch) pertingunt. Per quorũ uallẽ rectà ad Ortũ nõ ad Septentrionẽ, ut falsò ueteres crediderẽ, currit. Hodie proprię Canini dicuntur à canis, siue Grisones, ut uulgus appellat, Oppidũ Iliantũ, nunc Ilantz, habẽt. Sub quo Glen-

ner flumen ex ualle Lugnitia descendens, ab hoc Rheni fonte â dextris suscipitur. Hic fons anterior Rhenus uulgò nominatur. Altero magis q̃ Orientali, magis q̃ Australi ex Adula mõte, è regione fluminis Mueſæ, quod ad Misaucorũ uallẽ abluit, & paulò supra Bellizonam Ticino coniungitur. Hic fons posterior Rhenus ab accolis dicitur, sicut alter, anterior. Labitur etiã rectâ in Ortũ, ad insignem pagũ Speluncam, deinde ad Schams, & ad aliam Rhætiã (ita nominant arcẽ in excelsissimo monte sitã) prope pagũ Tuscanum, ubi fluuium Abellã, ab ortu contrario cursu lapsum, à dextris suscipit. Vallis insignis sub eo confluẽte est Tumiliasca. Hic ueræ Rhætiæ amœnissimus situs, hic innumera, ut nusquam aliàs uiderim, multitudo arciũ fuit, quarũ uestigia etiamnum uisuntur: plerasq̃ uel bella, uel alius casus absumpsit. Hæc uitifera regio est. Hic prorsus in Septentrionẽ conuertitur, curritq̃ Rhenus ad Rhætiũ arcẽ, ubi Anteriorẽ Rhenũ suscipit, qui cum eo in Ortũ propè parallela decurrerat linea. Hic ambo iã unũ flumẽ, Rhætorũ Curiã petunt, & hic quoq̃ sunt ueri Rhæti & Canini. Curia ipsa ad Plessuram flumen, elegans sanè oppidũ est. Sub eo Rhenus tortuosior ingressus, Ciceres pagũ adit. Ibi ad uiginti millia passuum rectâ in Occasum tendit. Rhueantiũ (quorũ Plinius meminit) uallum obtinent. Langarus est flumen, ex Rhæticone monte (cuius mentio est apud Melã) Ortũ, & per Rhẽticã uallẽ delapsum, quod hoc loco à dextris Rhenus suscipit: mox Lupinũ oppidũ peruenit. Maiũ campũ hodie uocant. Toto hoc tractu uitifera est regio. Hic Saruetes, qui nominati sunt apud Plinium, à sinistris relinquit, elegantissimã sanè uallẽ, quæ lacũ Rinarium attingit, uulgò Valense, nos superius alicubi etiam Vasenium nominauimus. Hic Rhenus inter duos monteis (Alberg & Scalberg uulgò uocantur) ad Estiones rectâ in Septẽtrionẽ delabitur. Meminit Estionũ diligenter lib. 4. Strabo: adhuc nomẽ retinẽt. Hinc ad locũ Benedurũ à dextris Cãpũ sancti Petri (Feldkilch nominant) oppidũ sanè elegans, aliquot millibus passuum distans, habet, à sinistris Comitatũ Vuerdenberg, Claronensis ditionis. Sub Benedurо à dextris suscipit fluuium illũ, qui è Rheticone mõte ortus, ac p uallẽ Drusianã (uulgò Vualgœuu) lapsus, oppidũ Feldkilch alluit. Sub hoc confluente Rugusсos à sinistris habet (Rintal nunc nominãt) ditionis Helueticæ. Porrò & Estionum & Rugusсorum regio uitifera est. Hinc lacum Brigantinum, ut Plinius ac Solinus: uel Acronium, ut Mela: uel Constantiensem Potmicumq̃, ut uulgus nostra ætate uocat, ingreditur. Circuitus eius lacº à Strabone libro 7, supra CCC. stadia proditur, longitudo circiter CC. latitudo dimidio minor. Nihil hoc lacu elegantius. Ad caput eius Brigantiũ oppidum est. Vnde nomen inuenit. Deinde à dextris, qua parte Vindelici, nunc Lintzgour, olim habitarunt, Lindauium est in insula oppidum, cui oppido paruа alia adest insula, etiamnũ insulæ nomen retinens, quа uelut arce ad inuadendos Vindelicos cõmodissimè usus est in naualibº pugnis Tiberius, ut inquit Strabo eodem libro, non sanè illa quæ in lacu inferiore Augiæ nomen apud quosdam habet, uulgò Richenauu, quasi

diceres

diceres diuitem terrã, quæ nonnunquã sicco adiri potest. Sunt alia itẽ ab eodem latere oppida, Langenarg, Buochorn, Merspurg, præsulis Constantiensis domiciliũ, Vberlingẽ eximium oppidũ, extremo eius lacus angulo. A sinistris uerò & littore Heluetico, Arbor felix, Acronij & Constantia. Hic Rhenus è superiore lacu inferiorem lacũ ingreditur, quẽ Pomponio Venetũ appellatũ contendunt. Nostra ætas Celtensem ab Rodolphi cella insigni oppido uocat. In hoc lacu, qui quadruplo minor est superiore, Augia insula est, ut diximus. Oppidula alia sunt ab Heluetiorum parte Steckborn ad lacũ, infra autẽ lacũ & ad Rhenũ iam prorsus in Occasum cõuersum Stein & Diessenhofen, deinde Scaphusia à naualibus nomẽ habens, à dextris in Germanorũ littore elegans oppidũ, à quo Danubij fons qui hodie creditus, uix uiginti millibus passuum distat. Sub Scaphusia ad tria circiter millia passuum itinere pedestri, non autẽ secundũ fluminis circuitionẽ, est maior Rheni cataractes, hoc est fluminis de alta rupe præcipitatio, cum ingenti strepitu, & stupenda aquarum ad scopulos collisione. Quem locũ admodũ miror, neq; Plinio neq; Cor. Tacito, qui se Germaniam Galliamq; uidisse gloriantur, ne uno quidem uerbo nominatum. Eũ nos in Panegyrico de Heluetijs, ubi Scaphusiæ laudes canimus, his uerbis obiter descripsimus:

Quam propius liquidi facies nitidissima Rheni
Alluit: hic rapidus refluente in gurgite uortex
Cernitur, Euripum referens, Scyllæq; uoracis
Latratus, hic unde alta de uertice montis
Lapsa ruit præceps, sterilemq; eructat arenam
In circum sursumq; uolans portendere nubem,
Aut nebulæ speciem, & cœlum pulsasse uidetur.

Sub eo iam cataracte in se ipsum propemodum, ut de Mæandro Scriptores referunt. Rhenus redit, duobus in longum spacium gyris ad tubæ ductilis formam spiras faciens. Quo in loco cœnobium, hodie Rhinauu, ubi olim magnum fuisse oppidum fama est. Videntur adhuc aliqua urbis uestigia, sed non omnino uetusta, ut puto, nulla, quod sciam, Romanis literis inscriptione. Quidam Sueuorũ principum, dum aliquam Heluetiorũ partem tenebant, fuisse regiam petebant. Paulo inferius Rhenus Durus flumen excipit, de quo in superioribus. Hinc rursus ad quatuor millia passuum in Austrum uersus, Troensam flumen à sinistris, ad oppidum Eglissouu, ditionis Tigurinæ, & rursus dein facta admodum paruo arcu, prorsus ad Occasum conuersus, paulo infrà aliud flumen itidem à sinistris, Clat uocant, ex duobus ortum lacubus, Fesino & Gryphio, accipit. Hinc oppidum Keiserstuol, quasi dicas Cæsaris solium, à sinistris habet, mox Zurzachium

zachium nobile emporium ab eodem latere, multi forum Tiberij Ptolemæo dictum putant, non omnino absque ratione. Nam locus peruetustus uidetur, collegio Canonicorum, ac diuæ Verenæ uirginis tumulo nobilis. Quidam autem Cæsaris solium, Ptolemæo forum Tiberij dictum putant, sed Zarzachium Gannodorum. Hinc ad quinque millia passuum confluens est Rheni ac trium fluminum, siue pagorum, antea in unum sub Aquis, Vindonissaq; commixtorum. De hoc ubi de pagis Heluetiorum libro primo satis, ut puto, diximus. Hic Rauracorum incipit tractus, cuius quatuor elegantia sunt oppida, de quibus eodem libro primo. Primum igitur Vualtzhuot in latere dextro, à confluente duo millia passuum distat: cui sylua Hartziana, ab Ammiano Marcellino sic dicta, non Martiana, ut corrupti habent codices, imminet. At de hac postea plura libro sexto. Alterum inde ad decem millia passuum latere Rheni sinistro: quanquam pons bina connectit oppidula, sed maius cum arce à sinistris est. Hic minor est Rheni cataractes, non ita prærupta, ut superior, rupe, declinis tamen & scopulis horridis, angustiaq; memorabili insignis. Nec tamen minore altitudine, si à supremo eius labro ad procellarum ac sæuientis undæ finem supputes. Nomen inde Lauffenberg, quasi dicas, Cataractæ mons: quippe cui insignis arx imposita est. Octo millibus inde passuum insulam facit, diui Fridolini sancti uiri, qui ante mille annos in eam uenisse dicitur, sepulchro nobilem. Tertium Rauracorum oppidum, & nobilium uirginum collegium est. Nec apud me dubium, quanquam in Rauracis hic locus est, à Sequanis tamen, qui non longè inde absunt, nomen habere, non à Sacco ut uulgus torsit uocem. Huic collegio non parum debeo, & propter patriam meam Claronam, quæ illi fœderis iure multis seculis obnoxia fuit, & mei etiam causa, quòd illic ab ipso collegio ac senatu sæpe honestè exceptus fuerim. Sanè per omnem Rauracorum terram Rhenus citatus fertur, donec ad quartum oppidum (Rhinfelden appellant, quasi dicas Rheni campum) deuenerit. Id à sinistris habet, & ipsum elegans sanè oppidum. Hic quoque aliquid cataractæ simile uidetur, nullo tamen magno nauium periculo: quippe quæ cum hominibus (qui quidem uoluerint, nam licet cuique paulo superius nauim exire) tutò transeant: quum in maiore cataractæ nullæ prorsus naues, in minore uacuæ per funes aliquando & cum hominibus, sed audacibus, & uitam nihili facientibus transmittantur. Hic autem, ut diximus, licet transire, si uelis. uulgus Helhacken, id est, Tartari uncum, uocat. Quum Rhenus paruus, uidetur in medio eius alueus aquarum interrupes, quem nautæ norunt, etiam turbulento amne. Post hoc oppidum nihil amplius in Rheno tumultus est, placidus inde adhuc ad duodecim aut circiter millia passuum meat, donec Basileam uenerit. Ibi uerò prorsus ad Septentrionem conuertitur. Hic itaque uerus est Rauracorum tractus, quem nescio, num quisquam ante hanc ætatem rectè nouerit: qui eum à Basilea ordiuntur, Colmariam usque,

que,planè errant. Cæterùm sub Rhin felden ad quatuor millia passuum à sinistris Augusta Rauracorum fuit, in humilem hodie redacta uicum. Visuntur adhuc ueteres ruinæ turrium,cloacarum, pyramidum, numismata plurima aurea, argentea, ac ærea: ab Hunis uulgò creditur diruta: alij malunt ab Alemannis sub Valentiniano tertio euersam. Totus fermè Rauracorum tractus hodie ditionis est Ducum Austriæ. Terminatur autem ad Byrsam flumen, quod quingentis circiter passibus supra Basileam à sinistris Rhenus excipit. Nam Basileam ego in Sequanis constituo: attingunt enim Sequani ea parte Rhenum,ut libro primo inquit Cæsar. Sungoij hodie haud dubiè pars sunt Sequanorum. Hæc hactenus de Rheno certa ac uisa potissimùm hac de causa retulimus, quòd plurimùm à ueteribus neglecta, à recentioribus non satis diligenter, imò nec uerè tractata uiderimus. Reliqua deinde à Basilea ad finem usque fluminis,etsi pleraque nobis usa sunt,uerùm quòd id à multis annis factum, nec ita recenti sunt nobis memoria, tum quòd ab alijs diligentius quàm superiora, quæ nunc diximus,tradita, consultò omittantur. Nam quod ad hunc attinet locum, satis nobis dictum uidetur: de ostijs eius (ut hoc lectori uelut parergon adijciamus) uaria est apud authores opinio. Vergilius bicornem Rhenum uocat octauo Aeneidos, quòd duo sint eius ostia. Plinius libro quarto,capite decimoquinto, Helium ac Fleuum uocat. Cæsar alterum quod Mosam accipit, Vacalon,quam hodie Valim uocant: alterum uerò neutiquam nominat, olim Rheni,ut quidam putant, hodie Leccæ nomen habet. Sed audiamus duorum hac de re authorum uerba. Pomponius Mela eodem quo iam diximus loco, hæc continuò subnectit uerba: Sed ad finistrum,inquiens, amnis etiam tum, & donec effluat, Rhenus: ad dextrã primò angustus, & sui similis, post ripis longè ac latè recedentibus, tam non amnis, sed ingens lacus, ut campos impleuit, Fleuo dicitur, eiusdemq; nominis insulam amplexus, sic iterum iterumq; arctior fluuius emittitur. Hæc ille. Quæ uerba, si sinistri ac dextri nominibus utitur, consueto modo, ut hoc Germanicum, illo Gallicum latus designet: Valim Rhenum uocat, alterum autem ostium Fleuum. Cornelius autem Tacitus Augustæ historiæ libro secundo, Rhenus, inquit, uno alueo continuus, haud modicas insulas circumuehens, apud principium agri Batui uelut in duos amnes diuiditur, seruatq; nomen & uiolentiam cursus qua Germaniam præuehitur, donec Oceano misceatur: ad Gallicam ripam latior,& placidior affluens,uerso cognomento, Vahalim accolæ dicunt: mox id quoque uocabulum mutat Mosa flumine, eiusq; immenso ore in Oceanum effunditur. Hæc ille. Quibus uerbis Melæ contrarium indicat, nempe Septentrionalibus ostium, Rheni cognomine dictum: alterum Vahalim, quod Cæsar Vacalon siue (ut alij habent codices) Valin uocat. Memini ante annos duodecim, cùm ea de re D. Brasmo, ut ad Rheni ostia nato, authorum uerba proposuissem, casu ei colloquio interueniisse ex Belgis uirum eruditum, recens ex Italia profectum,

Antonium (cognomen, quod uehementer dolet, non teneo) artis meæ dicæ professorem. Hic quum audiret, mirari me autorum tam uarias opiniones de ostiorum Rheni cùm numero tum nominibus: Glarea ne (ultrò inquit) uideo quid erres. Rem, si gratum tibi putes, breuis bus expediam. Imò percupio, inquam. Tum ille: Tertium, inquit. Rheni ostium, quod hodie Isela dicitur, Ptolemæo, & nescio quibus alijs celebratum, id uerò antiquitus non fuit. Sed Drusi aduersus Germanos bellantis iussu, fossa in mare deducta factum est, ut muni mentum aduersus barbaros esset. Atque ideò Ptolemæo tria sunt Rheni ostia, quæ ueteribus duo. Hæc quum audissem, acquieui: uerùm quid idem de nominibus sentiret, ut interrogarem, in mentem non uenit, nec tum id agebam. Cæsari hercle ea de re nihil certi constitit: Vbi Oceano, inquit, appropinquauit, in plures diffluit partes. Et rursus paulo pòst concludit: Multisq; capitibus in Oceanum influit, per caput, ut opinor, ostium intelligens, per partes brachium, ut uulgò loquimur. Sed huius parergi etiam nunc plus quàm satis.

Ex Lepontijs. 6.

De hisce sanè populis, quando ex Geographis nihil certi nostra ætate scire potuimus, partim quæ uidimus ipsi, partim quæ Tschudus noster diligenti cura in dicto toties libro promit, Lectori aperiemus. Plinius libro tertio, Lepontios (inquit) ac Salassos Tauricæ gentis idem Cato arbitratur. Cæteri ferè Lepontios relictos ex comitatu Herculis interpretatione Græci nominis credunt, præustis intra sinus alpium niue membris. Hæc ille, Catonis opinionem comprobat linguæ usus apud eos Lepontios, apud quos Rhenus oritur. Cæterùm in uniuersum hoc sciendum, Lepontios latissimè olim diffusos fuisse, & in circum summas Alpeis occupasse. Primùm enim ad earum ortum Lepontij sunt, qui Gallica adhuc, qua hodie Heluetij, utuntur lingua, apud quos Australior Rheni fons oritur, ut dictum est. Ad eandem autem Meridiem, quicquid inter Bellizonam, ac montem S. Gothardi est, uulgus Leuontinam uallem uocat, Vrorum hodie ditionis. Per eam uallem amnis Ticinus à summis ortus Alpibus, ut antè diximus, fluit. Ad Occasum earundem habitant Lepontij, quos Plinius Viberos uocat, apud quos Rhodanus oritur. Et hi quoque nunc prisca Gallica utuntur lingua. Denique ad Septentrionem ad Vrsam flumen pulcherrima ualle, Vrsula huic nomen est, Lepontij habitant: & hi Gallicam etiamnum habent linguam. Ptolemæus Lepontiorum oppidum Oscellam ponit. Cuius hodie quoque nomen in ualle manet, amne Tosa irriguo, qui amnis ex summis oritur Alpibus, ut Ticinus. Oppidum infima ualle iacet, hoc tempore à Canonicorum Collegio domino de Oscelo ab Italis dictum. Longè sanè ab Ocelo oppido, cuius Cæsar in primo meminit, quod ad Duriam minorem est, ut antea diximus. Multas alias præterea ualles habuerunt Lepontij, de quibus multa eruditè Tschudus noster. Apud eos sanè

sanè septem oriuntur flumina, ut antea dictum est, in omneis mundi parteis præcipitata. Ipsi Lepontij medij sunt quinq; horum populorum, Rhætorum, Insubrium, Salasiorum, Sedunorum ac Heluetiorū. Rhætos quidam ab Ortu, Insubreis ad Meridiem, Salassios Sedunosq; ad Occasum, Heluetios ad Septentrionem habent, nec poterit circino melius eorum describi regio.

Per fines Nantuatium. 7.

Nantuates qui hodie sint, non planè constat. Quanquam sunt qui Constantienses uelint. Hoc certum est ex ordine Cæsareæ descriptionis, regionem inter Lepontios ac Heluetios secundum Rhenum designari. Quando autem Cæsar Rhætorum nomen nusquam habet obla ta toties nominandi occasione, Tschudus existimat non esse dubium, quin per Nantuates Cæsar Rhætos intelligi uoluerit, quod ego quoq; que credo. Fieri autem potest, ut Aetuatium scriptum fuerit, quod in Nantuatium deprauatum fuerit. Codices enim quidam Mantuatium habent. Sunt autem Aetuatij ad ortum citerioris fontis Rheni, ut in descriptione eius iam diximus.

Mediomatricum. 8.

Mediomatrices hic tertia dicit declinatione, quod libro septimo secunda, ut Plinius eum sequutus. Verùm eiusmodi multa reperias, quemadmodum plus quinquies uariatum Teutones & Teutoni a pud hunc autorem. Tale etiam uideri poterit Vocates, & quòd Cæsar Tarusates, alij Tarusatios uocant. De Santonibus siue Santonis, etiam alibi admonuimus, nec opus pluribus. Mediomatrici igitur cō sistunt ad Mosellam fluuium, quorum olim imperium Rhenum usq; pertingebat: hodie eximium oppidum habent Metas. De Tribocchis libro primo admonuimus.

Ex quibus sunt, qui piscibus atq; ouis. 9.

Videtur Selandiæ insulas designare, quæ hodie sunt è regione Flandriæ, ostiorum Rheni & Hollandiæ, sed nequaquam à feris gentibus habitatæ, quidam Cymbrorum insulas faciunt, quibus nos nō subscribimus.

Hæc utraq; insuper bipedalibus trabibus. 10.

Antequam ad hæc Cæsaris uerba deueniamus, hoc lectorem præmonere uoluimus. Placere mihi Iucundi pictutam, quæ Cæsaris uerba luculenter exprimit, exceptis iis quæ Cæsar de publicis ita describit. Ac nihilo secius publicæ ad inferiorem partem fluminis obliquæ adigebantur, quæ pro ariete subiectæ, & cum omni opere coniunctæ, uim fluminis excíperent, & aliæ item supra pontem, &c. Hodie solent pilis lapideis trabes præfigere, ad excipienda omnia quæ temere fert flumē. Quæ uerò ad inferiorem fluminis partē obliquæ adigebantur, mihi non omnino intelliguntur. Et uide num, Arietes subie-

ctæ, dictum sit, pro fulcimento. Nam ad proposita Cæsaris uerba ue-
niamus, quæ in Annotationibus, meo quidem iudicio, iucundus cor-
rumpit, non emendat: ea enim in Cæsaris commentario bene habent.
Sed distinguendum est post utraq; , quod uerbum nominandi casu dic-
tum est, non accusandi, & construitur cum uerbo distinebantur, &
insuper dictum quasi desuper. ut sit hic sensus: Hæc utraq; , supple ti-
gna sesquipedalia, paulum ab imo præacuta, &c. distinebantur ab
extrema parte binis utriq; fibulis, insuper bipedalibus trabibus im-
missis, quantum eorum tignorum iunctura distabat. Nec uideo quid
difficultatis sit iucundo.

In fines Sicambrorum. 11.

Sicambri transrhenani populi sunt in Germania apud Cæsarem, hodie Vestphaliæ pars, non autem Gelrenses, cùm Geldria hodie tota cis Rhenum sit in Gallia. Sicambros sanè transrhenanos non Cæsar tantùm, sed Ptolemæus, Strabo & Tacitus commemorant. Quidam, ut Suetonius ac Florus, aiunt, posterioribus temporibus in Germaniam traductos: sed nos de tempore Cæsaris loquimur, ac de hoc loco.

ANNOT. HENR. GLAR. IN
LIB. IIII. FINIS.

C. IV.

C. IVLII CAESARIS COMMENTARIORVM DE BELLO GALLICO LIB. V.



VCIO Domitio, Appio Claudio Coſs. diſcedens ab hybernis Cæſar in Italiã, ut quotãnis facere cõſueuerat, legatis imperat, quos legionibus præfecerat, uti quàm plurimas poſſent, hyeme naues ædificãdas, ueteresq; reficiendas curent. Earum modum, formamq; demonſtrat: ad celeritatẽq; onerandi, * ſubductionesq; paulo facit humiliores, quàm quibus in noſtro mari uti conſueuimus. Atq; ideo magis, quòd propter crebras commutationes æſtuum * magis magnos ibi fluctus fieri cognouerat: ad onera & ad multitudinem iumentorum tranſportandam, paulo latiores, quàm quibus in alio mari uti aſſueuerant. Has omnes actuarias imperat fieri, quã ad rem humilitas multum adiuuat. Ea quæ ſunt uſui ad armandas naues, ex Hiſpania apportare iubet. Ipſe conuentibus Galliæ citerioris peractis, in Illyricum proficiſcitur, quòd à Piruſtis finitimam partẽ prouinciæ incurſionibus uaſtari audiebat. Eò cùm ueniſſet, ciuitatibus milites imperat, certumq; in locũ conuenire iubet. Quare nunciata, Piruſtæ legatos ad eum mittunt, qui doceãt, nihil earũ rerum publico factum conſilio, ſeſeq; paratos eſſe demonſtrant omnibus rationibus de iniurijs ſatisfacere. Accepta oratione eorũ, Cæſar obſides imperat, eoſq; ad certam diem adduci iubet. Ni ita fecerint,

* ſubductiones paulo q̃ facit. minus

1 Actuariæ naues dicun-
2 tur, quod remis agan-
tur. Sunt naues longæ
citra ad actuum. Actua-
ria minima nauis. Hæ ta-
men non ſunt inter lon-
gas numerandæ. a glos.
Cæs. paulo post Cæſar de
Britãnia refert. Do-
cuit uerisimile. Ro-
gauit uerisimile. Ro-
gatum ab eis. Actua-
rias naues appellat: a
celeritate. Ἀκατίδες
ναῦς ἐλαφρὰ καὶ ταχεῖα
πλοῖα. Ἀκάτιον
ἐν ἐλάττονι ναυτι-
κῷ κόσμῳ, τοῖς σο-
φισταῖς ἀρέσκαλιον

fecerint, sese bello ciuitat ẽ persequuturum demõstrat. Iis ad diẽ adductis, ut imperauerat, arbitros inter ciuitates dat, qui litem æstiment, pœnamq; constituãt. His cõfectis rebus conuentibusq; peractis, in citeriorem Galliam reuertitur, atq; inde ad exercitum proficiscitur. Eò cùm uenisset, circuitis omnibus hybernis, singulari militum studio in summa rerum omniũ inopia, circiter D C. eius generis, cuius suprà demonstrauimus, naueis, & longas duo detriginta inuenit instructas: neq; multum abesse ab eo, quin paucis diebus deduci possent. Collaudatis militibus,
4 atq; ijs qui negocio præfuerant, quid fieri uelit, ostendit: atq; omneis ad portum Iccium conuenire iubet. Quo ex portu commodissimum in Britanniam traiectum esse cognouerat circiter milium passuum XXX. transmissumà continenti. Huic rei, quod satis esse uisum est militum reliquid. Ipse cum legionibus expeditis IIII. & equitibus DCCC, in fines Treuirorum proficiscitur: quòd hi neq; ad cõcilia ueniebant, neq; imperio parebãt, Germanosq; Transrhenanos sollicitare dicebantur. Hæc ciuitas longe plurimùm totius Galliæ equitatu ualet, magnasq; habet copias peditum, Rhenumq; (ut suprà demonstrauimus) tangit: in ea ciuitate duo de principatu inter se contendebant, Inducíomarus & Cingetorix: ex quibus alter, simulatq; de Cæsaris, legionumq; aduentu cognitum est, ad eum uenit: se suosq; omneis in officio futuros, neq; ab amicitia pop. Rom. defecturos confirmauit, quæq; in Treuiris gererentur, ostendit. At Inducíomarus equitatũ peditatumq; cogere, ijsq; qui per ætatẽ in armis esse non poterant, in syluam Arduennã abditis (quæ ingenti magni-
5 tudine per medios fines Treuirorũ à flumine Rheno, ad

initium

initium Rhemorum pertinet) bellum parare instituit. Sed posteaquam nõnulli principes ex ea ciuitate, & familiaritate Cingetorigis adducti, & aduentu nostri exercitus perterriti, ad Cæsarem uenerunt, & de suis priuatim rebus ab eo petere cœperunt, quoniã ciuitati consulere non possent: ueritus ne ab omnib. desereretur Induciomarus, legatos ad Cæsarem mittit: sese idcirco à suis discedere, atq; ad eum uenire noluisse, quò facilius ciuitatẽ in officio contineret, ne omnis nobilitatis discessu, plebs propter imprudentiam laberetur. Itaq; ciuitatem in sua potestate esse, seq;, si Cæsar permitteret, ad eum in castra uenturũ, & suas ciuitatis q; fortunas eius fidei permissurum. Cæsar, etsi intelligebat, qua de causa ea dicerẽtur, quæq; eum res ab instituto cõsilio deterreret, tamen ne æstatẽ in Treuiris consumere cogeretur, omnibus rebus ad Britannicũ bellum comparatis, Induciomarum ad se cum CC. obsidibus uenire iaßit. His adductis, & in ijs filio propinquisq; eius omnibus, quos nominatim euocauerat, cõsolatus Induciomarum, hortatusq; est, uti in officio permaneret. Nihilo tamen secius principibus Treuirorũ ad se conuocatis, eos singillatim Cingetorigi cõciliauit. Quod cùm merito eius à se fieri intelligebat, tũ magni interesse arbitrabatur, eius autoritatem inter suos quamplurimum ualere, cuius tam egregiã in se uoluntatẽ perspexisset. Id factum grauiter tulit Induciomarus, suã gratiã inter suos minui: & qui iam antè inimico in nos animo fuisset, multò grauius hoc dolore exarsit. His rebus cõstitutis, Cæsar ad portum Iccium cũ legionibus peruenit: ibi cognoscit XL, nauicis, quæ in Meldis factæ erãt, tempestate reiectas, tenere cursum non potuisse, atq; eôdem, unde erant profectæ, LX 6

relatas:

relatas: reliquas paratas ad nauigãdum, atq; omnibus rebus instructas inuenit. Eôdem equitatus totius Galliæ cõuenit, numero millium IIII, principesq; ex omnib. ciuitatibus, ex quibus perpaucos (quorum in se fidẽ perspexerat) relinquere in Gallia, reliquos obsidum loco secum ducere decreuerat, quòd cùm ipse abesset, motum Galliæ uerebatur. Erat unà cum cæteris Dumnorix Heduus, de quo à nobis antea dictum est. Hunc secum ducere in primis constituerat, quòd eum cupidum rerũ nouarũ, cupidum imperij, magni animi, magnæ inter Gallos authoritatis cognouerat. Accedebat huc, quòd iã in cõcilio Heduorum Dumnorix dixerat, sibi à Cæsare regnũ ciuitatis deferri: quod dictũ Hedui grauiter ferebãt: neq; recusandi, aut deprecandi causa legatos ad Cæsarem mittere audebãt. Id factũ ex suis hospitibus Cæsar cognouerat. Ille primò omnibus precibus petere contendit, ut in Gallia relinqueretur, partim quòd insuetus nauigandi mare timeret, partim quod religionib. sese diceret impediri. Posteaquã id obstinatè sibi negari uidit, omni spe impetrandi adempta, principes Galliæ singulos solicitare, reuocare, hortariq; cœpit, ut in continenti remanerẽt: metu territare, nõ sine causa fieri, ut Gallia omni nobilitate spoliaretur. Id esse cõsiliũ Cæsaris, ut quos in conspectu Galliæ interficere uereretur, hos omneis in Britanniã traductos necaret. Fidem reliquis interponere, iusiurandũ poscere, ut quod esse ex usu Galliæ intellexissent, cõmuni consilio administrarent. Hæc à compluribus ad Cæsarem deferebantur. Quare cognita, Cæsar, quòd tantum ciuitati Heduæ dignitatis tribuebat, coercendum atq; deterrendum quibus eunq; rebus posset, Dumnorigem statuebat: quòd longius

eius

eius amentiam progredi uidebat, prospiciẽdum, ne quid sibi ac Reipub. nocere posset. Itaq; dies circiter XXV. in eo loco cõmoratus, quòd Corus uentus nauigationem impediebat, qui magnam partem omnis temporis in his locis flare consueuit: dabat operam, ut Dumnorigẽ in officio contineret, nihilo tamen secius omnia eius consilia cognosceret. Tandem idoneam tempestatem nactus, milites equitesq; conscendere naues iubet. At impeditis omnium animis, Dumnorix cũ equitibus Heduorum à castris, insciente Cæsare, domum discedere cœpit. Qua re nũciata, Cæsar intermissa profectione, atq; omnibus rebus postpositis, magnam partem equitatus ad eum insequendum mittit, retrahiq; imperat: si uim faciat, neq; pareat, interfici iubet. Nihil hũc se absente pro sano facturum arbitratus, qui præsentis imperium neglexisset. Ille autem reuocatus resistere, ac se manu defendere, suorumq; fidẽ implorare cœpit, sæpe clamitans liberũ se, liberæq; ciuitatis esse. Illi, ut erat imperatum, circunsistunt hominẽ, atq; interficiũt. At Hedui equites ad Cæsarẽ omnes reuertuntur. His rebus gestis, Labieno in continente cũ tribus legionibus, & equitum millib. duobus, relicto, ut portus tueretur, & rei frumentariæ prouideret, quæq; in Gallia gererentur, cognosceret, & consiliũ pro tempore & pro re caperet: ipse cum legionibus quinq;, & pari numero equitũ, quẽ in cõtinẽte reliquerat, ad solis occasum naues soluit, & leni Africo profectus, media circiter nocte uẽto intermisso cursum non tenuit: & longius delatus æstu, orta luce sub sinistra Britãniam relictam conspexit. Tum rursus æstus commutationem secutus, remis contendit, ut eam partem insulæ caperet, qua optimũ esse egressũ superiore æstate cogno-

cognouerat. Qua in re admodum fuit militum uirtus laudãda, qui uictorijs, grauibusq; nauigijs, nõ intermisso remigandi labore, longarum nauiũ cursum adæquauerũt. Accessum est ad Britanniam omnibus nauibus meridiano ferè tẽpore, neq; in eo loco hostis est uisus. Sed, ut postea Cæsar ex captiuis comperit, cùm magnæ manus eò cõuenissent, multitudine nauium perterritæ (quæ cũ annotinis, priuatisq; quas sui quisq; commodi causa fecerat, amplius octingentæ uno erant uisæ tempore) à littore discesserant, ac se in superiora loca abdiderant. Cæsar exposito exercitu, ac loco castris idoneo capto, ubi ex captiuis cognouit, quo in loco hostiũ copiæ consedissent: cohortibus decem ad mare relictis, & equitibus trecentis, qui præsidio nauibus essent, de tertia uigilia ad hostes contendit, eò minus ueritus nauibus, quòd in littore molli atq; aperto deligatas ad anchoras relinquebat, & præsidio nauibus Q. Atriũ præfecit. Ipse noctu progressus millia passuum circiter XII. hostium copias conspicatus est. Illi equitatu atq; essedis ad flumẽ progressi, ex loco superiore nostros prohibere, & prælium committere cœperunt: repulsi ab equitatu, se in syluas abdiderunt, locũ nacti egregiè et natura & opere munitũ, quẽ domestici belli (ut uidebatur) causa, iam antè præparauerant. Nam crebris arboribus succisis, omnes introitus erant præclusi. Ipsi ex syluis rari propugnabãt, nostrosq; intra munitiones ingredi prohibebãt. At milites legionis septimæ testudine facta, et aggere ad munitiones adiecto, locum ceperunt, eosq; ex syluis expulerunt, paucis uulneribus acceptis. Sed eos fugientes longius Cæsar persequi uetuit, & quòd loci naturã ignorabat, & quòd magna parte diei consumpta, munitioni

7

tioni castrorũ tempus relinqui uolebat. Postride eius diei manè, tripartitò milites equitesq; in expeditionẽ misit, ut eos qui fugerant, persequerentur. Iis aliquantum itineris progreßis, quũ iam extremi essent in conspectu, equites à Qu. Atrio ad Cæsarẽ uenerũt, qui nunciarent, superiori nocte maxima coorta tempestate, propè omneis naueis afflictas, atq; in littus eiectas esse, quòd neq; anchoræ funesq; subsisterent, neq; nautæ gubernatoresq; uim tempestatis pati possent. Itaq; ex eo concursu nauiũ, magnum esse incommodum acceptum. His rebus cognitis, Cæsar legiones equitatumq; reuocari, atque itinere * desistere iubet. Ipse ad naueis reuertitur. Eadem ferè quæ ex nuncijs literisq; cognouerat, coràm perspicit, sic ut amißis circiter * XL. reliquæ tamẽ refici posse magno negotio uiderẽtur. Itaq; ex legionibus fabros deligit, et ex cõtinẽte alios accersiri iubet. Labieno scribit, ut quàm plurimas posset, his legionibus quæ sunt apud eum, naueis instituat. Ipse, etsi res erat multæ operæ ac laboris, tamen cõmodißimũ esse statuit, omneis naues subduci, & cum castris una munitione coniungi. In his rebus circiter dies X. consumit, * nec nocturnis quidẽ temporibus ad laborẽ militũ intermißis, subductis nauibus, castrisq; egregiè munitis, easdẽ copias quæ antea præsidio nauibus fuerant, relinquit: ipse eódem unde redierat, proficiscitur. Eò cùm uenisset, maiores iam undique in eum locum copiæ Britannorum conuenerant. Summa imperij belliq; administrandi communi cõsilio permissa est Caßiuellauno: huius fines à maritimis ciuitatibus flumẽ diuidit, quod appellatur Thamesis, à mari circiter millia passuum LXXX. Huic superiori tempore cum reliquis ciuitatibus continentia bella inter-

ipse qui

al. quadringẽtis nauibus,

al. nec nocturnis

cesserant: sed nostro aduentu permoti Britanni, hunc toti bello imperioq; præfecerant. Britanniæ pars interior ab ijs incolitur, quos natos in insula ipsi memoria proditum 8 dicunt. Maritima pars ab ijs qui prædæ ac belli inferendi causa ex Belgio transierãt: qui omnes ferè his nominibus ciuitatũ appellantur, quibus orti ex ciuitatibus eò peruenerunt, & bello ibi illato permanserũt, atq; agros colere cœperunt. Hominum est infinita multitudo, creberrimáq; ædificia, ferè Gallicis cõsimilia: pecoris magnus numerus. Vtuntur autem numo æreo, aut annulis ferreis ad certum pondus examinatis, pro numo. Nascitur ibi plumbum album in mediterraneis regionibus: in maritimis ferrũ, sed eius exigua est copia: ære utuntur importato. Materia cuiusq; generis, ut in Gallia est, præter fagum, atq; abietem. Leporem, & gallinam, & anserem gustare, fas non putant. Hæc tamẽ alũt animi uoluptatisq; causa. Loca sunt 9 tẽperatiora, quàm in Gallia, remissioribus frigoribus. Insula natura triquetra, cuius unũ latus est contra Galliam: huius lateris alter angulus, qui est ad Cantiũ, quo ferè omnes ex Gallia naues appelluntur, ad orientẽ solem, inferior ad meridiem spectat. Hoc latus tenet circiter millia passuum quingenta. Alterũ uergit ad Hispaniam, atq; occidentem solẽ, qua ex parte est Ibernia, dimidio minor (ut existimatur) quàm Britannia, sed pari spacio transmissus, atq; ex Gallia est in Britanniã. In hoc medio cursu est insula quæ appellatur Mona. Complures præterea minores subiectæ insulæ existimãtur: de quib. insulis nonnulli scripserunt, dies continuos xxx. sub bruma esse noctem. Nos nihil de eo percũctationibus reperiebamus, nisi quòd certis ex aquæ mensuris breuiores esse noctes, quàm in continente

tinente uidebamus. Huius est longitudo lateris, ut fert illorum opinio, septingentorum milliũ passuum. Tertium est contra Septẽtrionem: cui parti nulla est obiecta terra, sed eius angulus lateris maximè ad Germaniam spectat. Hoc millia passuum octingenta in longitudinem esse arbitrantur. Ita omnis insula est in circuitu uicies centena millia passuũ. Ex his omnibus longè sunt humanißimi, qui Cantium incolunt: quæ regio est maritima omnis: neq; multũ à Gallica differunt cõsuetudine. Interiores pleriq; frumẽta non serunt, sed lacte & carne uiuũt, pellibusq; sunt uestiti. Omnes uerò se Britanni* glasto inficiũt, quod ceru- 10
leum efficit colorem: atq; hoc horribiliore sunt in pugna aspectu: capilloq; sunt promisso, atq; omni parte corporis rasa, præter caput, & labrũ superius. Vxores habent deni, duodeniq; inter se cõmunes, & maximè fratres cum fratribus, & parentes cum liberis. Sed si qui sunt ex his nati, eorum habentur liberi, à quibus primùm uirgines quæq; ductæ sunt. Equites hostium,* essedarij acriter præ- al. essedariq;
lio cum equitatu nostro in itinere conflixerunt: ita tamen ut nostri omnibus partibus superiores fuerint, atque eos in syluas collesq; cõpulerint: sed compluribus interfectis cupidius insecuti, nonnullos ex suis amiserũt. At illi inter- 11
misso spacio, imprudentibus nostris, atq; occupatis in munitione castrorũ, subitò se ex syluis eiecerũt, impetuq; in eos facto, qui erãt in statione pro castris collocati, acriter pugnauerũt: duabusq; mißis subsidio cohortibus à Cæsare, atq; his primis legionũ duarũ, cùm hæ intermisso per- 12
exiguo loci spacio, inter se constitissent, nouo genere pugnæ perterritis nostris, ꝑ medios audacißimè* prorupe- al. proruperunt.
rũt, seq; inde incolumes receperunt. Eo die Qu. Laberius

i 2 Durus

Durus tribunus militũ interficitur: illi pluribus submissis cohortibus, repellũtur. Toto hoc in genere pugnæ cùm sub oculis omniũ, ac pro castris dimicaretur, intellectum est, nostros propter grauitatẽ armorum, quòd neque insequi cedentes possent, neq; ab signis discedere auderẽt, minus aptos esse ad huius generis hostem: equites autem magno cum periculo dimicare, propterea quòd illi etiã consultò plerunq; cederẽt, & quum paululum ab legionibus nostros remouissent, ex essedis desilirent, & pedibus dis-
73 pari prælio contenderent. Equestris autẽ prælij ratio, & cedentibus et insequentibus par atq; idem periculum inferebat. Accedebat huc, ut nũquam conferti, sed rari, magnisq; interuallis præliarẽtur, stationesq; dispositas habe rent, atq; alios alij deinceps excipierẽt, integriq; & recen tes defatigatis succederẽt. Postero die procul à castris hostes in collibus constiterunt, rariq; se ostẽdere, & lentius quàm pridie nostros equites prælio lacessere cœperunt. Sed meridie, cùm Cæsar pabulãdi causa tres legiones, atque oẽm equitatũ cũ C. Trebonio legato misisset, repentè ex omnibus partibus ad pabulatores aduolauerunt, sic uti ab signis legionibusq; nõ absisterẽt. nostri, acriter in eos impetu facto, repulerunt: neq; finem insequendi fecerunt, quoad subsidio confisi equites (cùm post se legiones uiderent) præcipites hostes egerunt: magnoq; eorum numero interfecto, neq; sui colligẽdi, neq; consistendi, aut ex essedis desiliendi facultatem dederunt. Ex hac fuga protinus quæ undiq; conuenerãt auxilia, discesserunt: neq; post id tempus unquam summis nobiscũ copijs hostes contenderunt. Cæsar, cognito cõsilio eorum, ad flumen Thamesin in fines Cassiuellauni exercitũ duxit: quod flumẽ uno omnino

nino loco pedibus, atq; hoc ægrè, transiri potest. Eò cùm uenisset, animaduertit ad alteram fluminis ripam magnas esse copias hostium instructas. Ripa autem erat acutis sudibus præfixis munita. Eiusdemq; generis sub aqua defixæ sudes flumine tegebantur. Iis rebus cognitis à captiuis perfugisq;, Cæsar præmisso equitatu, confestim legiones subsequi iußit. Sed ea celeritate, atq; eo impetu milites ierunt, cũ capite solo ex aqua extarent, ut hostes impetũ legionum atq; * equitũ sustinere nõ possent, ripasq; dimitterẽt, ac se fugæ mandarẽt. Caßiuellaunus (ut suprà demõstrauimus) omni spe deposita cõtentionis, dimißis amplioribus copijs, millibus circiter quatuor essedariorũ retentis, itinera nostra seruabat, paululumq; ex uia excedebat, locisq; impeditis atq; syluestribus sese occultabat, atq; ijs regionibus, quibus nos iter facturos cognouerat, pecora atq; homines ex agris in syluas cõpellebat. Et quum equitatus noster liberius uastãdi prædandiq; causa se in agros * effunderet, omnibus uijs notis semitisq; essedarios ex syluis emittebat, & cum magno periculo nostrorũ equitum cum his confligebat, atq; hoc metu latius * uagari prohibebat. Relinquebatur, ut neq; longius ab agmine legionũ discedi Cæsar pateretur: & tantum in agris uastandis incendijsq; faciendis hostibus noceretur, quantum labore atque itinere legionarij milites efficere poterant. Interim Trinobantes, propè firmißima earum regionum ciuitas (ex qua Mandubratius adolescens Cæsaris fidem sequutus, ad eum in continentem Galliam uenerat, cuius pater Imanuentius in ea ciuitate regnum obtinuerat, interfectusq; erat à Caßiuellauno: ipse fuga mortẽ uitauerat) legatos ad Cæsarẽ mittũt, pollicenturq; sese ei dedituros, et

al. equitatum

al. cicerat,

al. euagari

14

imperata facturos: petunt, ut Mandubratium ab iniuria Cassiuellauni defendat, atq; in ciuitatem mittat, qui præsit, imperiumq; obtineat. His Cæsar imperat obsides quadraginta, frumentumq; exercitui, Mandubratiumq; ad eos mittit. Illi imperata celeriter fecerunt, obsides ad numerum, frumentumq; miserunt. Trinobantibus defensis, atque ab omni militum iniuria prohibitis, Cenimagni, Seguntiaci, Ancalites, Bibroci, Cassi, legationibus missis, sese Cæsari* dediderunt. Ab his cognoscit, non longè ex eo loco oppidum Cassiuellauni abesse, syluis paludibusq; munitum: quò satis magnus hominum pecorumq; numerus conuenerit. Oppidum autem Britanni uocant, cùm syluas impeditas uallo atque fossa munierunt: quò incursionis hostium uitandæ causa conuenire consueuerunt. Eò proficiscitur cum legionibus: locum reperit egregriè natura atque opere munitum. Tamè hunc duabus ex partibus oppugnare contendit. Hostes paulisper morati, militum nostrorum impetum non tulerunt, seseq; ex alia parte oppidi eiecerunt. Magnus ibi numerus pecorum repertus, multique in fuga sunt comprehensi atque interfecti. Dum hæc in his locis geruntur, Cassiuellaunus ad Cantium (quod esse ad mare suprà demonstrauimus: quibus regionibus quatuor reges præerant,* Cingetorix, Carnilius, Taximagulus, Segonax) nuncios mittit, atque his imperat, ut coactis omnibus copijs, castra naualia de improuiso adoriantur, atque oppugnent. Hi quum ad castra uenissent, nostri eruptione facta, multis eorum interfectis, capto etiam nobili duce Cingetorige, suos incolumes reduxerunt. Cassiuellaunus hoc prælio nunciato, tot detrimentis acceptis, uastatis finibus, maximè etiam permotus defe-

*1. dedunt.

*1. Cingentorix

defectione ciuitatum, legatos per Atrebatem Comium, de deditione ad Cæsarem mittit. Cæsar cùm statuisset hyemare in continente, propter repentinos Galliæ motus, neq; multum æstatis superesset, atq; id facilè extrahi posse intelligeret, obsides imperat: & quid in annos singulos tectigalis pop. Rom. Britannia penderet, constituit. Interdicit atq; imperat Cassiuellauno, ne Mandubratio, neu Trinobantibus noceat. Obsidibus acceptis, exercitum reducit ad mare: naues inuenit refectas. His deductis, quòd & captiuorum magnum numerum habebat, & nonnullæ tempestate deperierant naues: duobus commeatibus exercitū reportare constituit. Ac sic accidit, ut ex tanto nauiū numero, tot nauigationibus, neq; hoc, neq; superiore anno ulla omnino nauis quæ milites portaret, desideraretur. At ex ijs quæ inanes ex continente ad eū remitterētur, et prioris commeatus expositis militibus, et quas postea Labienus faciendas curauerat, numero LX. perpaucæ locum caperent, reliquæ ferè omnes reijcerentur. Quas cùm ali quandiu Cæsar frustra expectasset, ne anni tempore nauigatione excluderetur, quòd æquinoctiū suberat, necessariò angustius milites collocauit. Ac * summā tranquillitatem consecutus, secunda (inita) cùm soluisset uigilia, prima luce terram attigit, omnesq; incolumes naues perduxit. Subductis nauibus, cōcilioq; Gallorum * Samarobrinæ peracto, quòd eo anno frumentum in Gallia propter siccitates angustius prouenerat, coactus est aliter, ac superioribus annis, exercitū in hybernis collocare, legionesq; in plures ciuitates distribuere: ex quibus unā in Morinos ducendā, C. Fabio legato dedit: alteram in Neruios, Q. Ciceroni: tertiā in Essuos, L. Roscio: quartā in Rhe- 16

al. summā trāquillitate cōsecuta, (inita) uacat Samarobricæ 15

mis cum T. Labieno in cõfinio Treuirorum hyemare iussit. Tres in Belgio collocauit. His M. Crassum quæstorẽ, & L. Munatium Plancum, et C. Trebonium legatos præfecit: unam legionem, quam proximè trãs Padum cõscripserat, et cohortes v. in Eburones: quorum pars maxima est inter Mosam & Rhenũ, qui sub imperio Ambiorigis & Catiuulci erãt, misit. His militibus Q. Titurium Sabinum, & L. Aurunculeium Cottam legatos præesse iussit. Ad hunc modum distributis legionibus, facillimè inopiæ frumentariæ sese mederi posse existimauit. Atq; harum tamen omnium legionum hyberna (præter eã quam L. Roscio in pacatissimam & quietissimam partem ducendam dederat) millibus passuum centum continebãtur. Ipse interea, quoad legiones * collocasset, munitaq; hyberna cognouisset, * in Gallia morari cõstituit. Erat in Carnutibus summo loco natus Tasgetius, cuius maiores in sua ciuitate regnum obtinuerant. Huic Cæsar pro eius uirtute atq; in se beneuolentia, quòd in omnibus bellis singulari ciui opera fuerat usus, maiorũ locũ restituerat. Tertium iam hunc annum regnantem, inimici palàm, multis etiam ex ciuitate autoribus, interfecerũt. Defertur ea res ad Cæsarem. Ille ueritus (quòd ad plures res pertinebat) ne ciuitas eorũ * impulsu deficeret, L. Plancũ cũ legione ex Belgio celeriter in Carnutes proficisci iubet, ibiq; hyemare: quorũ opera cognouerit Tasgetium interfectũ, hos comprehensos ad se mittere. Interim ab omnibus legatis quæstoribusq;, quibus legiones tradiderat, certior factus est, in hyberna peruentũ, locumq; hybernis esse munitũ. Diebus circiter xv. quibus in hyberna uentũ est, initiũ repentini tumultus ac defectionis ortum est ab Ambiorige &

collocatas, al. ĩ Gallia morari

al. impulsione

Cati-

Catiuulco: qui, cũ ad fines regni sui Sabino Cottæq; præsto fuissent, frumentũq; in hyberna cõportauissent: Inducio mari* Treuiri nũcijs impulsi, suos cõcitauerũt, subitoq; oppressis lignatoribus, magna manu ad castra oppugnanda uenerũt. Cùm celeriter nostri arma cepissent, uallumq; ascendissent, atq; una ex parte Hispanis equitibus emissis equestri prælio superiores fuissent, desperata re, hostes suos ab oppugnatione reduxerunt. Tum suo more conclamauerunt, uti aliqui ex nostris ad colloquiũ prodirent: habere sese, quæ de re communi dicere uellent, quib. controuersias minui posse sperarent. Mittitur ad eos colloquendi causa C. Carpineius eques Ro. familiaris Qu. Titurij, & Qu. Iunius ex Hispania quidã, qui iã antè* iussu Cæsaris ad Ambiorigem uentitare consueuerat. Apud quos Ambiorix in hunc modum locutus est: Sese pro Cæsaris in se beneficijs, plurimũ ei* confiteri debere, quòd eius opera stipendio liberatus esset, quod Aduaticis finitimis suis pendere consuêsset: quodq; ei & filius, & fratris filius ab Cæsare remissi essent, quos Aduatici obsidum numero missos apud se in seruitute & catenis tenuissẽt: neq; id quod fecerit de oppugnatione castrorum, aut iudicio, aut uoluntate sua fecisse, sed coactu ciuitatis: suaq; esse eiusmodi imperia, ut nõ minus haberet in se iuris multitudo, quàm ipse in multitudinem: ciuitati porrò hanc fuisse belli causam, quòd repentinæ Gallorum cõiurationi resistere non potuerit. Id se facilè ex humilitate sua probare posse, quòd non adeò sit imperitus rerum, ut suis copijs popul. Rom. superari posse confidat: sed esse Galliæ commune cõsilium, omnibus hybernis Cæsaris oppugnandis hunc esse dictũ diem, ne qua legio alteri legioni subsidio

al. et Treuirorum

17

al. missu

al. confidere

uenire posset: nõ facilè Gallos Gallis negare potuisse, præsertim cùm de recuperanda communi libertate consilium initum uideretur: quibus quoniã pro pietate satisfecerit, habere se nunc rationẽ officij, pro beneficijs Cæsaris monere, orare Titurium pro hospitio, ut suæ ac militũ saluti consulat: magnã manum Germanorum conductã Rhenum transisse, hanc affore biduo: ipsorum esse consilium, uelintne prius quàm finitimi sentiant, eductos ex hybernis milites, aut ad Ciceronem, aut ad Labienum deducere: quorum alter millia passuum circiter quinquaginta, alter paulò amplius ab his absit. Illud se polliceri, & iureiurando confirmare, tutum se iter per fines suos daturum: quod cùm faciat, & ciuitati sese consulere, quòd hybernis leuetur, & Cæsari pro eius meritis gratiam referre. Hac oratione habita, discedit Ambiorix. Carpineius et Iunius quæ audierant, ad legatos deferunt. Illi repentina re perturbati, etsi ab hoste ea dicebantur, nõ tamen negligenda existimabant. Maximeq; hac re permouebantur, quòd ciuitatẽ ignobilem atq; humilem Eburonum, sua sponte pop. Ro. bellum facere ausam, uix erat credendum. Itaq; ad conciliũ rem deferũt, magnaq; inter eos * ex his tot causis controuersia orta est. L. Aurunculeius, complures q; tribuni militum, & primorum ordinũ centuriones nihil temerè agendum, neq; ex hybernis iniussu Cæsaris discedendum existimabant: * quãtas suis magnas copias etiã Germanorum sustineri posse munitis hybernis docebãt: rem esse testimonio, quòd primum hostium impetũ multis ultrò uulneribus illatis, fortißimè sustinuerint: re frumentaria non premi: interea & ex proximis hybernis, & à Cæsare conuentura subsidia. Postremò quid esse leuius aut turpius, quàm

al. existit cont.

al. quãta suis

quàm autore hoſte de ſummis rebus capere conſiliũ? Contrà ea Titurius ſerò facturos clamitabat, quũ maiores manus hoſtium adiunctis Germanis conueniſſent, aut quum aliquid calamitatis in proximis hybernis eſſet acceptum: breuẽ conſulendi eſſe occaſionẽ. Cæſarem arbitrari profectum in Italiã, nec aliter Carnutes interficiendi Taſgetij conſilium fuiſſe capturos: neq; Eburones, ſi ille adeſſet, tanta* cũ contẽptione noſtri ad caſtra uenturos eſſe: non hoſtem authorem, ſed rẽ ſpectare: ſubeſſe Rhenum, magno eſſe Germanis dolori Arioviſti mortem, & ſuperiores noſtras uictorias: ardere Galliam tot contumelijs acceptis, ſub pop. Rom. imperium redactam, ſuperiore gloria rei militaris extincta. Poſtremò quis hoc ſibi perſuaderet, ſine certa* re Ambiorigem ad eiuſmodi conſilium deſcendiſſe? Suam ſententiam in utranq; partẽ eſſe tutam. ſi nil ſit durius, nullo cum periculo ad proximã legionem peruenturos: ſi Gallia omnis cum Germanis conſentiat, unam eſſe in celeritate poſitam ſalutẽ. Cottæ quidem, atq; eorũ qui diſſentirent, conſilium, quẽ haberet exitum? in quo ſi nõ præſens periculũ ſit, at certè longa obſidione fames eſſet pertimeſcenda. Hac in utranq; partẽ habita diſputatione, cũ à Cotta, primisq; ordinibus acriter reſiſteretur: Vincite, inquit, ſi ita uultis, Sabinus: & id clariore uoce, ut magna pars militum exaudiret. Neq; is ſum, inquit, qui grauiſſimè ex uobis mortis periculo terrear. Hi * ſapient, et ſi grauius quid acciderit, abs te rationẽ reposcent: qui ſi per te liceat, perendino die cum proximis hybernis coniuncti, cõmunem cum reliquis belli caſum ſuſtineãt, * ne reiecti & relegati lõgè ab cæteris, aut ferro, aut fame intereant. Conſurgitur ex concilio: comprehendunt utrunq;

al. contẽtione nõſtra ad

al. ſpe

al. ſapiẽtes ſi gra

al. nec

utrunq;, & orant, ne sua dissensione & pertinacia rem in summũ periculum deducant: facilẽ esse rem, seu maneant, seu proficiscantur, si modò unũ omnes sentiant, ac probent: contrà in dissensione nullam se salutem perspicere. Res disputatione ad mediam noctem perducitur: tandem dat * Cotta permotus manus: superat sentẽtia Sabini: pronunciatur prima luce ituros. consumitur uigilijs reliqua pars noctis, quum sua quisq; miles circunspiceret, quid secum portare posset, quid ex instrumento hybernorũ relinquere cogeretur. Omnia excogitantur, quare nec sine periculo maneatur, & languore militum & uigilijs periculum augeatur. Prima luce sic ex castris proficiscuntur, ut quibus esset persuasum, nõ ab hoste, sed ab homine amicißimo Ambiorige consilium datum, longißimo agmine, maximisq; * impedimẽtis. At hostes posteaquã ex nocturno fremitu, uigilijsq; de profectione eorum senserunt, collocatis insidijs, bipartitò in syluis opportuno atq; occulto loco, à millibus passuũ circiter duobus Romanorũ aduentum expectabãt. Et cùm se maior pars agminis in magnam conuallem demisisset, ex utraq; parte eius uallis subitò sese ostẽderũt, nouißimosq; premere, & primos prohibere ascensu, atq; iniquißimo nostris loco prælium cõmittere cœperunt. Tum demũ Titurius, uti qui nihil antè * prouidisset, trepidare, et cõcursare, cohortesq; disponere: hæc tamen ipsa timidè, atq; ut eum omnia deficere uiderentur: quod plerunq; his accidere cõsueuit, qui in ipso negocio consilium capere coguntur. At Cotta, qui cogitasset hæc posse in itinere accidere, atque ob eam causam profectionis autor non fuisset, nulla in re communi saluti deerat, & in appellandis cohortandisq; militibus, Impera-

al. Cotta man⁹. p̄motus superiore sententia

al. impedimentis incedũt.

al. præuidisset.

peratoris, & in pugna militis officia præstabat. Cumq; propter longitudinem agminis minus facilè per se omnia obire, & quid quoquo loco faciendũ esset, prouidere possent: iusserũt pronũciari, ut impedimẽta relinquerẽt, atq; in orbem consisterẽt: quod consiliũ, etsi in eiusmodi casu reprehendendum nõ est, tamen incommodè accidit. Nam & nostris militibus spem minuit, & hostes ad pugnandũ alacriores effecit, quòd non sine summo timore & desperatione id factum uidebatur. Præterea accidit, quod fieri necesse erat, ut uulgò milites ab signis discederent, quæq; quisq; eorum charissima haberet, ab impedimentis petere atque arripere properaret, & clamore ac fletu omnia complerentur. At barbaris consilium non defuit: nam duces eorũ tota acie pronunciari iusserunt, ne quis ab loco discederet: illorum esse prædam, atq; illis reseruari, quæcunq; Romani reliquissent: proinde omnia in uictoria posita existimarẽt. Erant & uirtute & * numero pugnandi pares nostri: tametsi à duce & à fortuna deserebantur, tamen omnem spem salutis in uirtute ponebant: & quoties quæque cohors procurrerat, ab ea parte magnus hostiũ numerus cadebat. Quare animaduersa, Ambiorix pronunciari iubet, ut procul tela conijciãt, neu propius accedant: & quam in partem Romani impetum fecerint, cedant (leuitate armorum, & quotidiana exercitatione nihil his noceri posse) rursus se ad signa recipientes, insequantur. Quo præcepto ab his diligentissimè obseruato, cùm quæpiã cohors ex orbe excesserat, atq; impetũ fecerat, hostes uelocissimè refugiebant. Interim eam partẽ nudari necesse erat, & ab latere aperto tela recipi. Rursus quũ in eum locũ unde erant egressi, reuerti cœperant: & ab ijs

18 al. animo

ab ijs qui cesserãt, & ab ijs qui proximi steterant, circuns ueniebantur. Sin autem locum tenere uellent, neq; uirtuti locus relinquebatur, neq; à tanta multitudine coniecta tela * à cõfertis uitare poterant: tamẽ * tũ multis incõmodis conflictati, multis uulneribus acceptis resistebant, & magna parte diei consumpta, quum à prima luce ad horam octauam pugnaretur, nihil quod ipsis esset indignũ, committebant. Tum T. Baluentio, qui superiore anno primum pilum duxerat, uiro forti, & magnæ autoritatis, utrunq; femur tragula traijcitur. Qu. Lucanius eiusdem ordinis fortißimè pugnãs, dum circũuento filio subuenit, interficitur. L. Cotta legatus omnes cohortes ordinesq; adhortans, in aduersum os funda uulneratur. His rebus permotus Qu. Titurius, quũ procul Ambiorigem suos cohortantem conspexisset, interpretem suum Cn. Pompeium ad eum mittit rogatum, ut sibi militibusq; parcat. Ille appellatus respondit, si uelit secum colloqui, licere: sperare à multitudine impetrari posse, quod ad militũ salutẽ pertineat, ipsi uerò nihil nocitum iri: inq; eam rem se suamq; fidem interponere. Ille cum Cotta saucio cõmunicat, si uideatur, pugna ut excedant, & cum Ambiorige unà colloquantur: sperare se ab eo suam ac militum salutem impetrari posse. Cotta se ad armatũ hostem iturum negat: atq; in eo perseuerat. Sabinus quos in præsentia tribunos militum circum se habebat, & primorũ ordinum centuriones, se sequi iubet: & quũ propius Ambiorigem acceßisset, iussus arma abijcere, imperata facit, suisq; ut idem faciant, imperat. Interim dum de cõditionibus inter se agũt, longiorq; cõsultò ab Ambiorige instituitur sermo, paulatim circunuentus interficitur. Tũ uerò suo more uictoriã

al. conferti
al. tot is com.
19

con-

conclamãt, atq; ululatum tollunt: impetuq́; in nostros facto, ordines perturbãt. Ibi L. Cotta pugnans interficitur cũ maxima parte militũ: reliqui se in castra recipiunt, unde erãt egreßi: ex quibus L. Petrosidius aquilifer, cùm magna multitudine hostium premeretur, aquilã intra uallum proiecit: ipse pro castris fortißimè pugnãs, occiditur. Alij ægrè ad noctem oppugnationẽ sustinent: noctu ad unum omnes, desperata salute, seipsos interficiũt. Pauci ex prælio elapsi, incertis itineribus per syluas ad T. Labienũ legatum in hyberna perueniũt, atq; eum de rebus gestis certiorẽ faciunt.* Hac uictoria sublatus Ambiorix, statim cũ equitatu in Aduaticos, qui erant eius regno finitimi, proficiscitur: neq; diem, neq; noctem intermittit, peditatumq́; se subsequi iubet. Re demonstrata, Aduaticisq́; concitatis, postero die in Neruios peruenit, hortaturq́;, ne sui in perpetuum liberandi, atq; ulciscendi Rom. pro his quas acceperint iniurijs, occasionẽ dimittant. Interfectos esse legatos duos, magnamq́; partẽ exercitus interisse demõstrat: nihil esse negotij, subitò oppressam legionẽ, quæ cũ Cicerone hyemet, interfici:* se ad eã rem profitetur adiutorẽ. Facilè hac oratione Neruijs persuadet. Itaq; confestim dimißis nuncijs ad Centrones, Gruidos, Leuacos, Pleumosios, Gordunos, qui omnes sub eorum imperio sunt, quàm maximas manus possunt, cogũt: & de improuiso ad Ciceronis hyberna aduolãt, nondũ ad eũ fama de Titurij morte perlata. Hîc quoq; accidit, quod fuit necesse, ut nõnulli milites, qui lignationis munitionisq́; causa in syluas discessissent, repentino equitũ aduentu interciperentur. His circunuentis, magna manu Eburones, Aduatici, Neruij, atq; horũ omniũ socij et cliẽtes, legionẽ oppugnare incipiũt:

Hoc q̃q

al. seq̃ 20

nostri

nostri celeriter ad arma cõcurrunt, uallũq; conscendunt. Aegrè is dies sustentatur, quòd omnẽ spem hostes in celeritate ponebant: atq; hanc adepti uictoriam, in perpetuũ se fore uictores confidebãt. Mittuntur ad Cæsarem confestim à Cicerone literæ, magnis propositis præmijs, si pertulissent: obsessis omnibus uijs, missi intercipiuntur. Noctu ex ea materia, quã munitionis causa comportauerant, turres CXX. excitantur incredibili celeritate: quæ deesse operi uidebantur, perficiuntur. Hostes postero die multo maioribus copijs coactis, castra oppugnãt, fossam complent: à nostris eadem ratione, qua pridie, resistitur. Hoc idem deinceps reliquis fit diebus: nulla pars nocturni temporis ad laborem intermittitur: nõ ægris, non uulneratis
21 facultas quietis datur. Quæcunq; ad proximi diei oppugnationẽ opus sunt, noctu comparantur. Multæ præustæ
22 sudes, magnus muraliũ pilorũ numerus instituitur, turres cõtabulantur: pinnæ loricæq; ex cratibus attexũtur. Ipse Cicero, quum tenuißima ualetudine esset, ne nocturnum quidem sibi tempus ad quietem relinquebat, ut ultrò militum concursu ac uocibus sibi parcere cogeretur. Tũc duces principesq; Neruiorum, qui aliquem sermonis aditũ causamq; amicitiæ cum Cicerone habebant, colloqui sese uelle dicũt. Facta potestate, eadem quæ Ambiorix cum Titurio egerat, cõmemorant, omnem esse in armis Galliam, Germanos Rhenum transisse, Cæsaris reliquorumq; hyberna oppugnari. Addunt etiam de Sabini morte. Ambiorigẽ* ostentant: fidei faciundæ causa errare eos dicunt, si quicquam ab his præsidij sperent, qui suis rebus diffidant: sese tamen scire, hoc esse in Ciceronẽ pop. q; Rom. animo, ut nihil nisi hyberna recusent, atq; hanc inueteraal. offẽdant fidei faciundę causa: tũ errare

scere

fcere conſuetudinem nolint: licere illis incolumibus per ſe ex hybernis diſcedere, & in quaſcunq; parteis uelint, ſine metu proficiſci. Cicero ad hæc unum modò reſpondit, non eſſe conſuetudinem pop. Rom. ullam accipere ab hoſte armato conditionem: ſi ab armis diſcedere uelint, ſe adiutore utantur, legatosq; ad Cæſarem mittant: ſperare ſe pro eius iuſticia, quæ petierint impetraturos. Ab hac ſpe repulſi Neruij, uallo pedũ * quindecim, & foſſa pedũ quindecim, hyberna cingunt. Hæc * ex ſuperiorum annorũ conſuetudine à noſtris cognouerant, & quoſdam de exercitu nacti captiuos, ab his docebantur. Sed nulla his ferramentorum copia, quæ eſſet ad hũc uſum idonea, gladijs ceſpites circuncidere manibus, * ſagulisq; terrã exhaurire * cogebantur. Qua quidem ex re hominum multitudo cognoſci potuit: nam minus horis tribus * decem millia paſſuum in circuitu munitionẽ perfecerunt: reliquisq; diebus turres ad altitudinem ualli, falces, teſtudinesq;, quas ijdem captiui docuerant, parare ac facere cœperunt. Septimo oppugnationis die, maximo coorto uento, feruentes fuſili ex argilla glandes, fundis, & feruefacta iacula in caſas, quæ more Gallico ſtramentis erant tectæ, iácere cœperunt. Hæ celeriter ignem comprehenderũt, & uenti magnitudine in omnem caſtrorum locum diſtulerunt. Hoſtes maximo clamore inſecuti, quaſi parta iam atque explorata uictoria, turres teſtudinesq; agere, & ſcalis uallum aſcendere cœperunt. At tanta militum uirtus, atq; ea præſentia animi fuit, ut cùm undiq; flamma torrerentur, maximaq; telorũ multitudine premerentur, ſuaq; omnia impedimenta, atq; omnes fortunas conflagrare intelligerent: nõ modò demigrandi cauſa de uallo decederet nemo, ſed penè ne reſpicere quidem qui-

al. undeq; ciæ, al. et ſup.

23 al. ſarculisq; (uel) ſarculisq; al. nitebantur. quindecim millium

24

ret quidem quisquã, ac tum omnes acerrimè fortißimeq; pugnarent. Hic dies nostris longè grauißimus fuit: sed tamen hunc habuit euentũ, ut eo die maximus numerus hostium uulneraretur, atq; interficeretur, ut se sub ipso uallo
25 constipauerant, recessumq; primis ultimi nõ dabant. Paulùm quidem intermissa flamma, & quodam loco turri adacta, & cõtingente uallum, tertiæ cohortis centuriones ex eo quo stabant loco, recesserũt, suosq; omneis remouerunt: nutu uocibusq; hostes, si introire uellent, uocare cœperunt: quorum progredi ausus est nemo: tũ ex omni parte lapidibus cõiectis deturbati, turrisq; succensa est. Erant
al. cohorte al. Paulo. & L. Voren°. al. armis al. animis al. fumis in ea* legione fortißimi uiri centuriones, qui iam primis ordinibus appropinquarent, T.* Pulfio, & L. Varenus. ij perpetuas controuersias inter se habebant, uter alteri anteferretur: omnibusq; * annis de loco * simul simultatibus cõtendebãt. Ex ijs Pulfio, quũ acerrimè ad munitiones pugnaretur: Quid dubitas, inquit, Varene? aut quem locum probandæ uirtutis tuæ expectas? Hic dies, hic dies de nostris controuersijs iudicabit. Hæc cùm dixisset, procedit extra munitiones: & quæ pars hostium confertißima uisa
al. irrũpit. est, in eã* erumpit. ne Varenus quidẽ tum uallo sese cõtinet, sed omniũ ueritus existimationẽ, subsequitur. Tũ me-
al. imittit. diocri spacio relicto, Pulfio pilũ in hostes* mittit, atq; unum ex multitudine procurrentem traijcit. quo percusso & exanimato, hunc scutis protegunt hostes, & in illum uniuersi tela conijciunt, neq; dant regrediendi facultatẽ. Transfigitur scutum Pulfioni, & uerutum in baltheo de-
al. huic figitur. Auertit* hic casus uaginã, & gladiũ educere conantis dextrã moratur manũ, impeditumq; hostes circunsistunt. Succurrit inimicus illi Varenus, & laboranti subuenit:

uenit: ad hũc se cõfestim à Pulfione omnis multitudo conuertit.* Illum ueruto transfixũ arbitrantur. Varenus gladio cominus rem gerit, atq; uno interfecto, reliquos paulum propellit: dum cupidius instat, in locũ inferiorẽ deiectus cóncidit. Huic rursus circumuẽto fert subsidium Pulfio: atq; ambo incolumes, cõplurib. interfectis, summa cũ laude sese intra munitiones recipiũt. Sic fortuna in cõtentione & certamine utrũq;* seruauit, ut alter alteri inimicus auxilio salutiq; esset, neq; dijudicari posset, uter utri uirtute anteferendus uideretur. Quanto erat indies grauior atq; asperior oppugnatio, & maximè quòd magna parte militũ cõfecta uulneribus, res ad paucitatẽ defensorum peruenerat: tãto crebriores literæ nuncijq; ad Cæsarem mittebantur, quorũ pars deprehensa in cõspectu nostrorum militũ cum cruciatu necabatur. Erat unus inter Neruios, nomine Vertico, loco natus honesto, qui à prima obsidione ad Ciceronem profugerat, suamq; ei fidem præstiterat:* hic seruo spe libertatis, magnisq; persuadet præmijs, ut literas ad Cæsarẽ deferat. Has ille in iaculo illigatas effert, & Gallus inter Gallos sine ulla suspicione uersatus, ad Cæsarem peruenit: ab eo de periculo Ciceronis legionisq; cognoscit. Cæsar acceptis literis, circiter horã undecimã diei, statim nuncium in Bellouacos ad M. Craß. quæstorẽ mittit, cuius hyberna aberãt ab eo millia passuũ xxv. iubet media nocte legionẽ proficisci, celeriterq; ad se uenire. exit cũ nuncio Crassus. Alterum ad C. Fabium legatum mittit, ut in Atrebatium fines legionem adducat, quà sibi* iter faciendũ sciebat. Scribit Labieno, si Reip. cõmodo facere posset, cũ legione ad fines Neruiorum ueniat. Reliquã partem exercitus, quòd paulò aberat

F. Illic uerò occursat ocyus gladio, cominusq; rẽ gerit Varenus.

al. uersauit.

al. huius 26

27

al. sit iter faciẽdũ. Scri.

longius, nõ putat expectandam: equites circiter quadringentos ex proximis hybernis cogit. Hora circiter tertia ab antecursoribus de Crassi aduentu certior factus, eo die millia passuũ xx * progreditur. Crassum * Samarobrigæ præficit, legionẽq; ei attribuit: quòd ibi impedimẽta exercitus, obsides ciuitatum, literas publicas, frumentumq; omne, quod eò tolerandæ hyemis causa deuexerat, relinquebat. Fabius ut imperatũ erat, nõ ita multũ moratus in itinere, cũ legione occurrit. Labienus interitu Sabini, & cæde cohortium cognita, cùm omnes ad eum Treuirorum copiæ uenissent, ueritus, si ex hybernis fugæ similem profectionẽ fecisset, ut hostium impetũ sustinere non posset, præsertim quos recenti uictoria efferri sciret: literas Cæsari * remittit, quãto cũ periculo legionẽ ex hybernis educturus esset, rem gestam in Eburonibus perscribit: docet, omneis peditatus equitatusq; copias Treuirorum tria millia passuum longè ab suis castris consedisse. Cæsar consilio eius probato, etsi opinione trium legionum deiectus, ad duas redierat: tamen unum cõmunis salutis auxiliũ in celeritate ponebat: uenit magnis itineribus in Neruiorum fines: ibi ex captiuis cognoscit, quæ apud Ciceronem gerantur, quantoq; in periculo res sit: tum cuidã ex equitibus Gallis magnis præmijs persuadet, uti ad Ciceronem epistolam deferat. hanc Græcis conscriptam literis mittit, ne intercepta epistola, nostra ab hostibus consilia cognoscãtur. si adire nõ posit, monet, ut tragulã cum epistola ad amentũ deligata, intra munitiones castrorũ * abijciat. In literis scribit, se cum legionibus profectũ, celeriter affore: hortatur, ut pristinã uirtutem retineat. Gallus periculum ueritus, ut erat præceptum, tragulam mittit: hæc casu

28 Præcedit. Samarobrigæ

al. dimittit.

29 al. adijciat.

casu ad turrim adhæsit, neq; ab nostris biduo animaduersa. Tertia die à quodam milite conspicitur: dempta, ad Ciceronem defertur. Ille perlectam in conuentu militũ recitat, maximáq; omneis lætitia afficit. Tum fumi incendiorum procul uidebantur. quæ res omnem dubitationẽ aduentus legionum expulit. Galli re cognita per exploratores, obsidionem relinquunt, ad Cæsarem omnibus copijs contendunt. Eæ erant armatorũ circiter millia LX. Cicero data facultate, Gallum ab eodem Verticone, quẽ suprà demonstrauimus, repetit, qui literas ad Cæsarem deferat: hunc admonet, iter cautè diligenterq; faciat: perscribit in literis, hostes ab se discessisse, omnemq; ad eum multitudinem cõuertisse. Quibus literis circiter mediã noctẽ Cæsari allatis, suos facit certiores, eosq; ad dimicandũ animo confirmat. Postero die prima luce mouet castra: & circiter millia passuum quatuor progressus, trans uallem magnam, & riuum, hostium multitudinem conspicatur. Erat magni periculi res,* cũ tantis copijs iniquo loco dimicare. Tamen, quoniam liberatum obsidione Ciceronẽ sciebat, æquo animo remittendum de celeritate existimabat. consedit, & quàm æquissimo loco potest, castra communit: atq; hæc, etsi erant exigua per se, uix hominũ millium septem, præsertim nullis cum impedimentis: tamen angustijs uiarũ quàm maximè potest contrahit, eo consilio, ut in summã contemptionem hostibus ueniat. Interim speculatoribus in omneis partes dimissis explorat, quo commodissimè itinere uallẽ transire posset. Eo die paruulis equestribus prælijs ad aquã factis, utriq; se suo loco cõtinẽt: Galli, quòd ampliores copias, quæ nondum cõuenerant, expectabant: Cæsar, si fortè timoris simulatione hostẽis in

al. tãtum Iis copijs

al. ut citra uallem pro

suum locũ elicere posset* citra uallẽ, ut pro castris prælio contenderet: si id efficere non posset, ut exploratis itineribus, minore cum periculo uallem riuumq́; transiret. Prima luce hostiũ equitatus ad castra accedit, præliumq́; cum nostris equitibus cõmittit. Cæsar consultò equites cedere, seq́; in castra recipere iubet: simul ex omnibus partibus castra altiore uallo muniri, portasq́; obstrui, atq; in his administrandis rebus quàm maximè cõcursari, & cũ simulatione agi timoris iubet. Quibus omnibus rebus hostes inuitati, copias traducunt, aciemq́; iniquo loco constituunt: nostris uerò etiam de uallo deductis, propius accedunt, & tela intra munitionẽ ex omnibus partibus conijciunt: præconibusq́; circũmißis, pronunciari iubent, seu

al. quis Romanꝰ

quis Gallus, seu* Romanus uelit ante horam tertiam ad se transire, sine periculo licere: post id tempus non fore potestatem. ac sic nostros cõtempserunt, ut obstructis in speciem portis singulis ordinibus cespitũ, quòd* ea nõ posse introrumpere uidebantur, alij uallũ* manu scindere, alij fossas complere inciperent. Tum Cæsar omnibus portis eruptione facta, equitatuq́; emisso, celeriter hosteis dat in fugam, sic ut omnino pugnandi causa resisteret nemo: magnumq́; ex his numerum occidit, atq; omneis armis exuit. Longius prosequi ueritus, quòd syluæ paludesq́; intercedebant, neq; etiam paruulo detrimento illum locum relinqui uidebat, omnibus suis incolumibus copijs eodem die ad Ciceronẽ peruenit. Institutas turres, testudines, munitionesq́; hostium admiratur. legione producta, cognoscit nõ decimum quenq; esse* relictũ militem sine uulnere. ex his omnibus iudicat rebus, quanto cũ periculo, & quanta cum uirtute sint res administratæ. Ciceronem pro

al. eos non

al. uí con scindere.

al. reliquum

eius

eius merito, legionemq́; collaudat: centuriones sigillatim, tribunosq́; militum appellat, quorum egregiam fuisse uirtutẽ testimonio Ciceronis cognouerat. De casu Sabini & Cottæ certius ex captiuis cognoscit. Postero die concione habita, rẽ gestam proponit,* milites consolatur & cõfirmat: quòd detrimentum culpa & temeritate legati sit acceptum, hoc æquiore animo ferendum docet, quòd beneficio deorum immortalium, & uirtute eorum expiato incõmodo, neq; hostibus diutina lætitia, neq; ipsis longior dolor relinquatur. Interim ad Labienum per Rhemos incredibili celeritate de uictoria Cæsaris fama perfertur, ut cùm ab hybernis Ciceronis millia passuũ* L. abesset, eoq́; post horã IX. diei Cæsar peruenisset, ante mediã noctẽ ad portas castrorum clamor oriretur: quo clamore significatio uictoriæ, gratulatioq́; ab Rhemis Labieno fieret. Hac fama ad Treuiros perlata, Induciomarus, qui postero die castra Labieni oppugnare decreuerat, noctu profugit, copiasq́; omneis in Treuiros reducit. Cæsar Fabium cum legione in sua remittit hyberna: ipse cum tribus legionibus circum Samarobrinam trinis hybernis hyemare constituit: & quòd tanti motus Galliæ extiterant, totam hyemem ipse ad exercitum manere decreuit. Nam illo incommodo de Sabini morte perlato, omnes ferè Galliæ ciuitates de bello consultabant: nuncios, legationesq́; in omneis partes dimittebant, & quid reliqui consilij caperent, atq; unde initium belli fieret, explorabant: nocturnaq́; in locis desertis concilia habebant: neq; ullum ferè totius hyemis tempus interceßit, sine solicitudine Cæsaris, quin aliquem de cõcilijs & motu Gallorũ nuncium acciperet. In his ab L. Roscio* legato, quẽ legioni tertiædecimæ præfecerat,

al. millesq́;

al. XL.

al. LX.

al. quæstore,

certior est factus, magnas Gallorum copias earum ciuitatum quæ Armoricæ appellantur, oppugnandi sui causa cõuenisse, neq; lõgius millib. passuũ octo ab hybernis suis
21. cõstitisse * abfuisse: sed nuncio allato de uictoria Cæsaris, discessisse, adeò ut fugæ similis discessus uideretur. At Cæsar principibus cuiusq; ciuitatis ad se uocatis, alios territãdo, cùm se scire quæ fierẽt, denunciaret, alios cohortando, magnã
30 partem Galliæ in officio tenuit: tamen Senones (quæ est ciuitas imprimis firma, & magnæ inter Gallos autoritatis) Gauarinũ, quem Cæsar apud eos regem cõstituerat, cuius frater Moritasgus aduẽtu in Galliã Cæsaris, cuiusq; maiores regnũ obtinuerant, interficere publico consilio conati, cùm ille præsensisset ac profugisset, usq; ad fines insecuti, regno domoq; expulerunt: & missis ad Cæsarẽ satisfaciendi causa legatis, quum is omnẽ ad se Senatum uenire iussisset, dicto audientes non fuerunt. Tantum apud homines barbaros ualuit, esse repertos aliquos principes belli inferendi, tantamq; omnibus uoluntatum cõmutationem attulit, ut præter Heduos et Rhemos (quos præcipuo semper honore Cæsar habuit, alteros pro uetere ac perpetua erga pop. Rom. fide, alteros pro recentibus belli Gallici officijs) nulla ferè fuerit ciuitas non suspecta nobis. Idq; adeò haud scio mirandúmne sit, cùm cõplurib. alijs de causis,
31 tum maximè, quòd ij qui uirtute belli omnib. gentibus præferebãtur, tantũ se eius opinionis deperdidisse, ut pop. Rom. imperia perferrent, grauissimè dolerent. Treuiri uerò, atq; Induciomarus, totius hyemis nullũ tẽpus intermiserũt, quin trans Rhenũ legatos mitterẽt, ciuitates solicitarent, pecunias pollicerentur: magna parte exercitus nostri interfecta, multo minorẽ superesse dicerẽt partẽ: neq;

tamen

tamen ulli ciuitati Germanorũ persuaderi potuit, ut Rhenum transirent: cùm se bis expertos dicerẽt, Ariouisti bello, & Tenchtherorum transitu, nõ esse fortunam amplius tentaturos. Hac spe lapsus Induciomarus, nihilominus copias cogere, exercere, à finitimis equos parare, exules damnatosq́; tota Gallia magnis præmijs ad se allicere cœpit: ac tantam sibi iam his rebus in Gallia autoritatẽ comparauerat, ut undiq; ad eum legationes cõcurrerent, gratiamq́; atq; amicitiam publicè priuatimq́; peterẽt. Vbi intellexit ultrò ad se ueniri, altera ex parte Senones Carnutesq́; cõscientia facinoris instigari: altera Neruios, Aduaticosq́; bellũ Rom. parare, neq; sibi uoluntariorũ copias defore, si ex finibus suis progredi cœpisset: armatũ concilium indicit. Hoc more Gallorum est initiũ belli, * quo lege cõmuni omnes puberes armati cõuenire* coguntur: & qui ex his nouißimus uenit, in conspectu multitudinis omnibus cruciatibus affectus necatur. In eo concilio Cingetorigẽ, alterius principẽ factionis, generum suũ, quem suprà demonstrauimus Cæsaris secutũ fidẽ, ab eo nõ disceßisse, hostẽ * iudicandũ curat, bonaq́; eius publicat. His rebus confectis, in cõcilio pronũciat, accersitũ se à Senonibus & Carnutibus, alijsq́; compluribus Galliæ ciuitatibus. Huc * iter facturum per fines Rhemorũ, eorumq́; agros populaturũ, ac prius quàm id faciat, castra Labieni oppugnaturum: quæq́; fieri uelit, præcipit. Labienus cùm & loci natura & manu munitißimis castris sese contineret, de suo ac legionis periculo nihil timebat. Sed ne quam occasionem rei bene gerẽdæ dimitteret, cogitabat. Itaq; à Cingetorige atq; eius propinquis oratione Induciomari cognita, quam in cõcilio habuerat, nuncios mittit ad fini-

q lege

al. cõsueuerunt:

al. iudicat.

al. iturũ

timas ciuitates, equitesq; undiq; cõuocat. Iis certum diem cõueniẽdi dicit. Interim prope quotidie cum omni equitatu Induciomarus sub castris eius uagabatur, aliàs ut situm castrorũ cognosceret, aliàs colloquẽdi aut territãdi causa: equites plerunq; omnes tela intra uallum conijciebãt. Labienus suos intra munitiones cõtinebat, timorisq; opinionem quibuscũq; poterat rebus augebat. Cùm maiore indies cõtemptione Induciomarus ad castra accederet, nocte una intromissis equitibus omniũ finitimarũ ciuitatũ, quos accersendos curauerat, tanta diligentia omnes suos custodijs intra castra cõtinuit, ut nulla ratione ea res enũciari aut ad Treuiros perferri posset. Interim ex cõsuetudine quotidiana Induciomarus ad castra accedit, atq; ibi magnã partẽ diei cõsumit. equites tela conijciunt, & magna cõtumelia uerborum nostros ad pugnam euocãt, nullo à nostris dato respõso: ubi uisum est, sub uesperũ dispersi ac dissipati discedũt. Subitò Labienus duabus portis omnem equitatũ emittit, præcipit atq; interdicit, perterritis hostibus, atq; in fugã coniectis (quod fore, sicut accidit, uidebat) omnes unũ peterẽt Induciomarũ: neu quis * quẽque prius uulneret, quàm illum interfectum uidcret: quòd mora reliquorũ, illũ spaciũ nactũ effugere nolebat. Magna proponit ijs qui occiderint, præmia: summittit cohortes equitibus subsidio. Comprobat hominis consilium fortuna: & quum unum omnes peterent, in ipso fluminis uado deprehẽsus Induciomarus interficitur, caputq; eius refertur in castra. Redeuntes equites quos possunt consectantur, atq; occidunt. Hac re cognita, omnes Eburonum & Neruiorum quæ conuenerant copiæ, discedunt: pacatóq; habuit post id factum Cæsar quietiorem Galliam.

* al. quẽquam

IN C.

IN C. IVLII CAESARIS COMMENTARIORVM DE BELLO GALLICO LIbrum V. Henr. Glar. Annotationes.



ANNVS ab Vrbe cõdita hic fuit septingentesimus. Sunt autem in libro, motus Illyrici & Treuirorum, Dumnorigis Hedui mors, Cæsaris profectio in Britanniam, atque illic uariæ pugnæ, Britanniæ descriptio, diuisio exercitus in hyberna, Ambiorigis dolus, Sabini & Cottæ legatorum Romanorum mors, oppugnatio Qu. Ciceronis legati apud Neruios, Cæsaris prælium cum Neruijs, concilia Gallorum, Inducionari Treuiri mors à Labieno illata.

Magis magnos ibi fluctus fieri, &c. 1.

In alijs codicibus legitur, Minus magnos ibi fluctus fieri: atque ea lectio mihi probatur, propter & præcedentia & sequentia, de nauium humilitate uerba. Sed uideat lector, num uerisimile sit, æstum maioris minuere fluctus, ut in Oceano quàm in mari nostro sint minores.

Has omnes actuarias imperat fieri. 2.

Actuariæ naues à celeritate dictæ, quòd facilè agi possunt.

In Illyricum proficiscitur, quod à Pyrustis. 3.

Pyrustæ populi in Illyrico, ut ait Cæsar, & meminit Strabo lib. 7. Ptolemæus Dalmatiæ ascribit. Verùm Dalmatarum, Illyricorum, & Lyburnorum fines ab autoribus non ita certi ponuntur.

Atq; omnes ad portum Iccium. 4.

Ptolemæus Iccium promontorium in Morinis ponit, & Cæsar priore libro de eodem, ut opinor, portu ait, ex Morinis breuissimum esse transitum in Britanniam. Quidam etiam opinantur Caleton oppidum, hodie ditionis Angliæ, esse hunc portum, & Caletos sub Morinorum fuisse imperio. Strabo lib. 4. ait, Iccium portum distare à Britannia stadijs CCCXX. quæ facerent miliaria quadraginta, si octona stadia in mille passus supputabimus.

In syluam Arduennam. 5.

Arduennam syluam Marlianus satis luculenter describit: hodie attingit Leucos & Lotaringiam, comprehenditq; uastum regnum, uulgò Vuestrici: quod tamen potius ab Occidẽte (Germanicè Veft) nomi-

nominatum uidetur. Pertingit ad Lucenburgam, Vbios, Menapios, Neruios. Cæterùm hodie ingentes Abbatias habet, & arces prædonum. Nec est maior hac in tota Gallia sylua.

Quæ in Meldis factæ erant. 6.

Meldæ Meldarum ciuitas est ad Matronam flumen, decem leucis supra Lutetiam. Episcopum habet proprium, uulgò Meauix. Quidam tamen Belgis legunt, non Meldis.

Quæ cum annotinis. 7.

Annotinæ naues sunt, quibus annona uehitur.

Ac belli inferendi causa ex Belgio. 8.

Alij codices ex Belgis habent: quod nõ displicet. quanquam si Belgio legatur, ad eam formam dixisse uideri potest, ut Liuius Samnium pro Samnitiũ regione, ita Belgium pro Belgarũ regione. Verùm pro urbe aliqua in Belgis uidetur paulo inferius accipere, ubi exercitu in hyberna diuiso, tres legiones in Belgio constituisse dicitur. Quippe aliæ legiones etiã in Belgis erant, ut quæ in Neruijs, quæ in Remis, denique quæ in Morinis. Adijcit Marlianus, in Bellouacis esse hoc oppidũ. Atq; ita uidetur accepisse autor octaui libri, in exercitus distributione, & ubi Nemerocennæ meminit. Sunt in Britannia Atrebates, ut in Belgis, & alij etiam populi Gallicis nominibus.

Insula natura triquetra. 9.

Hæc descriptio cum Ptolemaica pictura minimè conuenit, sed satis bene cum nostræ ætatis formulis. Respectum tamen laterum minus largè usurpauit. quod enim latus Occasui obiectum ait, aliquo pacto ita habet: sed quod Septentrionem obiectõ perhibet, id non minus Orienti soli expositum est latus, quàm Septentrioni, nec triangulum aliter quadrato comparabis.

Omnes uerò se Britanni glasto. 10.

Glastum herba est plantagini similis, de qua Plinius lib. 22. capite primo.

At illi intermisso spacio. 11.

Ego de intermisso temporis spacio, non loci, aut campi, intelligendum puto.

Atq; his primis legionum, &c. 12.

Primæ cuiusq; legionis cohortes erant maximæ & reualidæ.

Equestris autem prælij ratio, &c. 13.

Hæc uerba, si id ad priora comparabis, oppidò obscura sunt: neq; scias enim de quibus nam loquatur, Romanis ne, an hostibus, an de utrisq;.

Interim Trinobantes. 14.

Hi apud Ptolemæum, ut existimo, Trinoantes dicuntur, Reliqua hîc

hîc populorum nomina Gallicè existimo kuenman, Sengerer, Anckenlut, Bibrogger, Gasseret.

Concilioq; Gallorum Samarobrinæ. 15.

Samarobrinam Ptolemæus nominat Samarobrigam in Ambrianis ad Phruden fluuium. alij tamen Cameracensem urbem, alij oppidum diui Quintini in prouincia Remensi putant.

Tertiam in Essuos, L. Roscio. 16.

Essui qui certò sint, non planè constat. Cæterùm Armoricis ciuitatibus propinqui ex uerbis Cæsaris intelligũtur paulo pòst, ubi Roscium oppugnare Armoricæ ciuitates constituerant.

Cùm celeriter nostri arma cepissent, uallumq;. 17.

Hic locus Vatuca, siue (ut alij legendum censent) Ratuca dicebatur, in medijs Eburonum finibus, ut postea dicetur lib. 6.

Et numero pugnandi pares nostri. 18.

Sequentia indicant, multo plures hostium fuisse quàm Romanorũ. Ideoq; Lectori examinandum est, quod hîc Cæsar ait, Numero pugnandi pares nostri: num pro Numero, legendum forsitan Animo.

Qui superiore anno primum pilum duxerat. 19.

Primus Centurio, nunc Primipilus appellatur, inquit Liu. lib. 7. ad finem. Prima etiam centuria, primus pilus uocabatur, quomodo Cæsar hîc usus uidetur.

Itaq; confestim dimißis nuncijs ad Centrones. 20.

De horum populorum nominibus nihil aliud cõstat, quàm Neruiorum subditos fuisse. Leuacos autem esse qui hodie Louanienses dicuntur, & alludit uulgata appellatio, quæ ait Louen. Centrones quibusdam Sentron.

Quæcunq; ad proximi diei oppugnationẽ. 21.

Quia Galli oppugnabãt, Romani defendebant, hæc uerba de Gallis dicta uideri poterant: sed secus ostendunt sequẽtia omnia: nisi quis putet aliquid deesse historiæ. Ego itaque omnia de Romanis intelligenda existimo. Nec obstat oppugnationis uerbũ, quippe ad quam non minus Romani separabant, atque hostes, ut sequentia indicant.

Magnus muralium pilorum numerus. 22.

Pila muralia erant hastulæ, quibus pro defendendo muro utebantur in hostes.

Sagulisq;

Sagulisq; terram exhaurire. 23.

Sagulum indumentum erat militare: hoc igitur loco quia corbes deerant, terram in sagulis ferebant.

Decem millia passuum in circuitu. 24.

Alibi legitur, quindecim millium pedum, qui faciunt tria miliaria, siquidem quinos pedes pro passu supputabimus. Sanè libro secundo, Aduaticorum oppidum à Cæsare circumuallatum narratur, haud dubiè longè maius oppidum, quàm hoc Ciceronis castellum: ubi tamen quindecim millium passuum, haud amplius mentio est. Et lib. 7. Alexiæ illam laboriosissimã latissimamq; circumuallationem Cæsar ait fuisse undecim millium passuum. Quare hic locus meritò suspectus est.

Paulùm quidem intermissa. 25.

Hic locus notabilem habet obscuritatem. Nescias enim hostium ne turmam Romanorum flamma contigerit: & si Romanorum, ut uidetur, dubium est, quinam deturbati sint lapidibus.

Has ille in iaculo. 26.

Verisimile est Cæsarem tunc Samarobrinæ fuisse, Crassum autem in Belgio.

Iubet media nocte legionem. 27.

Videnum legendum sit, legiones: duæ enim erant in Belgio. & sequentia eam lectionem exposcunt.

Legionemq; ei attribuit. 28.

Vel duas legiones adduxit Crassus, uel Cæsar antea unam habuit legionem. Duabus enim postea uenit in Neruios, connumerata etiam illa quæ in Morinis fuerat.

Hanc Græcis conscriptam literis. 29.

Libro horum Commentariorum primo Cæsar: In castris (inquit) Heluetiorum tabulæ repertæ sunt literis Græcis confectæ, & ad Cæsarem delatæ. & rursus libro sexto, ubi de Druidum disciplina ac disciplinis: Neque fas esse (inquit) existimant ea literis mandare, quum in reliquis ferè rebus publicis priuatisq; rationibus, Græcis literis utantur. Hic uerò epistolam Cæsar Græcis conscriptam literis, per Gallorum exercitum ad Ciceronem mittit, ne intercepta epistola (inquit) nostra ab hostibus consilia cognoscantur. Quidam excusant, quòd Galli literas quidem Græcas habuerint, quibus Gallicam, hoc est, suam, non autem Græcam scripserint linguam. Atqui Cæsar hîc, non Græca conscripta lingua ait, sed Græcis literis. Quod apertè cum prioribus duobus locis pugnat. Ad quæ ego, ut liberè quæ sentio, dicam, ita respondeo: Tempore Cæsaris mihi non uideri linguam Græcam apud Gallos in ullo fuisse usu, literis tamen Græcis, quibus Gallicam, non Græcam scriberent linguam, utique usos,

uſos, quemadmodum nunc magna Europæ portio Latinis ad ſuam quiſq; linguam pernotandã utuntur. atq; ita intelligendos quos iam diximus locos. Hîc uerò prorſus exiſtimo Cæſarem uerbo Literis uſum pro Lingua: & Quint. Ciceroni nõ characteribus tãtùm Græcis epiſtolam ſcripſiſſe, ſed uerbis etiam Græcis compoſitam. Nam Quint. Ciceronem, Marci fratrem, Græcè ſciſſe, non eſt mirum: ſed ea tempeſtate omnes, qui quidem alicuius erant exiſtimationis, Græcè nouiſſe, ſatis cõſtat. Quod de Maſsilienſibus obijcitur à quibuſdã, nihil probat: poſt Galliam enim domitam, & Romani imperij fatã, tum demum Galli apud Maſsilienſes philoſophari cœperunt, ut egregiè differit Strabo lib. 4. Hoc uerò tempore ignoti erant Maſſilienſes Gallis, maximè Belgis, apud quos Belgas forſitan ne literæ quidem Græcæ ſecus atque apud Celtas & Maſsiliæ uicinos, notæ fuerunt.

Tamen Senones (quæ eſt ciuitas) &c. 30.

Senones, populi ſupra Pariſios, ad Sequanam flumen oppidum incolunt, quod hodie Archiepiſcopatũ habet: cui ſuffraganeus eſt Pariſienſis. A quibus fuêre iſti Senones orti in Ciſalpina Gallia, qui duce Bienno Romã incenderũt, anno ab urbe condita CCCLXV.

Quòd ij qui uirtute belli omnibus, &c. 31.

Hoc etiam ad finem Iugurthini belli teſtatur Salluſtius, Romanos ita habuiſſe, cũ omnibus gentibus pro gloria certare, cum Gallis pro ſalute.

ANNOT. HENR. GLAR. IN LIB. V. FINIS.

C. IVLII CAESARIS COMMENTARIORVM DE BELLO GALLICO, LIB. VI.



VLTIS de causis Cæsar maiorem Galliæ motum expectans, per M. Syllanum, C. Antistiũ Reginũ, T. * Sextiliũ legatos, delectũ habere instituit. Simul ab Cn. Põpeio proconsule petit, quoniã ipse ad Vrbẽ cum imperio Reipub. causa maneret, quos ex Cisalpina Gallia consulis sacramẽto rogauisset, ad signa cõuenire, & ad se proficisci iuberet: magni interesse, etiã in reliquũ tẽpus, ad opinionẽ Galliæ existimãs, tãtas uideri Italiæ facultates, ut si quid esset in bello detrimẽti acceptũ, nõ modò id breui tẽpore sarciri, sed etiã maiorib. adaugeri copijs posset. Quod quũ Põpeius & Reipub. & amicitiæ tribuisset, celeriter confecto per suos delectu, tribus ante exactã hyemẽ et cõstitutis & adductis legionibus, duplicatoq; earũ cohortium numero, quas cũ Qu. Titurio amiserat, et celeritate & copijs docuit, quid populi Romani disciplina atq; opes possent. Interfecto Induciomaro, ut docuimus, ad eius propinquos à Treuiris imperiũ defertur. Illi finitimos Germanos solicitare, & pecuniã polliceri nõ desistunt. cùm ab proximis impetrare nõ possent, ulteriores tentant. inuẽtis nõnullis * ciuitatib. iureiurãdo inter se confirmãt, obsidibusq; * de pecunia cauẽt. Ambiorigẽ sibi societate & fœdere adiungunt. Quibus rebus cognitis, Cæsar quum undiq; bellum parari

al. Sestiũ

z

al. ciuitates al. &

parari uideret, Neruios, Aduaticos ac Menapios, adiunctis cisrhenanis omnibus Germanis, esse in armis: Senones ad imperatum non uenire, & cum Carnutibus finitimisq́; ciuitatibus consilia communicare: à Treuiris Germanos crebris legationib. solicitari: maturius sibi de bello cogitandum putauit. Itaq; nondũ hyeme confecta, proximis quatuor legionibus coactis, de improuiso in fines Neruiorum contendit: & prius quàm illi aut conuenire, aut profugere possent, magno pecoris atq; hominum numero capto, atq; ea præda militibus concessa, uastatisq́; agris, in deditionem uenire, atq; obsides sibi dare coëgit. Eo celeriter cõfecto negotio, rursus legiones in hyberna reduxit. Concilio Galliæ primo uere (ut instituerat) indicto, quũ reliqui præter Senones, Carnutes, Treuirosq́; uenissent: initium belli ac defectionis hoc esse arbitratus, ut omnia postponere uideretur, concilium Lutetiam Parisiorũ transfert (confines erant hi Senonibus, ciuitatemq́; patrũ memoria cõiunxerant, sed ab hoc* cõcilio abfuisse existimabãtur.) Hac re pro suggestu pronũciata, eodẽ die cũ legionibus in Senones proficiscitur, magnisq́; itineribus eò peruenit. Cognito eius aduẽtu, Acco, qui princeps eius consilij fuerat, iubet in oppida multitudinem cõuenire. Conantibus, prius quàm id effici posset, adesse Romanos nunciatur: necessariò sentẽtia desistunt, legatosq́; deprecandi causa ad Cæsarem mittunt. Adeunt per Heduos, quorum antiquitùs erat in fide ciuitas. Libẽter Cæsar, petentibus Heduis, dat ueniã, excusationemq́; accipit, quòd æstiuum tempus instantis belli, nõ quæstionis esse arbitrabatur. Obsidibus imperatis centum, hos Heduis custodiendos tradit. Eódem Carnutes legatos obsidesq́; mittunt, usi

2

3

al. cõcilio eximebant.

deprecatoribus Rhemis, quorũ erant in clientela, eadem ferunt responsa. Peragit concilium Cæsar, equitesq; imperat ciuitatibus. Hac parte Galliæ pacata, totus & mente & animo in bellum Treuirorum & Ambiorigis insistit. Cauarinum cum equitatu Senonũ secum proficisci iubet, ne quis aut ex huius iracundia, aut ex eo, quod metuerat, odio ciuitatis motus existat. His rebus cõstitutis, quòd pro explorato habebat, Ambiorigem prælio nõ esse cõcertaturum, reliqua eius consilia animo circunspiciebat. Erant Menapij propinqui Eburonũ finibus, perpetuis paludibus, syluisq; muniti: qui uni ex Gallia de pace ad Cæsarẽ legatos nũquam miserant: cum ijs esse hospitium Ambiorigi sciebat. Itẽ per Treuiros ueniisse Germanos in amicitiam cognouerat. Hæc prius illi detrahẽda auxilia existimabat, quàm ipsum bello * lacessendũ: ne desperata salute, aut se in Menapios abderet, aut cum transrhenanis cõgredi cogeretur. Hoc inito cõsilio, totius exercitus impedimẽta ad Labienũ in Treuiros mittit, duasq; legiones ad eum proficisci iubet. Ipse cũ legionib. expeditis quinq; in Menapios proficiscitur. Illi nulla coacta manu, loci præsidio freti, in syluas paludesq; cõfugiunt, suaq; eódem cõferunt. Cæsar partitis copijs cum C. Fabio legato, & M. Crasso quæstore, celeriterq; effectis põtibus, adijt tripartitò, ædificia uicosq; incẽdit, magno pecoris atque hominum numero potitur. Quibus rebus coacti Menapij legatos ad eum pacis petendæ causa mittunt. Ille obsidibus acceptis, hostiũ se habiturũ numero cõfirmat, si aut Ambiorigem, aut eius legatos finibus suis recepissent. His confirmatis rebus, Comiũ Atrebatẽ cum equitatu, custodis loco in Menapijs relinquit, ipse in Treuiros proficiscitur. Dũ

al. lacessere: feret:

hæc

hæc à Cæsare geruntur, Treuiri magnis coactis peditatus equitatusq; copijs, Labienum cũ una legione, quæ in eorum finibus hyemauerat, adoriri parabant. Iamq; ab eo non longius bidui uia aberant, quũ duas uenisse legiones * iussu Cæsaris cognoscũt. positis castris ab eis millib. pas suum XV. auxilia Germanorũ expectare constituunt. Labienus hostium cognito cõsilio, sperãs temeritate eorum fore aliquã dimicandi facultatem, quinq; cohortiũ præsidio impedimentis relicto, cum uigintiquinq; cohortibus, magnoq; equitatu, contra hostem proficiscitur, & mille passuum intermisso spacio castra cõmunit. Erat inter Labienum atq; hostem difficili transitu flumen, ripisq; præruptis. Hoc neq; ipse transire habebat in animo, neq; hosteis trãsituros existimabat. Augebatur auxiliorum quotidie spes. loquitur in concilio palàm, quoniam Germani appropinquare dicãtur, sese suas, exercitusq; fortunas in dubium nõ deuocaturũ, & postero die prima luce castra moturum. Celeriter hæc ad hosteis deferuntur, ut ex magno Gallorũ * equitatus numero nõnullos Gallicis rebus fauere natura cogebat. Labienus noctu tribunis militum, primisq; ordinibus conuocatis, quid sui cõsilij sit, proponit: & quò facilius hostibus timoris det suspicionẽ, maiore strepitu & tumultu quàm populi Romani fert consuetudo, castra moueri iubet. His rebus fugæ similem profectionẽ efficit. Hæc quoq; per exploratores ante lucem in tanta propinquitate castrorũ ad hosteis deferuntur. Vix agmẽ nouissimũ extra munitiones processerat, quũ Galli cohortati inter se, ne speratam prædam ex manibus dimitterẽt: longũ esse, perterritis Romanis, Germanorum auxilium expectare: neq; suam pati dignitatem, ut tantis

al. missa

al. equi tum

copijs tam exiguam manum, præsertim fugientẽ, atq; impeditam, adoriri non audeant: flumen transire, & iniquo loco prælium cõmittere nõ dubitant.* Quæ fore suspicatus Labienus, ut omnes citra flumẽ eliceret, eâdem usus simulatione itineris, placidè progrediebatur. Tũ præmissis paulùm impedimentis, atq; in tumulo quodã collocatis: Habetis, inquit, milites quam petistis facultatẽ: hostem ĩpedito atq; iniquo loco tenetis: præstate eandem nobis ducibus uirtutẽ, quam sæpenumerò Imperatori præstitistis:* eũ adesse, & hæc coràm cernere existimate. Simul signa ad hostem conuerti, aciemq; dirigi iubet: & paucis turmis præsidio ad impedimẽta dimissis, reliquos equites ad latera disponit. Celeriter nostri clamore sublato pila in hostẽis* iaciũt. Illi ubi præter spẽ, quos fugere credebãt, infestis signis ad se ire uiderunt, ĩpetum modò ferre non potuerũt, ac primo cõcursu in fugam coniecti, proximas syluas petiuerunt. quos Labienus equitatu cõsectatus, magno numero interfecto, cõpluribus captis, paucis pòst diebus ciuitatẽ recipit. Nam Germani, qui auxilio ueniebant, percepta Treuirorũ fuga, sese domũ* contulerunt. Cũ ijs propinqui Induciomari, qui defectionis autores fuerant, comitati eos, ex ciuitate exceßêre. Cingetorigi, quẽ ab initio permansisse in officio demonstrauimus, principatus atque imperium est traditum. Cæsar postquam ex Menapijs in Treuiros uenit, duabus de causis Rhenum transire cõstituit. Quarũ* erat altera, quòd auxilia contra se Treuiris miserat: altera, ne Ambiorix receptum ad eos haberet. His constitutis rebus, paulùm supra eum locũ, quò antea exercitum traduxerat, facere pontem instituit. Nota atque instituta ratione, magno militum studio, paucis diebus

al. Quæ si fore

al. atq; illum

al. immittunt.

al. receperunt.

al. una erat, &

diebus opus efficitur. Firmo in Treuiris præsidio ad pontem relicto, ne quis ab his subitò motus oriretur, reliquas copias equitatumq; traducit. Vbij, qui antè obsides dederant, atq; in deditionem uenerant, purgandi sui causa ad eum legatos mittũt: qui doceant, neq; ex sua ciuitate auxilia in Treuiros missa, neq; ab se fidem læsam: petunt atq; orãt, ut sibi parcat, ne communi odio Germanorum, innocentes pro nocentibus pœnas pendãt: si amplius obsidum uellet, dare pollicentur. Cognita Cæsar causa, reperit ab Sueuis auxilia missa esse. * Vbiorũ satisfactionẽ accepit, aditus uiasq; in Sueuos perquirit. Interim paucis pòst diebus fit ab Vbijs certior, Sueuos omneis in unũ locum copias cogere, atq; his nationibus quæ sub eorũ sunt imperio, denunciare, ut auxilia peditatus equitatusq; mittant. His cognitis rebus, rem frumentariam prouidet, castris idoneum locum deligit. Vbijs imperat, ut pecora deducãt, suaq; omnia ex agris in oppida conferant: sperans barbaros atq; imperitos homines inopia cibariorũ * adductos, ad * iniquam pugnandi conditionem posse deduci. Mandat, ut crebros exploratores in Sueuos mittant, quæq; apud eos gerantur, cognoscãt. Illi imperata faciunt, & paucis diebus intermißis, referũt Sueuos omnes, posteaquam certiores nuncij de exercitu Romanorum uenerint, cum omnibus suis, sociorumq; copijs quas coẽgissent, penitus ad extremos fines sese recepisse. Syluam esse ibi infinitæ magnitudinis, quæ appellatur Bacenis. hãc longè introrsus pertinere: et pro natiuo muro obiectam, Cheruscos à Sueuis, Sueuosq; à Choruscis, iniurijs incursionibusq; prohibere. ad eius initium syluæ Sueuos aduentum Romanorum expectare constituisse. Quoniam ad hunc locum

al. Vbiorum

al. abductos, aliquam

4

peruentum est, non alienũ esse uidetur de Galliæ, Germaniæq; moribus, et quo differãt eæ nationes inter seſe, proponere. In Gallia non solùm in omnibus ciuitatibus, atq; * pagis partibusq;, sed penè etiã in singulis domib. factionesque sunt: earũq; factionũ sunt principes, qui summã autoritatem eorum iudicio habere existimantur: quorum ad arbitrium iudiciumq;, summa omniũ rerum cõsiliorũq; redeat. Idq; eius rei causa antiquitùs institutum uidetur, ne quis ex plebe contra potentiorem auxilij egeret. Suos enim opprimi quisq;, & circumueniri non patitur: neq;, aliter si faciat, ullam inter suos habet autoritatẽ. Hæc eadem ratio est in summa totius Galliæ: nãq; omnes ciuitates in duas partes diuisæ sunt. Cùm Cæsar in Galliam uenit, alterius factionis principes erant Hedui, alterius Sequani. Ii quum per se minus ualerẽt, quòd summa autoritas antiquitùs erat in Heduis, magnæq; eorũ erant clientelæ: Germanos atq; Arioui stum sibi adiunxerant, eosq; ad se magnis iacturis pollicitationibusq; perduxerant. Prælijs uerò cõpluribus factis secundis, atq; omni nobilitate Heduorũ interfecta, tantũ potentia antecesserant, ut magnã partem clientium ab Heduis ad se traducerent, obsidesq; ab his principum filios acciperent, & publicè iurare cogerent, nihil se contra Sequanos consilij inituros: & partem finitimi agri per uim occupatam possiderent, Galliæq; totius principatum obtinerent. Qua necessitate adductus Diuitiacus, auxilij petendi causa Romam ad Senatũ profectus, infecta re redierat. Aduentu Cæsaris facta commutatione rerũ, obsidibus Heduis redditis, ueteribus clientelis restitutis, nouis per Cæsarem comparatis (quòd ij, qui se ad eorum amicitiam aggregauerant, meliore conditione

al. in omnib. pagis

ditione, atq; imperio æquiore se uti uidebāt) reliquis rebus eorum, gratia dignitateq; amplificata, Sequani principatū dimiserant. In eorū locum Rhemi succesſerāt, quos quòd* adæquari apud Cæsarē gratia* intelligebatur: ij qui propter ueteres inimicitias nullo modo cū Heduis cōiungi poterant, se Rhæmis in clientelam dicabant. Hos illi diligenter tuebantur. ita & nouam, & repentè collectam autoritatem tenebant. Eo tum statu res erat, ut longè principes haberentur Hedui: secūdum locum dignitatis Rhemi obtinerēt. In omni Gallia, eorum hominum qui in aliquo sunt numero atq; honore, genera sunt duo. Nam plebs penè seruorū habetur loco, quæ per se nihil audet, & nulli adhibetur consilio. Plerique cum aut ære alieno, aut magnitudine tributorum, aut iniuria potentiorū premuntur, sese in seruitutem dicant nobilibus. In hos eadem omnia sunt iura, quæ dominis in seruos. Sed de his duobus generibus alterum est Druidum, alterum Equitum. Illi rebus diuinis intersunt, sacrificia publica ac priuata procurant, religiones interpretātur. Ad hos magnus adolescentium numerus disciplinæ causa concurrit, magnoq; ij sunt apud eos honore. Nam ferè de omnibus controuersijs publicis priuatisq; constituunt: & si quod est admissum facinus, si cædes facta, si de hæreditate, de finibus controuersia est, ijdem decernunt, præmia pœnasq; constituunt. Si quis aut priuatus aut publicus eorū decreto non steterit, sacrificijs interdicūt. Hæc pœna apud eos est grauissima. Quibus ita est interdictum, ij numero impiorum ac scelératorum habentur: ab ijs omnes decedunt, aditum eorum, sermonemq; defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant: neq; ijs petentibus ius redditur, neq; honos

al. adæquare
al. intelligebant

ullus cõmunicatur. His autẽ omnibus Druidibus præest unus, qui summam inter eos habet autoritatem. Hoc mortuo, si quis ex reliquis excellit dignitate, succedit: aut si sunt plures pares, suffragio Druidum adlegitur. nonnunquã etiam de principatu armis cõtendunt. Ii certo anni tẽpore in finibus Carnutum, quæ regio totius Galliæ media habetur, cõsidunt in loco consecrato. huc omnes undique qui cõtrouersias habent, cõueniunt, eorumq; iudicijs decretisq; parent. Disciplina in Britannia reperta, atque inde in Galliam translata esse existimatur. Et nunc qui diligentius eam rem cognoscere uolunt, plerunq; illò discẽdi causa proficiscuntur. Druides à bello abesse consueuerunt, neq; tributa unà cum reliquis pendunt: militiæ uacationem, omniumq; rerum habent immunitatẽ. Tãtis excitati præmijs, & sua sponte multi in disciplinam conueniunt, & à propinquis parentibusq; mittuntur. Magnum ibi numerum uersuum ediscere dicũtur. Itaq; nõnulli annos uicenos in disciplina permanent: neq; fas esse existimant ea literis mãdare, quum in reliquis fere rebus, publicis priuatisq; rationib. Græcis literis utãtur. Id mihi duabus de causis instituisse uidentur, quòd neq; in uulgum disciplinam efferri uelint, neq; eos qui discunt, literis confisos, minus memoriæ studere: quod fere pleriscq; accidit, ut præsidio literarum diligentiam in perdiscendo ac memoriam remittant. In primis hoc uolunt persuadere, non interire animas, sed ab alijs post mortem transire ad alios: atq; hoc maximè ad uirtutem excitari putant, metu mortis neglecto. Multa præterea de syderibus, atq; eorũ motu, de mundi ac terrarum magnitudine, de rerum natura, de deorum immortalium ui ac potestate disputant, & iuuentuti

uentuti tradunt. Alterum genus est equitum. Ii, quum est usus, atq; aliquod bellū incidit (quod ante Cæsaris aduentum ferè quotānis accidere solebat, uti aut ipsi iniurias inferrēt, aut illatas propulsarent) omnes in bello uersantur: atq; eorum ut quisq; est genere copijsq; amplissimus, ita plurimos circum se ambactos clientesq; habet. Hanc unā gratiam potentiamq; nouerunt. Natio est omnium Gallorū admodum dedita religionibus: atq; ob eam causam qui sunt affecti grauioribus morbis, quiq; in prælijs periculisq; uersantur, aut pro uictimis homines immolāt, aut se immolaturos uouēt: administrisq; ad ea sacrificia Druidibus utūtur; quòd pro uita hominis, nisi uita hominis reddatur, non posse deorum immortaliū numen placari arbitrantur: publiceq; eiusdem generis habent instituta sacrificia. Alij immani magnitudine simulachra habēt, quorum cōtexta uiminibus membra, uiuis hominibus cōplent: quibus succensis circunuenti flamma exanimantur homines. Supplicia eorum qui in furto, aut latrocinio, aut in aliqua noxa sint cōprehensi, gratiora dijs immortalibus esse arbitrantur. Sed cùm eius generis copia deficit, etiā ad innocentium supplicia descendunt. Deum maximè Mercuriū colunt: huius sunt plurima simulachra. Hunc omnium inuentorem artium ferunt: hunc uiarum atq; itinerum ducem: hunc ad quæstus pecuniæ mercaturasq; habere uim maximam arbitrantur. Post hunc Apollinē, & Martem, & Iouem, & Mineruam. De his eandem ferè, quam reliquæ gentes, habent opinionē. Apollinem morbos depellere: Mineruam operum atque artificiorum initia tradere: Iouem imperium cœlestium tenere: Martē bella * regere. Huic, quū prælio dimicare constituerunt, ea quæ bello ce- al. gere re.

perint, plerunque deuouent: quæ superauerint animalia, capta immolant, reliquasq; res in unum locum conferunt. Multis in ciuitatibus harum rerũ extructos * cumulos locis cõsecratis conspicari licet: neq;* sæpe accidit, ut neglecta quispiam religione, aut capta apud se occultare, aut posita tollere auderet: grauissimumq; ei rei suppliciũ cum cruciatu constitutum est. Galli se omnes à Dite patre prognatos prædicant: idq; à Druidibus proditum dicunt. Ob eam causam spacia omnis temporis, non numero dierũ, sed noctiũ * definiunt: & dies natales, & mensium & annorum initia sic obseruant, ut noctem dies subsequatur. In reliquis uitæ institutis hoc ferè ab reliquis differunt, quòd suos liberos, nisi quũ adoleuerint, ut munus militiæ sustinere possint, palàm ad se adire nõ patiantur: filiumq; in puerili ætate publico in conspectu patris assistere turpe ducunt. Viri quantas pecunias ab uxoribus dotis nomine acceperunt, tantas ex suis bonis æstimatione facta cum dotibus communicant: huius omnis pecuniæ coniunctim ratio habetur, fructusq; seruantur: uter eorum uita superârit, ad eum pars utriusq; cum fructibus superiorũ temporũ peruenit. Viri in uxores, sicuti in liberos, uitæ necisq; habent potestatem. Et quum paterfamiliâs illustriore loco natus decessit, eius propinqui conueniunt, & de morte, si res in suspicionem uenit, de uxoribus in seruilem modum quæstionem habent: & si compertum est, igni atq; omnibus tormentis excruciatas interficiunt. Funera sunt pro cultu Gallorũ magnifica & sumptuosa: omniaq; quæ uiuis cordi fuisse arbitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia: ac paulò supra hanc memoriam serui & clientes, quos ab ijs dilectos esse constabat, iustis funeribus confe-

al. tumulos

al. ut sæpe

al. finiit:

ctis,

ctis, unà cremabantur. Quæ ciuitates commodius suam Rempub. administrare existimantur, habent legibus sancitũ: Si quis quid de Republ. à finitimis rumore aut fama acceperit, uti ad magistratum deferat, neue cum quo alio communicet: quòd sæpe homines temerarios atq; imperitos falsis rumoribus terreri, & ad facinus impelli, & de summis rebus consilium capere cognitũ est. Magistratus quæ uisa sunt, occultant: quæq; * esse ex usu iudicauerint, multitudini prodũt. De Republica nisi per conciliũ loqui non conceditur. Germani multum ab hac consuetudine differunt. nam neque Druidas habent, qui rebus diuinis præsint, neq; sacrificijs student. Deorum numero eos solos ducunt, quos cernunt, & quorum * opibus apertè iuuantur: Solem, & Vulcanum, & Lunam: reliquos ne fama quidem acceperunt. Vita omnis in uenationibus atq; in studijs rei militaris consistit: ab paruulis duriciei ac labori student. Qui diutißimè impuberes permanserũt, maximam inter suos ferunt laudem. Hoc ali staturam, ali hoc uires, neruosq; cõfirmari putant. Intra annum uerò uigesimum fœminæ notitiam habuisse, in turpißimis habent rebus: cuius rei nulla est occultatio, quòd & promiscuè in fluminibus perluuntur, & pellibus aut paruis rhenonum tegumẽtis utuntur, magna corporis parte nuda. Agriculturæ non student, maiorq; pars uictus eorum in lacte & caseo & carne consistit. neq; quisquam agri modum certum aut fineis proprios habet: sed magistratus ac principes in annos singulos gẽtibus cognationibusq; hominum qui unà coierũt, quantum eis, & quo loco uisum est, attribuunt agri, atque anno pòst alio transire cogunt. Eius rei multas afferunt causas: ne assidua consuetudine

al. esse usu

al. operibus

§

capti,

capti, studium belli gerendi agricultura commutent: ne latos fineis parare studeãt, potentioresq; humiliores possessionibus expellant: ne accuratius ad frigora atq; æstus uitandos ædificẽt: ne qua oriatur pecuniæ cupiditas, qua ex re factiones dissensionesq; nascũtur: ut animi æquitate plebem cõtineãt, cùm suas quisq; opes cum potentissimis æquari posse uideat. Ciuitatib. maxima laus est, quàm latissimis circũ se uastatis finibus solitudines habere. Hoc proprium uirtutis existimant, expulsos agris finitimos cedere, neq; quenquam prope se audere consistere. Simul hoc se fore tutiores arbitrantur, repentinæ incursionis timore sublato. Cùm bellum ciuitas aut illatũ defendit, aut infert, magistratus qui ei bello præsint, ut uitæ necisq; habeant potestatem, deliguntur. In pace nullus communis est magistratus, sed principes regionũ atq; pagorũ inter suos ius dicunt, controuersiasq; minuunt. Latrocinia nullam habent infamiam, quæ extra fines cuiusq; ciuitatis fiunt: atq; ea iuuentutis exercendæ ac desidiæ minuendæ causa fieri prædicant. Atque ubi quis ex principibus in cõcilio se dixit ducem fore, *qui sequi uelint, profiteantur: cõsurgũt ij qui & causam & hominẽ probant, suumq; auxilium pollicentur, atque ab multitudine collaudantur, qui ex ijs sequuti non sunt, in desertorum ac proditorum numero ducuntur: omniumq; rerum ijs postea fides derogatur.* Hospites uiolare fas non putant. qui quaq; de causa ad eos uenerunt, ab iniuria prohibẽt, sanctosq; habent: ijs omnium domus patent, uictusq; communicatur. Ac fuit antea tempus, quum Germanos Galli uirtute superarent, & ultrò bella inferrẽt, ac propter hominum multitudinem, agriq; inopiam, trãs Rhenum colonias mitterent. Itaque ea quæ ferti-

al. ut qui

Hospitẽ uiolare

fertilißima ſunt Germaniæ loca circum Herciniam ſyl- 6
uam (quam Eratoſtheni, & quibuſdam Græcis fama no-
tam eſſe uideo, quam illi Orcinam appellant) Volcæ Te- 7
ctoſages occuparunt, atque ibi conſederunt. Quæ gens ad
hoc tempus his ſedibus ſe continet, ſummamq; habet iu-
ſtitiæ & bellicæ laudis opinionem. * Nunc quòd in eadē Nūcq; in
inopia, egeſtate, patientiaq; Germani permanent, eo- patientia
dem uictu & cultu corporis utuntur: Gallis autem * pro- qua
pinquitas, et tranſmarinarum rerum notitia, multa ad co- 8
piā atq; uſus largitur: q paulatim aſſuefacti ſuperari, mul- al. puin
tisq; uicti prælijs, ne ſe quidem ipſi cum illis uirtute com- ciæ pros
parant. Huius Hercimiæ ſyluæ, quæ ſuprà demonſtrata pinqtas.
eſt, latitudo nouem dierum iter expedito patet: non enim 9
aliter finiri poteſt, neque menſuras itinerum nouerunt.
Oritur ab Heluetiorum, & * Nemetum, & Rauracorum Venetū.
finibus, rectaq; fluminis Danubij regione pertinet ad fi-
nes Dacorum & Anartium: hinc ſe flectit ſiniſtrorſus, di- 10
uerſis à flumine regionibus, multarumq; gentium fines 11
propter magnitudinem attingit. Neque quiſquam eſt hu-
ius Germaniæ, qui ſe aut audiſſe, aut adiſſe ad initium eius
ſyluæ dicat, quum dierum iter ſexaginta proceſſerit, aut
quo ex loco oriatur, acceperit. Multa in ea genera fera-
rum naſci conſtat, quæ reliquis in locis uiſa non * ſint: al. ſunt:
ex quibus quæ maximè differant ab cæteris, & memoriæ
prodenda uideantur, hæ ſunt. Eſt bos cerui figura, cuius
à media fronte inter aures unum cornu exiſtit excelſius,
magisq; directum his quæ nobis nota ſunt cornibus: ab
eius ſummo ſicut palmæ ramiq; latè diffunduntur: eadem
eſt fœminæ marisq; natura, eadem forma, magnitudoque
cornuū. Sunt item quæ appellantur Alces. Harum eſt con-
ſimilis

similis capris figura, & uarietas pelliũ, sed magnitudine paulò antecedunt, mutilæq; sunt cornibus, & crura sine nodis articulisq; habent: neq; quietis causa procumbunt, neque si quo afflictæ casu conciderint, erigere sese, * aut subleuare possunt. His sunt arbores pro cubilibus: ad eas se applicant, atq; ita paulùm modò acclinatæ, quietem capiunt: quarum ex uestigijs, quũ est animaduersum à uenatoribus, quò se recipere consueuerint, omnes eo loco aut à radicibus subruunt, aut * abscindunt arbores tantùm, ut summa species earum stantium relinquatur: huc quum se cõsuetudine acclinauerint, infirmas arbores pondere affligunt, atq; unà ipsæ cóncidunt. Tertium genus est eorũ qui Vri appellantur: ij sunt magnitudine paulò infra elephantos, specie & colore & figura tauri. magna uis est eorum, & magna uelocitas: neq; homini, neq; feræ quam conspexerint, parcunt. hos studiosè foueis captos interficiunt. Hoc se labore durant adolescentes, atque hoc genere uenationis exercẽt: & qui plurimos ex his * interfecerunt, relatis in publicum cornibus, quæ sint testimonio, magnã ferunt laudem. Sed assuescere ad homines, & mansuefieri, ne paruuli quidem excepti possunt. Amplitudo cornuum, & figura, & species multũ à nostrorum boum cornibus differt. Hæc studiosè conquisita à labris argento circuncludunt, atque in amplissimis epulis pro poculis utũtur. Cæsar postquam per Vbios exploratores comperit, Sueuos sese in syluas recepisse, inopiam frumenti ueritus (quòd, ut suprà demõstrauimus, minimè omnes Germani agriculturæ student) cõstituit nõ progredi longius: sed ne omnino metum reditus sui barbaris tolleret, atque ut eorum auxilia tardaret, reducto exercitu, partem ultimam

al. ac

al. acclinantur

al. interficiunt,

nam pontis, quæ ripas Vbiorũ contingebat, in longitudinem pedum ducentorũ * rescindit, atq; in extremo põte, turrim tabulatorum quatuor constituit, præsidium q; cohortium duodecim pontis tuendi causa ponit, magnisq; eum locũ munitionibus firmat. Ei loco præsidioq; C. Volcatium Tullũ adolescentẽ præficit: ipse cùm matureſcere frumenta inciperent, ad bellum Ambiorigis profectus, per Arduennam ſyluam (quæ est totius Galliæ maxima, atq; à ripis Rheni, finibusq; Treuirorũ ad Neruios pertinet, millibusq; amplius quingentis in longitudinem patet) L. Minutium Basilium cum omni equitatu præmittit, si quid celeritate itineris, atq; opportunitate tẽporis proficere posſit: monet, ut igneis fieri in castris prohibeat, ne qua eius aduentus procul significatio fiat: seſe confeſtim subsequi dicit. Basilius ut imperatum est, facit: celeriter contracq; omnium opinionem confecto itinere, multos in agris inopinantes deprehendit: eorum indicio ad ipsum Ambiorigem contendit, quo in loco cum paucis equitibus esse dicebatur. Multum cùm in omnibus rebus, tum in re militari fortuna poteſt. nam sicut magno accidit casu, ut in ipsum incautũ atq; etiam imperatum incideret, priusq; eius aduentus ab omnibus uideretur, quàm fama ac nuncijs afferretur: sic magnæ fuit fortunæ, omni militari inſtrumento, quod circum se habebat, erepto, rhedis equisq; comprehenſis ipsum effugere mortem. Sed hoc eò factum eſt, quòd ædificio circumdato ſylua (ut sunt ferè domicilia Gallorum, qui uitandi æstus causa plerunq; ſylvarum ac fluminum petunt propinquitates) comites, familia resq; eius angusto in loco equitũ noſtrorum uim pauliſper ſuſtinuerunt. ijs pugnantibus, illum in equum quidam ex

* al. reſcidit.

suis

ſuis intulit, fugientem ſyluæ texerunt. ſic ad ſubeundũ pẽriculum, & ad uitandum, multum fortuna ualuit. Ambiorix an copias ſuas iudicio non cõduxerit, quòd prælio dimicandum non exiſtimauerit, an tempore excluſus, et repentino equitum aduẽtu prohibitus fuerit, cùm reliquum exercitũ ſubſequi crederet, dubium eſt. Sed certè clàm dimiſſis per agros nuncijs, ſibi quenq; conſulere iußit: quorum pars in Arduennam ſyluam, pars in continentes pa-
13 ludes profugit. Qui proximi Oceano fuerũt, ij in inſulis ſeſe occultauerunt, quas æſtus efficere conſuêrunt. Multi ex ſuis finibus egreßi, ſe ſuaq; omnia alienißimis crediderunt. Catiuulcus rex dimidiæ partis Eburonum, qui unà cum Ambiorige conſilium inierat, ætate iam confectus, cùm laborem aut belli aut fugæ ferre non poſſet, omnibus precibus deteſtatus Ambiorigem, qui eius conſilij autor fuiſſet, taxo, cuius magna in Gallia Germaniaq; co-
14 pia eſt, ſe exanimauit. Segni, Condruſiq;, ex gẽte & numero Germanorũ, qui ſunt inter Eburones Treuirosq;, legatos ad Cæſarem miſerunt, oratum, ne ſe in hoſtium numero duceret, neue omnium Germanorum, qui eſſent citra Rhenum, cauſam eſſe unam iudicaret: nihil ſe de bello cogitaſſe, nulla Ambiorigi auxilia miſiſſe. Cæſar explorata re quæſtione captiuorum, ſi qui ad eos Eburones ex fuga conueniſſent, ad ſe ut reducerent, imperauit. Si ita feciſſent, fines eorum ſe uiolaturũ negauit. Tum copijs in treis
al. Atuatucam parteis diſtributis, impedimenta omniũ legionũ* ad Vatucam contulit. Id caſtelli nomen eſt: hoc ferè eſt in medijs Eburonum finibus, ubi Titurius atq; Aurunculeius hyemandi cauſa conſederant. Hunc cùm reliquis rebus lo-
al. probabat cũ* probaret Cæſar, tum quòd ſuperioris anni munitio-

nes

nes integræ manebãt, ut militum laborẽ subleuaret. Præsidio impedimẽtis legionem XIIII. reliquit, unam ex his tribus, quas proximè cõscriptas ex Italia traduxerat. Ei legioni, castrisq; Qu. Tull. Ciceronem præfecit, ducentosq; equites ei attribuit. Partito exercitu, T. Labienum cum legionibus tribus ad Oceanum uersus in eas parteis, quæ Menapios attingunt, proficisci iubet: C. Trebonium cum pari legionum numero ad eam regionẽ quæ Aduaticis adiacet, depopulandam mittit. Ipse cum reliquis tribus ad flumen * Scaldem, quod influit in Mosam, extremasq; Arduennæ parteis, ire constituit: quò cũ paucis equitibus profectum Ambiorigem audiebat: discedẽs, post diem VII. sese reuersurum confirmat: quam ad diem ei legioni, quæ in præsidio relinquebatur, deberi frumentum sciebat: Labienum, Treboniumq; hortatur, si Reipub. cõmodo facere possint, ad eam diem reuertantur, ut rursus communicato consilio, exploratisq; hostium rationibus, aliud initiũ belli capere possint. Erat, ut suprà demonstrauimus, manus certa nulla, non præsidium, non oppidum, quod se armis defenderet: sed in omneis parteis dispersa multitudo, ubi cuique, aut uallis abdita, aut locus syluestris, aut palus impedita, spem præsidij, aut salutis aliquã afferebat, confederat. * Hæc loca uicinitatibus erant nota, magnamq; res diligentiam requirebat, non in summa exercitus tuẽda (nullum enim poterat, uniuersis perterritis ac dispersis, periculum accidere) sed in singulis militibus conseruandis: quæ tamen ex parte res ad salutem exercitus pertinebat: nam & prædæ cupiditas multos longius euocabat, ac syluæ incertis occultisq; itineribus confertos adire prohibebant. Si negocium confici, stirpemq;

15

al. Ascal dem. Scaldẽ flu.

Nec loca

m homi-

hominum sceleratorum interfici uellet, dimittendæ plures manus, diducendiq; erant milites. Si cõtinere ad signa manipulos uellet (ut instituta ratio, & consuetudo exercitus Romani postulabat) locus ipse erat præsidio barbaris, neq; ex occulto insidiandi, & dispersos circumuenienti singulis deerat audacia: & in eiusmodi difficuldatibus, quantũ diligẽtia prouideri poterat, prouidebatur, ut potius in nocendo aliquid omitteretur (etsi omniũ animi adulciscendum ardebant) quàm cum aliquo detrimento militum noceretur. Cæsar ad finitimas ciuitates nuncios dimittit: omneis euocat spe prædæ ad diripiẽdos Eburones, ut potius in syluis Gallorum uita, quàm legionariorũ pereclitaretur: simul ut magna multitudine circumfusa pro tali facinore, strips, ac nomen ciuitatis tollatur. Magnus undiq; numerus celeriter conuenit. Hæc in omnibus Eburonũ partibus gerebãtur, diesq; appetebat septimus, quẽ ad diem Cæsar ad impedimenta, legionemq; reuerti constituerat. Hîc quantũ in bello fortuna possit, & quantos afferat casus, cognosci potuit: dissipatis ac perterritis hostibus (ut demonstrauimus) manus erat nulla quæ paruã modò timoris causam afferret. Trans Rhenum ad Germanos peruenit fama, diripi Eburones, atq; ultrò omneis ad prædã euocari: cogũt equitũ duo millia Sicãbri, qui sunt proximi Rheno, à quibus receptos ex fuga Tenchtheros, atq; Vsipetes, suprà docuimus: transeunt Rhenum nauibus ratibusq;, xxx. millibus passuum, infra eum locũ ubi pons erat imperfectus, præsidiumq; ab Cæsare relictum, primos Eburonum fines adeunt, multos ex fuga dispersos excipiunt, magno pecoris numero, cuius sunt cupidissimi barbari, potiuntur. Inuitati præda lõgius procedunt, non hos

hos palus in bello, latrocinijsq; natos, non sylvæ morantur: quibus in locis sit Cæsar, ex captiuis quærunt, profectum longius reperiunt, omnemq; exercitū discessisse cognoscūt: atq; unus ex captiuis, Quid uos, inquit, hanc miseram, ac tenuem sectamini prædam, quibus iam licet esse fortunatissimis: tribus horis ad Vatucam uenire potestis. Huc omneis suas fortunas exercitus Romanorum contulit: præsidij tantum est, ut ne murus quidem cingi possit, neq; quisquam egredi extra munitiones audeat. Oblata spe, Germani quam nacti erant prædam in occulto relinquunt, ipsi ad Vatucam cōtendunt, usi eodem duce, cuius hæc indicio cognouerant. Cicero, qui per omneis superiores dies præceptis Cæsaris summa diligentia milites in castris continuisset, ac ne calonem quidem quenquā extra munitionem egredi passus esset: septimo die diffidens Cæsarem de numero dierum fidem seruaturū, quòd longius eum progressum audiebat, neq; ulla de eius reditu fama afferebatur, simul eorum permotus uocibus, qui illius patientiam penè obsessionem appellabant, si quidem ex castris egredi non liceret: nullū eiusmodi casum expectans, quo nouem oppositis legionibus, maximoq; equitatu, dispersis ac penè deletis hostibus, in millibus passuum tribus offendi posset: quinq; cohortes frumentatum in proximas segetes misit, quas inter & castra, unus omnino collis intererat. Complures erāt in castris ex legionibus agri relicti, ex quibus, qui hoc spacio dierum cōualuerant, circiter CCC. sub uexillo unà mittuntur: magna præterea multitudo calonum, magna uis iumentorum, quæ in castris ubsederat, facta potestate sequitur: hoc ipso tempore, & casu Germani equites interueniunt, protinusq;

eodem illo, quo uenerant cursu ab decumana porta in castra irrumpere conãtur: nec prius sunt uisi obiectis ab ea parte syluis, quàm castris appropinquarent, usque eò, ut qui sub uallo tenderent mercatores, recipiendi sui non haberent facultatem. Inopinantes nostri re noua perturbantur, ac uix primum impetũ cohors in statione sustinet: circunfunduntur hostes ex reliquis partibus, si quem aditum reperire possent: ægrè nostri portas tuentur, reliquos aditus locus ipse per se, munitioq; defendit: totis trepidatur castris, atq; alius ex alio causam tumultus quærit: neque quò signa ferantur, neq; quã in partem quisq; conueniat, prouident. Alius iam capta castra pronunciat: alius deleto exercitu atq; Imperatore, uictores barbaros uenisse contendit: pleriq; nouas sibi ex loco religiones fingunt, Cottæq; & Titurij calamitatem, qui in eodem occiderint castello, ante oculos ponunt. Tali timore omnibus perterritis, confirmatur opinio barbaris, ut ex captiuo audierant, nullum esse intus præsidium: perrumpere nituntur, seq; ipsi adhortantur, ne tantam fortunam ex manibus dimittant. Erat æger in præsidio relictus P. Sextius Baculus, qui primũ pilum apud Cæsarem duxerat, cuius mentionẽ superioribus prælijs fecimus, ac diem iam quintũ cibo caruerat. Hic diffisus suæ ac omniũ saluti, inermis ex tabernaculo prodit: uidet imminere hosteis, atq; in summo esse rem discrimine: capit arma à proximis, atq; in porta cõsistit. Sequũtur hunc centuriones eius cohortis, quæ in statione erat. Paulisper prælium unà sustinent: relinquit animus Sextiũ, grauibus acceptis uulneribus deficiens, ægrè per manus tractus seruatur. Hoc spacio interposito, reliqui sese confirmant tantum, ut in munitionibus consistere audeant,

audeant, speciemq; defensorum præbeant. Interim confecta frumentatione, milites nostri clamorẽ exaudiunt, præcurrunt equites, quãto res sit in periculo, cognoscũt. Hic uerò nulla munitio est, quæ perterritos recipiat: modò cõscripti, atq; usus militaris imperiti, ad tribunum militum, centurionesq; ora cõuertunt: quid ab his præcipiatur, expectant. Nemo est tam fortis, qui non rei nouitate perturbetur. Barbari signa procul conspicati, ab oppugnatione desistunt, redisse primò legiones credunt, quas longius discessisse ex captiuis cognouerant. Postea despecta paucitate, ex omnibus partibus impetum faciunt: calones in proximum tumulũ procurrunt, hinc celeriter deiecti se in signa manipulosq; cõijciunt. Eò magis timidos perterrent milites. Alij cuneo facto, ut celeriter perrumpãt, censent, quoniam tam propinqua sint castra: & si pars aliqua circumuenta ceciderit, at reliquos seruari posse confidunt. Alij ut in iugo consistant, atque eundem omnes ferant casum. Hoc ueteres nõ probãt milites, quos sub uexillo unà profectos docuimus: itaq; inter se cohortati, duce C. Trebonio equite Romano, qui eis erat præpositus, per medios hostes perrũpunt, incolumesq; ad unũ in castra perueniũt omnes: hos subsecuti calones equitesq; eodem impetu, militum uirtute seruantur. At ij qui in iugo constiterant, nullo etiam nunc usu rei militaris percepto, neq; in eo quod probauerãt, consilio permanere, ut se loco superiore defenderent, neq; eam quã profuisse alijs uim celeritatemq; uiderant, imitari potuerunt: sed se in castra recipere conati, iniquũ in locum dimiserũt. Centuriones, quorum nonnulli ex inferioribus ordinibus reliquarũ legionum causa uirtutis in superiores erãt ordines huius legio

uis traducti, ne antè partam rei militaris laudem amitterent, fortissimè pugnantes conciderunt: militum pars horum uirtute summotis hostibus præter spem incolumis in castra peruenit: pars à barbaris circumuenta perijt. Germani desperata expugnatione castrorũ, quòd nostros iam constitisse in munitionibus uidebant, cum ea præda quam in syluis deposuerant, trans Rhenũ se receperunt: ac tantus fuit etiã post discessum hostiũ terror, ut ea nocte, quum
in castra C. Volusenus missus cum equitatu * ad castra ueniſſet, fidem nõ haberet, adesse cum incolumi Cæsarem exercitu. Si omniũ animos timor præoccupauerat, ut penè alienata mente deletis omnibus copijs equitatũ se ex fuga recepisse dicerẽt, neq; incolumi exercitu Germanos castra oppugnaturos fuisse contenderẽt: quẽ timorem Cæsaris aduentus sustulit. Reuersus ille, euentus belli non ignarus, unum quòd cohortes ex statione & præsidio essent emissæ quæstus, ne minimo quidem casu locum relinqui debuisse, multum fortunã in repentino hostium aduentu potuisse, iudicauit: multo etiam amplius, quòd penè ab ipso uallo, portisq; castrorum barbaros auertissent. Quarum omniũ rerum maximè admirandum uidebatur, quòd Germani qui eo consilio Rhenum transierant, ut Ambiorigis fines depopularentur, ad castra Romanorum delati, optatissimum Ambiorigi beneficium obtulerant. Cæsar ad uexandos rursus hostes profectus, magno coactu numero ex finitimis ciuitatibus, in omneis partes dimittit: omnes uici atq; omnia ædificia, quæ quisq; conspexerat, incendebantur: præda ex omnibus locis agebatur: frumẽta nõ solùm à tanta multitudine iumentorum atq; hominum consumebantur, sed etiam anni tempore atq; imbribus procubue-

rant,

rant, ut si qui etiam in præsentia se occultassent, tamen ijs deducto exercitu rerum omniũ inopia pereundum uideretur: ac sæpe in eum locum uentum est, tanto in omneis parteis diuiso equitatu, ut non modò uisum ab se, Ambiorigem in fuga conspexisse dicerẽt captiui, sed ne planè etiam abisse ex conspectu contenderent, ut spe consequendi illata, atq; infinito labore suscepto, qui se summã à Cæsare gratiam inituros putarent, penè naturam studio uincerent, semperq; paulum ad summam felicitatem debuisse uideretur: atq; ille latebris, aut syluis, aut saltibus se eripe ret, & noctu occultatus, alias regiones parteisq; peteret, non maiore equitum præsidio, quàm quatuor, quibus solis uitam suam cõmitere audebat. Tali modo uastatis regionibus, exercitum Cæsar duarum cohortiũ damno Durocortum Rhemorum deducit: concilioq; in eum locum Galliæ indicto, de coniuratione Senonum & Carnutum quæstionem habere instituit: & de Accone, qui princeps eius consilij fuerat, grauiore sententia pronunciata, more maiorum supplicium sumpsit. Nonnulli iudicium ueriti profugerunt: quibus quum aqua atq; igni interdixisset, duas legiones ad fineis Treuirorũ, duas in Lingonibus, et reliquas in Senonum finibus Agendici in hybernis collocauit, frumentoq; exercitui prouiso, ut instituerat, in Italiam ad conuentus agendos profectus est.

IN C. IVLII CAESARIS COMMENTARIORVM DE BELLO GALLICO LIBRVM VI. Henr. Glar. Annotationes.



Hic est annus ab urbe condita DCCI. Cos. Cn. Domitio Caluisio, et M. Val. Messala. Continentur autem in hoc libro hæc ordine: Bellum in Neruijs, Senonibus, Carnutibus & Menapijs per ipsum Cæsarem, & in Treuiris per T. Labienum gestum. Deinde ut Cæsar in Germaniam ad Vbios profectus sit. Tum mores Gallorum & Germanorum. Syluæ & bestiæ in Germania describuntur, & ut Cæsar persecutus sit Ambiorigem, ac Eburones diripuerit. Continetur & oppugnatio præsidij Romani in Ratuca oppido Eburonum, ubi priore anno Sabinus & Cotta hyberna habuerant: quæ quidem oppugnatio facta fuit per Sicambros Germanos.

Duplicatoq; earum cohortium numero. 1.

Tres legiones triginta habebant cohortes. Titurius autem quindecim amiserat: duplicatus igitur hic amissarum est cohortium numerus per tres legiones. Quare nunc decem legionibus pugnat Cæsar.

Adiunctis cisrhenanis. 2.

In littore Gallico Germani occupauerunt multam regionem, ut ex secundo lib. patet, & in Ptolemaica item descriptione.

Concilium Lutetiam Parisiorum. 3.

Parisij ad confluentem Matronæ & Sequanæ urbem habent Lutetiam, 4. millibus passuum ab eodem confluente, quæ hodie eius regionis metropolis est.

Syluam esse ibi infinitæ magnitudinis. 4.

De Bacenj sylua rectè sentit nostra ætas, quæ eam putat esse, quæ hodie uulgò Nigra dicitur, ab qua Bacenis plus mille & centum stadijs distat. Id autem quomodo ex ipso Cæsare quis certò deprehendere queat, etiam atq; etiam Lectori considerandum est. Et primùm quidem Vbiorum situs tempore Cæsaris notandus est: quem constat fuisse tum sub Treuiris rectà ad Rhenum, in Germania tamen. Deinde rectà ad Orientem & Septentrionem, Sueuos in Germania sedes habuisse, ut antè dictum est. An autem tempore Cæsaris Rhenum attigerint

rint Sueui, quod Strabo ac Ptolemæus scribunt, uehementer dubito. Certè ex Cæsare satis patet. Bacenis igitur sylua hodie Turingica dicitur, siue Harto Saxonicus, quidam etiam Picearíam uocant syluam, quæ tamen Hercyniæ sit uelut ramus aut cornu, ut nostra ætate quidam scripserunt. Cherusci autem ad Albim fluuium sunt. Quidã ad confluentem Salæ & Albis urbem eos (cuius etiamnum manet nomẽ Cerbst) habuisse tradunt.

Agriculturæ non student. 5.

Non admodum conuenit hoc cum ijs quæ ab initio libri 4. de Sueuis scribit Cæsar, his uerbis: Sic neq; agricultura, neq; ratio atq; usus belli intermittitur.

Circum Hercyniam syluam. 6.

Hercyniæ syluæ optimi maximi quiq; autores, cùm Latini, tum Græci meminêre. Pomponius Mela, qui eadẽ ferè cum Cæsare disserit. Strabo libro septimo aliquantum diuersa. Plinius item multis in locis. Eius quum sint haud dubiè lata cornua, & uarij tractus, ipsa tamen intra Germaniam, quod ad Occasum & Meridiem attinet, continetur. Ideoq; Arduennam syluam ut illius partem neutiquã annumerauerim, quod quidam nostra ætate temerè, meo quidem iudicio, fecêre. Vix etiam Bacenim eius existimem partem. At Bohemiæ syluas, & quæ inde in Sarmatas inter Orientem ac Septentrionem sequuntur, sanè connumerauerim. Nam & Ptolemæus Marcomannis uicinam statuit Hercyniam, etiamsi is quẽ Cæsar hic describit, tractum in multas secauerit partes, nempe in Eremũ Heluetiorũ, Gabretam syluam, Lunæ syluam ac Orciniam. At Semanam syluam, Abnobios montes, ac Melibocum nimis remotos puto. Sudetas fortassis admisero montes. Ex uerbis aũt Cæsaris planè patet, quàm latè olim longeq; patuerit. Caput enim eius quæ à resina nomen habet, Hartzuuald. Hartz enim uocant resinam & Galli & Germani. Nunc uulgô corrupto natiuo uocabulo Schuuartzuuald appellitãt, quasi dicas Nigram syluam. Apud Ammianum, & post eum autores aliquot, sylua Hartiana dicitur, quanquã Hartziana scribi oportebat: quod nomen aliquis sciolus, ac Germanicæ Gallicæq; linguæ ignarus, ut Latinè quid sonaret, in Martianum temerè mutauit: nisi (quod & ipsum fieri potuit) quis existimet, cùm Romanis interrogantibus eius syluæ nomen responsum esset Hartzuuald, relicta uoce Vuald, quæ syluam significat, ad alterum uerbum, quod resinam significat, Romanos animum intendisse, ac Hars pro Hartz scripsisse. Deinde, uel ut in ipsorum quoq; lingua aliquid tinniret, uel literarũ M ac H uicinitate ex Hars factum esse Mars, ac inde Martianum ꝓ Hartzianum increbuisse apud indoctos. Illud opinor nemini dubium, nomen esse Germanicum Gallicũq;, non Romanum. Ideoq; ego ubique apud Ammianum cæterosq;, qui eius meminerunt, Hartzianam legendum existimo, non Martianam: huius autem Hartzianæ syluæ

partem existimo, ut iam diximus, Heluetiorum Eremum à Rheno ad Nicrum usque amnem. Cornelius autem Tacitus, inter Hercyniam (inquit) syluam Rhenumq; & Mœnim amnes Heluetij ulteriora Boij, Gallica utraque gens tenuêre. Quæ uerba, si ad amussim discusseris, inuenies Cornelio neque regionem, ubi hodie Vuirtenbergensis ducatus est, neque quæ ad Danubij ortum est, inter Heluetios & Nicrum amnem, satis notam fuisse. Nam Heluetios omnia inter Rhenum ac Mœnim amnes tenuisse, mihi nõ fit uerisimile, sed à Rheno ad Nicrum amnem, quæ hodie non pœnitenda est natio, id enim uerò satis uerisimile fuerit. Verùm ut Lectorem magis excitem, quis hæc Taciti uerba intelligit: Inter Hercyniam syluam, Rhenumq; & Mœnim amnes. Quum totum spacium inter Rhenum & Mœnim occupet Hercynia sylua, secundum Cæsaris descriptionem, cui nõ paulò plus quàm Cornelio fidei tribuo. Nisi intelligamus, quæ hodie Nigra sylua dicitur secundum Rhenum, eam solam à Cornelio dici Hercyniam. Sic enim inter eum Rhenumq; & Mœnim amnes natio immensa intelligeretur, ipsa Heluetiorum etiam regione longè maior. Cõtineret enim quicquid terræ est inter Schaffhusiam Noricam urbem, Brebipolim ac Heydelbergam. Verùm neque Hercyniam ita à Cornelio accipi puto, neque unquam Heluetios tantum terræ possedisse. Nisi quis obijciat, tempore illo omnia uastata fuisse à Rheno, urbem usque Noricam, itaque Heluetios uerè Eremum possedisse, ac deinde Boios ulteriora eiusdem loci occupasse, ubi hodie Boemia est. Lector quod uolet, sequatur. Ego planè in ea sum opinione, Romanos scriptores in omnibus hisce locis describendis sæpe uulgi famam sequutos, ac incomperta pro compertis, quemadmodũ de remotissimis regionibus temerè mentiendo fieri solet, tradidisse. Vt quid enim Cornelius nec lacus Acronij, nec cataractarum: Rheni meminit, nisi quia non nouit. Certè ipse Tacitus, quantumuis tacitus, imò loquacissimus autor, ut eum Tertullianus uocat, haudquaquam taciturus fuerat, ut mea fert opinio, si ea comperta habuisset. Idem ille quàm frigidè Rheni, quàm frigidè Danubij fonteis, quàm deinde longè frigidius ipsorum fluuiorum tractus describit: quod luculentũ argumentum est, ea illi neutiquam fuisse nota. Eremum igitur Heluetiorum, quicquid dicat Tacitus, inter Rhenum ac Nicrũ amnes fuisse puto. Sed hæc de Eremo Heluetiorũ ac sylua Hartziana. Scio quosdam esse, qui sedium mutationes apud Cornelium ita intelligerent, quasi Galli prorsus relicta sua terra sedes mutauerint. Sed hi uerbis Cæsaris quib. Cornelius innititur, facilè conuincuntur. Cæsar enim ubi de hac quam Cornelius hic repetit, habitationũ mutatione differrit ait, Virtute Gallorum factum, ut trans Rhenum colonias mitterent: ac continuò Volcarum Tectosegum exemplum subiungit. Vnde Cornelius simile exemplum adducturus, Heluetios ac Boios idem fecisse commemorat. Quis enim crederet, Heluetios sua (quæ, ut autor est Cæsar, melior erat) relicta terra, inuastitatem illam ac ingentem solitudinem totos migrare uoluisse; At colonias duxisse satis

satis uerisimile fuerit: sicut contrà & priorib⁹ & posterioribus seculis Germanos in Gallias quoq; dnxisse constat. Hercynia Romanis aspiratur, sic apud Græcos in emendatioribus saltē codicibus, & sanè Germanicus Gallicusq; sermo aspirationē postulat. Eratosthenes quartā uocalē Orciniam prima syllaba notasse uidetur: quod in Strabone per secundā, ut Latinis, scriptū reperias. At Gallorū Germanorūq; per primā uocalē Harz uocat Resinā, nisi quòd Germanorum quā crassius Hortz, per quartā Latinorū uocalē. Vnde Eratosthenes Occyniam fortassis mutauit. Ac Hertz per secundā uocalem Gallis Germanisq; cor significat. Qui ergo Hartzianā syluā scripserunt, melius Germanicā linguā expresserunt, quàm qui Hercyniā. Græcis q. dē ac Latinis parū curæ fuit nostra lingua, quam illi, maximē tamen Romani (adeò Gallorū uirtutem oderant) quasi data opera opprimere conati sunt. Quorū em̄ quot quot nomen uel urbis uel fluuij, uel populorū etiam, quod uerè Germanicū Galli⁹ umue dicere queas, apud Geographos reperias. Cui autem dubiū, Germanicis Gallicisq; locis, Germanica Gallicaq; fuisse nomina. Plinius ingens antiquitatis amator, mirē Gallicā linguā suspexisse uidetur: nēpe qua olim maior Occidentis pars locuta est: præterea tota Gallia Cisalpina, in qua ipse natus erat. Sed dij boni, quàm corruptè apud eō legūtur nomina, ut aut Delio notatore, aut Oedipo aliquo coniectore fæpe opus fuerit, qui ea expiscari uolet. Multa tamen & apud hunc, & apud alios autores Tschudus noster hac ætate feliciter eruit: & erunt, ut spero, dum nos idem molientes, ut quod reliquum adhuc eius linguæ apud Heluetios, alios q; Rheni quosdam accolas uerè Gallicæ, uerè antiquæ, suam apud homines existimationē ac majestatem recuperet: cùm hodie triū nationū, Italiæ, Hispaniæ ac Franciæ lingua, fit fragmentū Latinæ linguæ, sed tanto pluris, quanto magis integritati Latinæ linguę appropinquat. Quæ in re Italica hodie Frācię præfertur. Sed de hoc negocio obiter hic. Illud apud me nondū certū, quàm probem illud y in Hercynia, quod multi per i scribūt. Magis hoc etiā mirandū apud Senecā in Medea, eā syllabā pductè legi, in senario:

Lucis Sueui nobiles Hercinei.

Apud Claudianum uerò insignem poetam, correptè, quem fermè ab aliquot seculis nunc imitantur:

— Sublimis in Arcton
Prominet Hercyniæ confinis Rhætia syluæ,
Quæ se Danubij iactat, Rhenique parentem.

Hoc etiam in uerbis Cæsaris notatu dignum, pro Nemetum Altha mero legendum uideri Venetum, ut intelligantur Veneti ad lacum inferiorem Acronio, quem hodie Cellensem nomināt, uiginti millib. passuum plus minus supra maiorem Rheni catarractam. Nomen est

apud

apud Melam, ut suprà de Rheno retulimus. At Lector cogitet, num putet nomen Veneti Lacus notum fuisse Cæsari. Mihi quidem non uidetur, maximè ea causa, quòd Acronij lacus longè maioris quàm Veneti non meminerit. Vnde quidam fuere, Rhætorum pro Nemetum legendum existimarint. Sed ne id quidem nominis Cæsari notum fuisse putat Tschudus, quum nusquam ipse Rhætorum, oblata toties nominandi occasione, maximè libro quarto, ubi Rheni ortum describens, populos commemorat, per quorum fineis Rhenus labatur, ibi in eius supremo Lepontios collocat, deinde Nantuates, per quos forsitan Rhetos intellexit. Nam continuò Heluetios subiungit. Nisi quis eo in loco, ut diximus, Ætuatium legere pro Nantuatium uelit. Quod si concesserimus, certè id nominis etiam hic ponendum censeo. De Danubio, quando eum alij diligenter descripserunt ut ex nauigatione mea didici, hoc unum annotare dignum est ui sum operæ precium. Non temerè esse, quod ueteres autores de monte Arnoba scripserunt, & mihi uehementer suspectum fontem illum, quem hodie in uico Duneschingen ostendunt, cùm duo alia sint flumina multo altiora origine, illo quidem quem ostendunt fonte. Cæterùm unde in hanc uenerim cogitationem, non grauabor dicere. Cùm olim Basileæ publicè Herodotum auditoribus meis prælegerem, admodum admiratus, cur is non uno in loco diceret, apud Celtas oriri Danubium (Istrum ipse nominat) magisq; adeò Arì stotelem, qui in Meteoris ex Pyreneo monte eum labi memorię tradidisset, ex quo Herodotus urbem faceret: ad hæc, quòd Plinius Solinusque Arnobam uocarent eum montem: denique quòd id nomen in Cornelij codicibus toties uariatum reperias. In quibusdam enim Arbonum, in alijs Abnouum legitur. Cœpi ego anxius mecum altiora ea de re cogitare. Succurrebat primùm quod Strabo lib. 1. ex Ephoro tradit, totum Occidentem olim Galliæ appellationem habuisse. Gallos autem esse, qui ipsorum lingua Celtæ appellantur, ut initio horum Commentariorum Cæsar testatur. Ideoq; Herodoti de Celtis opinionem non esse prorsus friuolam, facilè uidebam. Confinium enim ibidem est Germaniæ ac Celtarum. Strabo lib. VII. uocat extremas Germaniæ ab Occasu partes. ἄρχεται μὲν ὑμ (inquit, de Istro loquens) ἀπὸ τῶν γερμανικῶν τῶν ἑσπερίων. Et etiamnum eius regionis lingua mixta est ex Celtica ac Germanica. Nec dubito Heluetiorum nemore totum eum tractum contineri, quem temporibus Strabonis aliqua ex parte Sueui occupauerint. Libro enim IIII. idem autor, post quam iugum, ex quo Ister originem trahit, descripsisset, cõtinuò subiungit: ὄπου δὴ τοῦ ἴστρου πηγαὶ πλησίον σουήβων, καὶ τοῦ ἑρκυνίου δρυμοῦ: id est, ubi Danubij fontes sunt prope Sueuos, & Hercyniam syluam, Aristotelis autem opinionem de Pyrene monte, ne eam quidem absurdam probant uocabula, quæ etiamnum manent altioribus eo, quem hodie ostendunt fonte. Brygem alterum uulgus appellat, alterum Bregen. Regionem Por. Et est

altitudę

altitudo non magnorũ montium (Strabo uocat ῥάχιν μετρίως ὑψηλήν: id est, iugũ mediocriter excelsum) ubi hodie oriuntur duo hæc quæ dixi, flumina. Et quis unquam fontem uocarit inferiorem, ac nõ superiorem potius? Quare ego iusta de causa moueor, ut uel Brygen uel Bregen Danubij fontes credam, & fortasis duos, ut Rheni. Sed si Deus mihi concedet tantũ aliquando ocij, quãdo tã propè habito, tentabo ipse locum uidere, ac certiora lectori ea de re indicare. Interea lector hoc uelut arrabone quietus, uel mecum dubitet: uel quod malim, meliora ipse despiciat.

Volcæ Tectosages occuparunt. 7.

Volcæ apud autores duplices inueniuntur, Arecomici & Tectosages. Sed in his nominibus V & K. uariè leguntur. Nam apud alios Volcas Tectosaces, apud alios Volgas Tectosages reperias. Ego utrunq; nomen Galliæ linguæ existimo, quæ populum Volk nominat: & Tectosages Deck den sack. Ita Arecomicos Herkommẽ, quasi diceres aduentitios siue inquilinos. Meminit horum Plinius lib. 3. de Narbonensi Gallia, & Strab. in 4. Arecomicorum autem septimo lib. postea mentio habebitur.

Gallis autem propinquitas. 8.

Legendum uidetur: Gallis autem Prouinciæ propinquitas, & transmarinarum rerum notitia, &c. ut intelligamus prouinciam Romanorum: de qua ab initio primi libri, ubi de Belgis.

Latitudo nouem dierum. 9.

Latitudo hæc nouẽ dierũ sumi uidetur à Meridie ad Septentrionẽ, hoc est, à Rheni cataracto maiore, ad Mœnũ usq; amnẽ. Longitudo uerò secũdũ Danubiũ intelligit, sexaginta aut multo pl⁹ dierũ itinere.

Ad fines Dacorum. 10.

Daci, populi Danubij, propinqui Sarmatis, Iazigibus, Metauastis & Missis: olim maximè feri, & Romanorum hostes.

Et Anartium. 11.

Anartios Ptolemæus maximè Septentrionales Daciæ facit, iuxta Carpatẽ montẽ & Teutiscos, quod maximè consentaneũ est uerbis Cæsaris. Illinc em̃ sinistrorsum uertitur Hercynia sylua. Porrò mons Carpates Sarmatiã à Dacis summouet, quẽ perperã Carpathũ uulgò uocam⁹: cùm Carpathus sit insula inter Rhodũ & Cretã, unde Carpathiũ mare nomẽ habet. Quanquã haud scio, num quisquã alius Geographorũ præter Ptolemæũ huius Carpatæ mõtis meminerit. Conradus Celtis Carpatum media producta syllaba uocat, fortasis ad insulæ differentiam: quod non fuit necesse, si quidem Græca exemplaria inspexisset. Vbi ὁ καρπάτης τοῦ καρπάτου pro monte, pro insula uerò ἡ καρπάθος τῆς καρπάθου,

Milli-

Millibusq; amplius quingentis. 12.

Priore libro Cæsar ait, ex Eburonibus in Morinos esse millia passuum centum: atqui idipsum hoc spaciũ ex Eburonibus in Morinos multo longius est, quàm sit Arduennæ longitudo, uidelicet ex Treuiris in Neruios. Quo pacto Arduenna millibus passuum amplius quingentis in longitudinem patet, nisi longitudinem pro circuitu exponas: quod haud scio an quisquam ausus sit facere.

In insulis sese occultauerunt. 13.

Videtur hoc de Salandis dicere, quæ insulæ sunt hodie inter Flandriam & Brabantiam in mari Germanico.

Segni, Condrusiq;. 14.

Hic locus quibusdam doctis uiris corruptus uidetur, inter quos eximius uir D. Lãbertus Paschalis, sacri ordinis Carthusian. Prior domus ad confluentem Mosellæ ac Rheni. Legni, inquit, gens intra fines Menapiorum, cuius & Tacitus & Ptolemæus meminerũt. Manet hodie genti nomen & oppido Lena, uel Lenck: in qua gente olim oppidum insigne cladibus Romanorum, dictum Gelduba, cuius adhuc uestigia manent. Hæc ille. Quidam Glatpach hodie dici existimant. Idem Lambertus paulo pòst non Varucam, sed Ratucam legendum putat, uulgò Rhade, oppidum in finibus Eburonum haud procul ab Aquisgrano & Iuliaco. Hæc ille. At quod ad Legnis pro Segnis legendum ex Ptolemæo adducit testimonium, nescio quàm probem. Nam in Belgicæ Galliæ descriptione, quæ D. Lambertus uerba ita legit, Legnorum. Luppia, postea Agrippinensis: Græcus codex ita habet, λεγίωμ λουλπία, quod Bilibaldus uertit, Legio tricesima Vlpia. Nisi forte quis hoc q̃q; in Ptolemæo corruptũ à Græcis existimet.

Ascaldem, quod influit in Mosam. 15.

Hinc undecim legiones numerantur, & duę cohortes (siquidem adhuc duodecim cohortes ad pontis sunt defensionem: nisi quis quæ paulo pòst dicturus est, de pontis custodia, ea de longè ante præterito tempore dici intelligat) cum suprà decem duntaxat sit mentio legionum. Et uide quàm uerum hoc sit, Ascaldem influere

Mosam. neq; enim nostra ætate ex tabulis
hoc uidere licet Geographis.

ANNOT. HENR. GLAR.
IN LIB. VI. FINIS.

C. IV.

C. IVLII CÆSARIS COMMENTARIORVM DE BELLO GALLICO, LIB. VII.



Vieta Gallia, Cæsar, ut cõstituerat, in Italiã ad conuentus peragendos proficiscitur. Ibi cognoscit de P. Clodij cæde, de Senatusq; consulto certior factus; ut omnes Italiæ iuniores cõiurarẽt, delectũ tota prouincia habere instituit. Eæ res in Galliam transalpinam celeriter perferuntur. Addunt ipsi & affingunt rumoribus Galli (quod res poscere uidebatur) retineri urbano motu Cæsarẽ, neq; in tantis dissensionib. ad exercitũ uenire posse. Hac impulsi occasione, qui iam antè se pop. Roman. imperio subiectos dolerent, liberius atq; audacius de bello consilia inire incipiũt. Indictis inter se principes Galliæ consilijs syluestribus ac remotis locis, querũtur de Acconis morte: hunc casum ad ipsos recidere posse demõstrat. Miserantur cõmunem Galliæ fortunã: omnibus pollicitationibus ac præmijs deposcũt, qui belli initium faciant, & sui capitis periculo Galliam in libertatem uindicent. Eius in primis rationem habendam esse dicunt, prius quàm eorum clandestina consilia efferantur, ut Cæsar ab exercitu intercludatur. Id esse facile, quòd neq; legiones, absente Imperatore, audeant ex hybernis egredi, neque Imperator sine præsidio ad legiones peruenire possit. Postremò in acie præstare interfici, quàm non ueterem belli gloriam, libertátemq;, quam à maioribus

maioribus acceperãt, recuperare. Iis rebus agitatis, profitentur Carnutes, se nullũ periculum cõmunis salutis causa recusare, principesq; se ex omnibus bellũ facturos pollicentur: et quoniã in præsentia de obsidibus cauere inter se non possent, ne res efferatur, ut iureiurando, ac fide sanciatur, petunt, collatis militaribus signis (quod more eorum grauißima cerimonia continetur) ne facto initio belli à reliquis deserantur. Tunc collaudatis Carnutibus, dato iureiurando ab omnibus, qui aderãt, tempore eius rei constituto, ab concilio disceditur. Vbi ea dies uenit, Carnutes Cotuato, & Conetuduno ducibus, desperatis hominibus Genabum dato signo concurrunt, ciuesq; Rom. qui negociandi causa ibi constiterant (in ijs C. Fusium Cottã honestum equitẽ Rom. qui rei frumentariæ iussu Cæsaris præerat) interficiunt, bonaq; eorum diripiunt. Celeriter ad omneis Galliæ ciuitates fama perfertur. Nã ubi maior atq; illustrior incidit res, clamore per agros, regionesq; hunc significant: * hanc alij deinceps excipiunt, & proximis tradunt, ut tunc accidit. nam quæ Genabi oriente sole gesta essent, ante primam confectam uigiliam in finibus Aruernorum audita sunt: quod spacium est millium passuũ circiter CLX. Simili ratione ibi Vercingetorix Celtilli filius Aruernus, summæ potentiæ adolescens, cuius pater principatum Galliæ totius obtinuerat, & ob eam causam quòd regnum appetebat, ab ciuitate erat interfectus, conuocatis suis clientibus, facilè eos incẽdit. Cognito eius cõsilio, ad arma concurritur: ab Gobanitione patruo suo reliquisq; principibus, qui hanc tentandam fortunã non existimabant, expellitur ex oppido Gergobia: non tamen desistit, atq; in agris habet delectũ egentiũ, ac perdiorũ.

Hac

Hac coacta manu, quoscunq; adit ex ciuitate, in suã sentẽ
tiam perducit. Hortatur, ut communis libertatis causa ar-
ma capiant: magnisq; coactis copijs, aduersarios suos, à
quibus paulo antè erat eiectus, expellit * ex ciuitate: Rex al. de
à suis appellatur: dimittit quoquò uersus legationes: obte-
statur ut in fide maneant. Celeriter sibi Senones, Parisios, 2
Pictones, Cadurcos, Turones, Aulercos, Lemouices, An- 3
des, reliquosq; omneis, qui Oceanũ attingũt, adiũgit. O- 4
mniũ consensu ad eum defertur imperium: qua oblata po- 5
testate, omnibus his ciuitatibus obsides imperat: certũ nu- 6
merum militũ celeriter ad se adduci iubet. Armorũ quan-
tum quæq; ciuitas domi, quodq; ante tempus efficiat, con-
stituit. In primis equitatui studet. Summæ diligentiæ sum-
mam imperij seueritatẽ addit: magnitudine supplicij du-
bitantes cogit. nam maiore commisso delicto, igni atq; o-
mnibus tormentis necat: leuiore de causa, auribus desectis,
aut singulis effossis oculis, domũ remittit: ut sint reliquis
documẽto, & magnitudine pœnæ perterreant alios. His
supplicijs celeriter coacto exercitu, Lucterium Cadurcum
summæ hominem audaciæ cũ parte copiarum in Ruthe- 7
nos mittit: ipse in Bturiges proficiscitur. Eius aduentu Bi- 8
turiges ad Heduos, quorum erant in fide, legatos mittunt
subsidium rogatum, quò facilius hostium copias sustinere
possent. Hedui de cõsilio legatorum, quos Cæsar ad exer-
citũ reliquerat, copias equitatus peditatusq; subsidio Bi-
turigibus mittunt. qui cùm ad flumen Ligerim uenissent,
quod Bituriges ab Heduis diuidit, paucos dies ibi morati,
neq; flumen transire ausi, domum reuertuntur: legatisq;
nostris renuncian', se Biturigum perfidiam ueritos reuer-
tisse: quibus id cõsilij fuisse cognouerint, ut si flumẽ tran-

fissent, una ex parte ipsi, altera Aruerni se circũsisterent. Id eáne de causa, quam legatis pronunciarunt, an perfidia adducti fecerint, quòd nihil nobis constat, non uidetur pro certo esse ponendũ. Bituriges eorum discessu statim se cum Aruernis coniungũt. His rebus in Italiam Cæsari nunciatis, cùm iam ille uirtute Cn. Pompeij urbanas res cõmodiorẽ in statũ peruenisse intelligeret, in Transalpinam Galliam profectus est. Eò cùm ueniſſet, magna difficultate afficiebatur, qua ratione ad exercitum peruenire posset. Nam si legiones in prouinciam accerseret, se absente, in itimere prælio dimicaturas intelligebat: si ipse ad exercitum contenderet, ne ijs quidem, qui eo tempore pacati uiderentur, suam salutẽ rectè committi uidebat. Interim Lucterius Cadurcus in Ruthenos missus, eã ciuitatem Aruernis conciliat. Progressus in Nitiobriges & Gabalos, ab utrisq; obsides accipit: & magna coacta manu, in prouinciam Narbonẽ uersus eruptionem facere contẽdit. Qua re nunciata, Cæsar omnibus consilijs anteuertẽdum existimauit, ut Narbonẽ proficisceretur. Eò cùm uenisset, timẽtes cõfirmat, præsidia in Ruthenis, Prouincialibus, Volcis, Arecomicis, Tolosatibus, circumq; Narbonem, quæ loca erant hostibus finitima, constituit: partem copiarum ex prouincia, supplementumq; quod ex Italia adduxerat, in Heluios, qui fines Aruernorum cõtinguntur, conuenire iubet. His rebus comparatis, represso iam Lucterio, & remoto, quòd intrare intra præsidia periculosum putabat, in Heluios proficiscitur. Etsi mons Gebẽna, qui Aruernos ab Heluijs discludit, durissimo tempore anni, altissima niue iter impediebat: tamen discussa niue sex in altitudine pedum, atq; ita uijs patefactis, * summo mili-

al. sudoꝝ remil.

tum

tum labore, ad fines Aruernorum peruenit: quib. oppressis inopinantibus, quòd se Gebenna ut muro munitos existimabant, ac ne singulari quidem homini unquam eo tempore anni semitæ patuerãt, equitibus imperat, ut quàm latissimè possent, uagentur, & quàm maximũ hostibus terrorẽ inferant. Celeriter hæc fama ac nuncij ad Vercingetorigem perferuntur: quem perterriti omnes Aruerni circunsistunt, atq; obsecrant, ut suis fortunis consulat, neu se ab hostibus diripi patiatur, præsertim cùm uideat omne ad se bellum translatum. quorum ille precibus permotus, castra ex Biturigibus mouet in Aruernos uersus. At Cæsar biduũ in his locis moratus, quòd hæc de Vercingetorige usu uẽtura, opinione* perceperat, per causam supplemẽti, equitatusq; cogendi ab exercitu discedit. Brutũ adolescentẽ his copijs præficit. Hunc monet, ut in omneis parteis equites quàm latissimè peruagentur: daturum se operam, ne longius triduo ab castris absit. His constitutis rebus,* suis inopinantibus, quàm maximis potest itineribus Viennam peruenit: ibi nactus recentem equitatum, quem multis antè diebus eò præmiserat, neq; diurno, neq; nocturno itinere intermisso, per fines Heduorum in Lingones contendit, ubi duæ legiones hyemabãt, ut si quid etiam de sua salute ab Heduis iniretur cõsilij, celeritate præcurreret. Eò cũ peuenisset, ad reliquas legiones mittit: priúsque in unum locũ omneis cogit, quàm de eius aduẽtu Aruernis nũciari posset. Hac re cognita, Vercingetorix rursus in Bituriges exercitũ reducit: atq; inde profectus, Gergobiã Boiorũ oppidũ (quos ibi, Heluetico prælio uictos, Cæsar cõllocauerat, Heduisq; attribuerat) oppugnare instituit. Magnam hæc res Cæsari difficultatem ad consi-

al. præceperat.

al. omittit suis

silium capiendũ afferebat: si reliquam partẽ hyemis uno in loco legiones cõtineret, ne stipẽdiarijs Heduorum expugnatis cuncta Gallia deficeret, quòd nullum in eo amicis præsidium uideretur positum esse: sin maturius ex hybernis educeret, ne ab re frumẽtaria duris subuectionibus laboraret. Præstare uisum est tamen, omneis difficultates perpeti, quàm tanta contumelia accepta, omnium suorum uoluntates alienare. Itaq; cohortatus Heduos de supportando cõmeatu, præmittit ad Boios, qui de suo aduẽtu doceant, hortenturq; ut in fide maneant, atq; hostium impetum magno animo sustineãt. Duabus Agẽdici legionibus atq; impedimẽtis totius exercitus relictis, ad Boios profi-
13 ciscitur. Altero die cùm ad oppidum Senonum Vellaunodunum uenisset, ne quem post se hostem relinqueret, quòd expeditiore re frumẽtaria uteretur, oppugnare instituit. Idq; biduo circumuallauit: tertio die missis ex oppido legatis de deditione, arma conferri, iumenta produci, sexcentos obsides dari iubet. ea qui conficeret, C. Trebonium legatũ relinquit. Ipse ut quamprimùm iter faceret, Genabum Carnutum proficiscitur: qui tunc primùm allato nũcio de oppugnatione Vellaunoduni, cùm longius eam rẽ ductum iri existimarent, præsidium Genabi tuendi causa, quod eò mitterent, comparabant. Huc biduo Cæsar peruenit: et castris ante oppidum positis, diei tempore exclusus, in posterum oppugnationem differt: quæq; ad eam rem usui sint, militibus imperat: & quòd oppidum Genabum pons fluminis Ligeris * cõtingebat, ueritus ne noc-
al. cõtinebat. ex oppido profugerent, duas legiones in armis excubare iubet. Genabenses paulò ante mediam noctem silentio ex oppido egressi, flumẽ transire cœperũt. qua re per explo-

ratores

ratores nunciata, Cæsar legiones quas expeditas esse iusse
rat, portis incensis intromittit, atq; oppido potitur. Per
paucis ex hostium numero desideratis, quin cuncti cape-
rẽtur, quòd pontis atq; itinerũ angustiæ multitudini fu-
gam intercluserant: oppidum diruit, atque incendit: præ-
dam militibus donat: exercitum Ligerim traducit, atq; in
Biturigũ fines peruenit. Vercingetorix ubi de Cæsaris ad-
uentu cognouit, oppugnatione desistit, atq; obuiam Cæsa-
ri proficiscitur. Ille oppidum Biturigum positum in uia 14
Nouiodunũ oppugnare instituerat. Quo ex oppido quum
legati ad eum uenissent oratum, ut sibi ignosceret, suæq;
uitæ consuleret: ut celeritate reliquas res conficeret, qua
pleraq; erat cõsecutus, arma* cõferri, equos produci, ob- al. proferri.
sides dari iubet. Parte iam obsidum tradita, cùm reliqua
administrarẽtur, centurionibus et paucis militibus intro-
missis, qui arma iumentaq; cõquirerẽt, equitatus hostium
procul uisus est, qui agmen Vercingetorigis antecesserat:
quem simulatq; oppidani conspexerunt, atq; in spẽ auxi-
lij uenerunt, clamore sublato arma capere, portas claude-
re, murum complere cœperunt. Centuriones in oppido,
quum ex significatione Gallorum noui aliquid ab ijs iniri
consilij intellexissent, gladijs districtis portas occupaue-
runt, suosq; omneis incolumes receperunt. Cæsar ex ca-
stris equitatum educi iubet, prælium̃q; equestre commit-
tit. laborãtibus iã suis, Germanos equites circiter cccc
submittit, quos ab initio secum habere instituerat. eorum
impetum Galli sustinere non potuerunt: atq; in fugam cõ
iecti, multis amissis, sese ad agmẽ receperũt. Quibus pro-
fligatis, rursus oppidani perterriti, cõprehensos eos, quo-
rum opera plebem cõcitatam existimabant, ad Cæsarem

perduxerũt, seseq; ei dediderunt. Quibus rebus cõfectis, Cæsar ad oppidum Auaricum (quod erat maximum, munitißimumq; in finibus Biturigũ, atq; agri fertilißima regione) profectus est: quòd eo oppido recepto, ciuitatẽ Biturigum se in potestatem redacturum confidebat. Vercingetorix tot continuis incommodis Vellaunoduni, Genabi, Noui@oduni acceptis, suos ad cõcilium conuocat: docet longè alia ratione esse bellum gerendum, atq; antè sit gestum: omnibus modis huic rei studendum, ut pabulatione & commeatu Romani prohibeantur. Id esse facilè, quòd equitatu ipsi abundent, & quòd anni tempore subleuentur: pabulum secari nõ posse, necessariò dispersos hostis ex ædificijs petere, hos omneis quotidie ab equitatib.* deleri posse. Præterea salutis causa, rei familiaris commoda negligenda: uicos atq; ædificia incendi oportere, hoc spacio à Boia quoquò uersus, quò pabulandi causa adire posse uideãtur. Harũ ipsis rerũ copiam suppetere, quòd, quorum in finibus bellum geratur, eorum opibus subleuẽtur. Romanos aut inopiam non laturos, aut magno cum periculo lõgius à castris* progressuros: neq; interesse, ipsosne interficiãt, impedimentisue exuant, quibus amißis bellũ geri non poßit. Præterea oppida incendi oportere, quæ non munitione & loci natura ab omni sint periculo tuta, neu suis sint ad detrectandã militiã receptacula, neu Rom. proposita ad copiam commeatus, prædamq; tollendam. Hæc si grauia aut acerba uideantur, multo illa grauiora æstimari debere, liberos, cõiuges in seruitutẽ abstrahi, ipsos interfici, quæ* sint necesse accidere uictis. Omnium cõsensu hac sentẽtia probata, uno die amplius x x. urbes Biturigum incenduntur. Hoc idem fit in reliquis ciuitatibus.

al. dirípi

al. pceſ-turos:

al. ſit

tatibus. In omnibus partibus incendia conspiciuntur: quæ etsi magno cum dolore omnes ferebant: tamen hoc sibi solatij proponebant, quòd se propè explorata uictoria, celeriter amissa recuperaturos confidebãt. Deliberatur de Auarico in communi concilio, incendi placeret, an defendi. Procumbũt Gallis omnibus ad pedes Bituriges, ne pulcherrimam propè totius Galliæ urbem, quæ et præsidio, & ornamento sit ciuitati, suis manibus succendere cogerentur: facilè se loci natura defensuros dicũt, quòd propè ex omnibus partibus flumine & palude circundata, unũ habeat & perangustum aditum. Datur petentibus uenia, dissuadente primò Vercingetorige, pòst concedente & precibus ipsorum, & misericordia uulgi: defensores idonei oppido deliguntur. Vercingetorix minoribus Cæsarẽ itineribus subsequitur, & locũ castris deligit, paludibus syluisq; munitum, ab Auarico longè millia passuum quindecim: ibi p certos exploratores in singula * dici tempora quæ ad Auaricum gererentur, cognoscebat, et quid fieri uellet imperabat: omneis nostras pabulationes, frumentationesq; obseruabat: dispersosq; quum longius necessariò procederent, adoriebatur, magnoq; incommodo afficiebat: etsi, quantum ratione prouideri poterat, ab nostris occurrebatur, ut incertis tẽporibus, diuersisq; itineribus iretur. Castris ad eam partem oppidi positis, Cæsar quæ intermissa à flumine & palude, aditum (ut suprà diximus) angustum habebat, aggerẽ apparare, uineas agere, turreis duas constituere cœpit: nam circumuallare loci natura prohibebat. De re frumentaria Boios atq; Heduos adhortari non destitit: quorum alteri, quòd nullo studio agebant, non multum adiuuabant: alteri non

* al. dierũ

magnis facultatibus, quòd ciuitas erat exigua & infirma, celeriter quod habuerunt, consumpserũt. Summa difficultate rei frumentariæ affecto exercitu, tenuitate Boiorũ, indiligentia Heduorum, incendijs ædificiorum, usque eò, ut complures dies milites frumento caruerint, & pecore è longinquioribus uicis adacto, extremam famẽ sustentarẽt: nulla tamẽ uox est ab his audita, populi Romani maiestate, & superioribus uictorijs indigna. quinctiam Cæsar quum in opere* singulas legiones appellaret, & si acerbius inopiã ferrent, se dimissurum oppugnationẽ diceret: uniuersi ab eo, ne id faceret, petebãt: sic se cõplureis annos illo imperante meruisse, ut nullã ignominiã acciperent,* nũquam infecta reẽ discederẽt: hoc se ignominiæ laturos loco, si inceptam oppugnationem reliquissent: præstare, omneis perferre acerbitates, quàm non ciuibus Romanis, qui Genabi perfidia Gallorũ interissent, parentarent. Hæc eadem centurionibus tribunisq; militũ mandabant, ut per eos ad Cæsarem deferrentur. Quum iam muro appropinquassent turres, ex captiuis Cæsar cognouit, Vercingetorigẽ cõsumpto pabulo, castra mouisse propius Auaricum: atq; ipsum cum equitatu, expeditisq;, qui inter equites præliari cõsuẽssent, insidiarũ causa eò profectum, quòd nostros postero die pabulatũ uenturos arbitrabatur. Quibus rebus cognitis, media nocte silẽtio profectus, ad hostium castra mane peruenit. Illi celeriter per exploratores aduẽtu Cæsaris cognito, carros impedimẽtaq; sua in arctiores syluas abdiderunt: copias omneis in loco edito atq; aperto instruxerunt. Quare nũciata, Cæsar celeriter sarcinas conferri, arma expediri iussit. Collis erat leniter ab infimo accliui: hunc ex omnibus ferè partibus

al. indulgentia

al. singulos appell.

al. nusq; incepta

tibus palus difficilis atque impedita cingebat, non latior pedibus quinquaginta: hoc se colle, interruptis pontibus, Galli fiducia loci cõtinebant: generatimq; distributi in ciuitates, omnia uada ac saltus eius paludis, certis custodijs obtinebant: sic animo parati, ut si eam paludem Romani perrumpere conarentur, hæsitantes premerẽt ex loco superiore: ut qui propinquitatẽ loci uiderent, paratos propè æquo marte ad dimicandũ existimarent: qui iniquitatem conditionis perspicerent, inani simulatione sese ostentare cognoscerent. Indignantes milites Cæsar, quòd conspectum suum hostes ferre possent, tantulo spacio interiecto, & signum prælij exposcentes, edocet quanto detrimento, & quot uirorũ fortiũ morte necesse esset cõstare uictoriam: quos cùm sic animo paratos uideret, ut nullum pro sua laude periculum recusarẽt, summæ se iniquitatis condemnari debere, nisi eorum uitã sua salute habeat chariorem. Sic milites cõsolatus, eodem die reducit in castra: reliquaq; quæ ad oppugnationẽ oppidi pertinebãt, administrare instituit. Vercingetorix cùm ad suos redisset, proditionis insimulatur, quòd castra propius Rom. mouisset, quòd cum omni equitatu discessisset, quòd sine imperio tãtas copias reliquisset, quòd eius discessu Romani tãta opportunitate & celeritate uenissent: non hæc omnia fortuitu, aut sine cõsilio accidere potuisse: regnum illum Galliæ malle Cæsaris concessu, quàm ipsorum habere beneficio. Tali modo accusatus, ad hæc respondit: Quòd castra mouisset, factum inopia pabuli, etiam ipsis hortantibus: quòd propius Romanos accessisset, persuasum loci opportunitate, qui seipsum munitione defenderet: equitum uerò operam neq; in loco palustri desiderari debuisse, &

al.illis *illic fuisse utilẽ, quò sint profecti: summã imperij se consultò nulli discedentem tradidisse, ne is multitudinis studio ad dimicandum impelleretur: cui rei propter animi mollitiem studere omneis uideret, quòd diutius laborem ferre nõ possent: Romani si casu* interuenerint, fortunæ: al.interuenisset, si alicuius indicio uocati, huic habendam gratiam, quòd & paucitatem eorum ex loco superiore cognoscere, & uirtutem despicere potuerint, qui dimicare non ausi, turpiter se in castra receperint. Imperium se à Cæsare proditione nullum desiderare, quod habere victoria posset, quæ iam esset sibi ac omnibus Gallis explorata. Quinetiam ipsis remittere, si sibi magis honorẽ tribuere, quàm ab se salutem accipere uideantur. Hæc ut intelligatis, inquit, syncerè à me pronunciari, audite Romanos milites. producitq; seruos, quos in pabulatione paucis antè diebus exceperat, & fame, uinculisq; excruciauerat. ij iam antè edocti, quæ interrogati pronunciarent: milites se esse legionarios dicũt, fame & inopia adductos clàm ex castris exisse, si quid frumenti aut pecoris in agris reperire possent: simili omnem exercitum inopia premi, nec iam uires al.cuiq; sufficere* cuiusquã, nec ferre operis laborem posse. Itaq; statuisse Imperatorem, si nihil in oppugnatione oppidi profecisset, triduo exercitum deducere. Hæc, inquit, à me, Vercingetorix, beneficia habetis, quem proditionis insimulatis, cuius opera sine uestro sanguine, tantum exercitum victorem fame penè consumptum uidetis: quẽ turpiter se ex fuga recipientem, ne qua ciuitas suis finibus recipiat, à me prouisum est. Conclamat omnis multitudo, & suo more armis concrepat (quod facere in eo consuerint, cuius orationem approbãt) summũ esse Vercingetorigem

torigem ducem, nec de eius fide dubitandum, nec maiori ratione bellum administrari posse. Statuũt, ut x. millia hominum delecta ex omnibus copijs in oppidum submittantur: nec solis Biturigibus communem salutem committendam censent, quòd * penè in eo, si oppidum retinuissent, summam uictoriæ constare intelligebant. Singulari militum nostrorum uirtuti consilia cuiusq; modi Gallorũ occurrebant: ut est summæ * genus solertiæ, atq; ad omnia imitanda at q; efficienda, quæ ab quoque traduntur, aptißimum. nam et laqueis falces auertebant: quas cũ * distinuerant, tormentis introrsus reducebant: & aggerem cuniculis subtrahebant, eò scientius, quòd apud eos magnæ sunt ferrariæ, atq; omne genus cuniculorũ notũ atq; usitatum est. Totum autẽ murum ex omni parte turribus contabulauerant, atq; has corijs intexerant: tum crebris diurnis nocturnisq́; eruptionibus, aut aggeri ignẽ inferebant, aut milites occupatos in opere adoriebantur, et nostrarũ turrium altitudinem, quantum has quotidianus agger expresserat, commißis suarum turrium malis adæquabant: & apertos cuniculos præusta & præacuta materia, & pice feruefacta, & maximi ponderis saxis morabantur, mœnibusq́; appropinquare prohibebant. Muri autem omnes Gallici hac ferè forma sunt: Trabes directæ perpetuæ in longitudinẽ paribus interuallis distãtes inter se, binos pedes in solo collocantur: * eæ reuinciũtur extrorsus, & multo aggere uestiuntur: ea aũt quæ diximus interualla, grandibus in fronte saxis effarciuntur: his * collatis & coagmentatis, alius insuper ordo adijcitur, ut idem illud interuallum seruetur, neque inter se contingant trabes, sed paribus intermissæ spacijs, singulæ singulis saxis interie-

al. penes eos,

al. gens

al. destinauerãt.

al. ære reuinc.

al. collocatis.

al. arte mterjectis, * arctè contineantur: sic deinceps omne opus contexitur, dũ iusta muri altitudo expleatur. Hoc cùm in speciem uarietatemq; opus deforme nõ est, alternis trabibus ac saxis, quæ rectis lineis suos ordines seruãt: tum ad utilitatem & defensionem urbium summam habet opportunitatẽ, quòd & ab incendio lapis, & ab ariete materia defendit, quæ perpetuis trabibus pedes quadragenos plerunq; introrsus reuincta, neq; perrũpi, neq; distrahi potest. His tot rebus impedita oppugnatione, milites cùm to

al. tardarentur: al. tenerentur: to tempore, frigore & assiduis imbribus * turbarẽtur: tamen continenti labore omnia hæc superauerunt: & diebus XXV. aggerem latum pedes CCCXXX. altum pedes LXXX. extruxerunt. Cùm is murum hostium penè cõtingeret, & Cæsar ad opus cõsuetudine excubaret, militesq; cohortaretur, ne quod omnino tẽpus ab opere intermitteretur: paulò ante tertiam uigiliam est animaduersum fumare aggerem, quem cuniculo hostes succenderant. Eodemq; tempore toto muro clamore sublato, duabus portis ab utroq; latere turrium eruptio fiebat. Alij faces atq; aridam materiam de muro in aggerem eminus iaciebant: picem, reliquasq; res, quib. ignis excitari potest, fundebant: ut quò primùm curreretur, aut cui rei ferretur auxilium, uix ratio iniri posset: tamen, quòd instituto Cæsaris duæ

al. plures q; semper legiones pro castris excubabant, * duæq; partitis tẽporibus in opere erant: celeriter factũ est, ut alij eruptionibus resisterent, alij turres reducerent, aggeremq; interscinderẽt: omnis uerò ex castris multitudo ad restinguendũ cõcurreret. Cùm in omnibus locis, cõsumpta iam aliqua parte noctis, pugnaretur, semperq; hostib. spes uictoriæ redintegraretur: eò magis, quòd deustos pluteos turrium

rium uidebant, nec facilè adire apertos ad auxiliandum animaduertebant, semperq; ipsi recentes defessis succederent, omnemq; Galliæ salutem in illo uestigio temporis positam arbitrarentur: accidit inspectantibus nobis, quod dignum memoria uisum, prætermittendum nõ existimauimus. Quidam ante portam oppidi Gallus per manus seui ac picis traditas glebas in ignẽ eregionẽ turris proijciebat: scorpione ab latere dextro traiectus, exanimatusq; concidit. hũc ex proximis unus iacentẽ transgressus, eodem illo munere fungebatur. eadem ratione ictu scorpionis exanimato altero, successit tertius, & tertio quartus: nec ille prius est à propugnatoribus uacuus relictus locus, quàm restincto aggere, atq; omni ea parte summotis hostibus, finis est pugnandi factus. Omnia experti Galli, quòd res nulla successerat, postero die consilium ceperunt ex oppido profugere, hortante & iubente Vercingetorige. Id silentio noctis conati, non magna iactura suorum sese effecturos sperabant, propterea quòd neq; longè ab oppido castra Vercingetorigis aberant, & palus, quæ perpetua intercedebat, Romanos ad insequendum tardabat. iamq; hoc facere noctu apparabãt, cũ matresfamiliâs repentè in publicum procurrerunt, flentesq; proiectæ ad pedes suorum omnibus precibus petierũt, ne se & communes liberos hostibus ad supplicium dederent, quos ad capiendã fugã* natura & uirium infirmitas impediret. Vbi eos perstare in sententia uiderunt, quòd plerunq; in summo periculo timor misericordiam non recipit, cõclamare, & significare de fuga Romanis cœperũt: quo timore perterriti Galli, ne ab equitatu Romanorum uiæ præoccuparentur, consilio destiterũt. Postero die Cæ-

al. natuæ

sar

ſar promota turri, perfectisq́; operibus, quæ facere inſtituerat, magno coorto imbre, non inutilẽ hanc ad capiendum cõſilium tempeſtatem arbitratus eſt: quòd paulò incautius cuſtodias in muro diſpoſitas uidebat, * ſuosq́; languidius in opere uerſari iußit, & quid fieri uellet, oſtendit. legiones intra uineas in occulto expeditas cohortatus, ut aliquando pro tantis laboribus fructum uictoriæ perciperent: ijs qui primi murum aſcendiſſent, præmia propoſuit, militibusq́; ſignum dedit. Illi ſubitò ex omnibus partibus euolauerunt, murumq́; celeriter complêrunt. Hoſtes re noua perterriti, muro turribusq́; deiecti, in foro ac locis patentioribus cuneatim conſtiterunt: hoc animo, ut ſi qua ex parte obuiam cõtraueniretur, acie inſtructa depugnarent. ubi neminẽ in æquũ locum ſeſe dimittere, ſed toto undiq; muro circũfundi uiderũt, ueriti ne omnino ſpes fugæ tolleretur, abiectis armis, ultimas oppidi parteis cõtinenti impetu petiuerũt: parsq́; ibi, quum anguſto exitu portarum ſeipſi premerent, à militibus, pars iam egreſſa portis ab equitibus eſt interfecta: nec fuit quiſquam, qui prædæ ſtuderet. Sic & Genabenſi cædè, & labore operis incitati, non ætate confectis, non mulieribus, non infantibus pepercerũt: deniq; ex omni eo numero, qui fuit circiter quadraginta millium, uix octingenti, qui primo clamore audito, ſe ex oppido eiecerãt, incolumes ad Vercingetorigem peruenerũt: quos ille multa iam nocte ſilentio ex fuga excepit: ueritus ne qua in caſtris ex eorũ concurſu & miſericordia uulgi ſeditio oriretur, * ut procul in uia diſpoſitis familiaribus ſuis principibusq́; ciuitatũ, * diſparandos deducẽdosq́; ad ſuos curaret, quæ cuiq; ciuitati pars caſtrorum ab initio obuenerat. Poſtero die concilio

ſuos q̃ꝫ

& diſpertiendos

cilio conuocato, consolatus cohortatusq; est, ne se admodum animo demitterẽt, neue perturbarentur incõmodo: non uirtute, neq; acie uicisse Rom. sed artificio quodã & scientia oppugnationis, cuius rei fuerint ipsi imperiti: errare, si qui in bello omneis secundos rerum euentus expectent: sibi nunquam placuisse Auaricum defendi, cuius rei testes ipsos haberet: sed factum imprudentia Biturigum, & nimia obsequentia reliquorum, uti hoc incommodum acciperetur: id tamẽ se celeriter maioribus cõmodis sanaturum. Nam quæ ab reliquis Gallis ciuitates dissentirent, has sua diligentia adiuncturum, atq; unum consilium totius Galliæ effecturum, cuius consensui ne orbis quidem terrarum possit obsistere: idq; se propè iam effectũ habere. interea æquum esse ab ijs cõmunis salutis causa impetrari, ut castra munire instituerent, quò facilius hostiũ repentinos impetus sustinere possent. Fuit hæc oratio nõ ingrata Gallis, maximè, quòd ipse animo nõ defecerat, tanto accepto incommodo, neq; se in occultum abdiderat, & conspectũ multitudinis fugerat: plusq; animo prouidere & præsentire existimabatur, quòd re integra, primò incendendum Auaricum, pòst deserendum censuerat. Itaque ut reliquorum imperatorum res aduersæ autoritatem minuunt: sic huius ex cõtrario dignitas incommodo accepto indies augebatur: simul in spem ueniebant eius affirmatione de reliquis adiungendis ciuitatibus. primumq; eo tempore Galli castra munire instituerunt, & sic sunt animo consternati, homines insueti laboris, ut omnia quæ imperarentur, sibi patienda & perferenda existimarent. Nec minus quàm est pollicitus Vercingetorix animo laborabat, ut reliquas ciuitates adiungeret: atq; earũ principes

donis

donis pollicitationibusq; alliciebat. Huic rei idoneos homines deligebat: quorum quisq; aut oratione subdola, aut amicitia facilimè capi posset. Qui Auarico expugnato refugerat, armandos uestiendosq; curat. simul ut diminutæ copiæ redintegrarentur, imperat certũ numerũ militum ciuitatibus, quem & quam ante diem in castra adduci uelit, sagittariosq; omneis, quorũ erat permagnus numerus in Gallia, conquiri, & ad se mitti iubet. His reb. celeriter, id quod Auarici deperierat, expletur. Interim Teutomatus Ollouiconis filius, rex Nitiobrigũ, cuius pater ab Senatu nostro amicus erat appellatus, cum magno equitum suorum numero, quos ex Aquitania conduxerat, ad eum peruenit. Cæsar Auarici complureis dies commoratus, summamq; ibi copiam frumenti & reliqui commeatus nactus, exercitũ ex labore atq; inopia refecit. Iã propè hyeme confecta, quum ipso anni tempore ad gerendũ bellum uocaretur, & ad hostem proficisci cõstituisset, siue eum ex paludibus syluisq; elicere, siue obsidione premere posset: legati ad eum principes Heduorum ueniunt oratũ, ut maximè necessario tempore ciuitati subueniat, summo esse in periculo rem: quòd quum singuli magistratus antiquitus creari, atq; regiam potestatem annum obtinere consuêssent, duo magistratum gerant, & se uterq; eorum legibus creatum esse dicat: horum esse alterũ Conuictolitanem, florentem & illustrem adolescentem: alterum Cottũ, antiquissima familia natum, atq; ipsam hominẽ summæ potentiæ, & magnæ cognationis, cuius frater

al. Valeriacus * Vedeliacus proximo anno eundẽ magistratum gesserit: ciuitatẽ omnem esse in armis: diuisum Senatũ, diuisum populum, suas cuiusq; eorũ clientelas: quòd si diutius alatur contro-

controuersia, fore uti pars cum ciuitatis parte cõfligat: id ne accidat, positum in eius diligentia atq; autoritate. Cæsar etsi à bello atque hoste discedere detrimentosum esse existimabat, tamẽ non ignorans quanta ex dissensionibus incõmoda oriri consuêssent: ne tanta & tam cõiuncta populo Rom. ciuitas, quam ipse semper aluisset, omnibusq; rebus ornasset, ad uim atq; ad arma descenderet, atque ea pars quæ minus sibi confideret, auxilia à Vercingetorige accerseret: huic rei præuertendum existimauit: & quòd legibus Heduorũ, ijs qui summũ magistratum obtinerent, excedere ex finibus non liceret, ne quid de iure aut legibus eorum diminuisse uideretur, ipse in Heduos proficisci statuit: Senatumq; omnem, & quos inter cõtrouersia esset, etiã ad se * uocauit. Cùm propè omnis ciuitas eò conueniisset, docereturq;, paucis clàm uocatis, alio loco, alio tempore, atq; oportuerit, fratrẽ à fratre renunciatũ, cùm leges duos ex una familia, uiuo utroq;, nõ solùm magistratus creari uetarent, sed etiam in Senatu esse prohiberent: Cottum * magistratũ deponere coëgit: Conuictolitanem, qui per sacerdotes more ciuitatis, intermissis magistratibus, esset creatus, potestatẽ obtinere iussit. Hoc decreto interposito, cohortatus Heduos, ut controuersiarum ac dissensionum obliuiscerentur: atq; omnibus omissis his rebus, huic bello seruirent, eaq; quæ meruissent præmia, ab se deuicta Gallia expectarẽt: equitatumq; omnẽ & peditum millia decẽ sibi celeriter mitterent, quæ in præsidijs rei frumentariæ causa disponeret: exercitum in duas partes diuisit: quatuor legiones in Senones, Parisiosq; Labieno ducendas dedit: sex ipse in Aruernos, ad oppidum Gergouiam secundùm flumẽ Elauer duxit: equitatus partem

al. euocauit.

al. impetrium

tem illi attribuit, partem sibi reliquit. Qua re cognita, Vercingetorix omnibus interruptis eius fluminis pontibus, ab altera * Elaueris parte iter facere cœpit. Cũ uterq; utriq; esset exercitui in conspectu, fereq; eregionè castris castra poneret: dispositis exploratoribus, necubi effecto ponte Romani copias traducerent, erat in magnis Cæsaris difficultatibus res, ne maiorem æstatis partem flumine impediretur, quòd non ferè ante autumnum Elauer uado transiri soleat. Itaq; ne id accideret, sylucstri loco castris positis, * eregionè unius eorũ pontiũ, quos Vercingetorix rescindendos curauerat, postridie cũ duabus legionibus in occulto restitit: reliquas copias cum omnibus impedimentis, ut consueuerat, misit, demptis * quartis quibusq; cohortibus, uti numerus legionum constare uideretur. ijs quàm longissimè possent, progredi iussis, cùm iam ex diei tempore coniecturã caperet, in castra peruentum: ijsdem sublicis, quarũ pars inferior integra remanebat, põtẽ reficere cœpit. Celeriter effecto opere, legionibusq; traductis, & loco castris idoneo delecto, reliquas copias reuocauit. Vercingetorix re cognita, ne contra suam uoluntatem dimicare cogeretur, magnis itineribus antecessit. Cæsar ex eo loco quinis castris Gergouiam peruenit: equestriq; prælio eo die leui facto, perspecto urbis situ, quæ posita in altissimo mõte omneis aditus difficiles habebat, de expugnatione desperauit: de obsessione nõ prius agendum constituit, quàm rem frumentariam expedisset. At Vercingetorix, castris pro oppido in monte positis, mediocribus circum se interuallis separatim singularũ ciuitatũ copias collocauerat: atq; omnibus eius iugi collibus occupatis, quà despici poterat, horribilem speciem præbebat

fluminis

al. unum pontium eorum q. Ver. res. cur. erigere statuit. Postero die cũ duab. al. qbusdã cohortibus,

bebat: principesq; earum ciuitatũ, quos sibi ad cõsilium capiendum delegerat, prima luce ad se quotidie cõuenire iubebat, seu quid communicandum, seu quid administrandum uideretur: neq; ullum ferè diem intermittebat, quin equestri prælio interiectis sagittarijs, quid in quoq; esset animi ac uirtutis suorũ, periclitaretur. Erat eregionè oppidi collis sub ipsis radicibus montis egregiè munitus, atq; ex omni parte circumcisus: quem si tenerent nostri, & aquæ magna parte, & pabulatione libera prohibituri hostes uidebantur. Sed is locus præsidio ab ijs non nimis firmo tenebatur: * tamẽ silentio noctis Cæsar ex castris egressus, prius quàm subsidium ex oppido uenire posset, deiecto præsidio potitus loco, duas ibi legiones collocauit: fossamq; duplicem duodenũm pedum à maioribus castris ad minora perduxit: ut tutò ab repentino hostium incursu etiam singuli cõmeare possent. Dum hæc ad Gergouiam geruntur, Conuictolitanis Heduus, cui magistratum adiudicatũ à Cæsare demonstrauimus, solicitatus ab Aruernis pecunia, cum quibusdam adolescentibus colloquitur: quorum erat princeps Litauicus, atq; eius fratres, amplissima familia nati adolescentes. Cum ijs primũ communicat, hortaturq; eos, ut se liberos, & imperio natos meminerint: unam esse Heduorum ciuitatem, quæ certissimam Galliæ uictoriam distineat: eius autoritate reliquas contineri: qua traducta, locum consistendi Romanis in Gallia non fore: esse nonnullo se Cæsaris beneficio affectum, sic tamen, ut iustissimam apud eum causam obtinuerit, sed plus communi libertati tribuere. cur enim potius Hedui de suo iure, & de legibus ad Cæsarem * disceptaturi, quàm Romani ad Heduos ueniant? Celeriter

al. tum

al. discep tatorẽ

adoleſcẽtibus & oratione magiſtratus, & præmio deductis, cùm ſe uel principes eius conſilij fore profiterentur, ratio perficiendi quærebatur, quòd ciuitatum temerè ad ſuſcipiendum bellum adduci poſſe non confidebant: placuit, ut Litauicus decem illis millibus, quæ Cæſari ad bellum mitterẽtur, præficeretur, atq; ea ducẽda curaret, fratresq; eius ad Cæſarẽ præcurrerent: reliqua, qua ratione agi placeat, conſtituũt. Litauicus accepto exercitu, quum millia paſſuum circiter x x x. ab Gergouia abeſſet, conuocatis ſubitò militibus, lacrymans: Quò proficiſcimur, inquit, milites? omnis noſter equitatus, nobilitas omnis interijt: principes ciuitatis Eporedorix et Viridomarus, inſimulati proditionis à Romanis indicta cauſa interfecti ſunt. Hæc ab his cognoſcite, qui ex ipſa cæde fugerunt. nã ego fratribus, atq; omnibus propinquis meis interfectis, dolore prohibeor, quæ geſta ſunt, pronunciare. Producuntur ij quos ille edocuerat, quæ dici uellet: atq; eadem quæ Litauicus pronũciauerat, multitudini exponũt, * oẽs equites Heduorũ interfectos, quòd collocuti cum Aruernis dicerentur, ipſos ſe inter multitudinẽ militum occultaſſe, atq; ex media cæde profugiſſe. Conclamant Hedui, & Litauicum obſecrant, ut ſibi conſulat. Quaſi uerò, inquit ille, conſilij ſit res, ac nõ neceſſe ſit nobis Gergouiã contendere, & cum Aruernis noſmet cõiungere? An dubitamus, quin nefario facinore admiſſo, Romani iam ad nos interficiendos concurrant? Proinde ſi quid in nobis animi eſt, perſequamur eorũ mortẽ, qui indigniſſimè interierunt: atq; hos latrones interficiamus. Oſtendit ciues Romanos, qui eius præſidij fiducia unà erant. cõtinuò magnum numerum frumenti commeatusq; diripit: ipſos crudeli-

al. multos

deliter excruciatos interficit: nũcios tota ciuitate Heduorum dimittit: eodem mendacio de cæde equitum & principum permouet: hortatur ut simili ratione atq; ipse fecerit, suas iniurias persequantur. Eporedorix Heduus summo loco natus adolescens, & summæ domi potentiæ, & unà Viridomarus pari ætate & gratia, sed genere dispari, quem Cæsar ab Diuitiaco traditum, ex humili loco ad summã dignitatẽ perduxerat, *in equitũ numero cõuenerant, nominatim ab eo euocati: ijs erat inter se de principatu contentio: & in illa magistratuũ controuersia, alter pro Conuictolitane, alter pro Cotto summis opibus pugnauerat. Ex ijs Eporedorix cognito Litauici cõsilio, media ferè nocte rem ad Cæsarem defert: orat, ne patiatur ciuitatem prauis adolescentium consilijs ab amicitia populi Romani deficere: quod futurũ prouidebat, si se tot hominum millia cum hostibus coniunxerint: quorum salutem neq; propinqui negligere, neq; ciuitas leui momento æstimare posset. Magna affectus solicitudine hoc nuncio Cæsar, quòd semper Heduorũ ciuitati præcipuè indulserat, nulla interposita dubitatione legiones expeditas quatuor, equitatumq; omnem ex castris educit: nec fuit spaciũ tali tempore ad cõtrahenda castra, quòd res in celeritate posita esse uidebatur. C. Fabium legatũ cum legionibus duabus castris præsidio relinquit: fratres Litauici cùm comprehẽdi iussisset, paulo antè reperit ad hostes profugisse. Adhortatus milites, ne necessario tempore itineris labore permoueantur, cupidissimis omnibus, progressus millia passuum uigintiquinq;, agmen Heduorum cõspicatus, immisso equitatu, iter eorum moratur, atq; impedit: interdicitq; omnibus, ne quenquam interficiant. Eporedorigem

al. & in equi. nũ. locauerat, nom.

& Viridomarũ, quos illi interfectos existimabãt, inter equites uersari, suosq; appellare iubet. His cognitis, & Litauici fraude perspecta, Hedui manus tendere, deditionem significare, & proiectis armis, mortem deprecari inciptiũt. Litauicus cũ suis clientibus (quibus nefãs more Gallorũ est, etiã in extrema fortuna deserere patronos) Gergouiã profugit. Cæsar nuncijs ad ciuitatẽ Heduorũ missis, qui suo beneficio conseruatos docerent, quos iure belli interficere potuisset, tribusq; horis noctis exercitui ad quietẽ datis, castra ad Gergouiã mouit. Medio ferè itinere equites à Fabio missi, quãto res in periculo fuerit, exponunt. summis copijs castra oppugnata demonstrant, cùm crebrò integri defessis succederẽt, nostrosq; assiduo labore defatigarent: quibus propter magnitudinem castrorum perpetuò esset ijsdem eodẽ in uallo permanendũ: multitudine sagittarũ, atq; omnis generis telorũ multos uulneratos: ad hæc sustinenda magno usui fuisse tormenta: Fabiũ discessu eorum, duabus relictis portis, obstruere cætera, pluteosq; uallo addere, & se in posterũ diem similem ad casum parare. His rebus cognitis, Cæsar, summo studio militum, ante ortũ solis in castra peruenit. Dum hæc ad Gergouiam geruntur, Hedui primis nuncijs à Litauico acceptis, nullum sibi ad cognoscendum spacium relinquũt. impellit alios auaritia, alios iracundia & temeritas (quæ maximè illi hominũ generi est innata) ut leuẽ auditionẽ habeant pro re comperta: bona ciuium Romanorum diripiunt, cædes faciunt, in seruitutẽ abstrahunt. Adiuuat rem proclinatam Conictolitanis, plebemq; ad furorem impellit: ut facinore admisso, ad sanitatẽ reuerti pudeat. M. Aristium tribunum militum iter ad legionem facientẽ, fide

data

data ex oppido Cabillono educunt: idē facere cogunt eos qui negociandi causa ibi constiterant. hos continuò in itinere adorti, omnibus impedimentis exuunt: repugnantes diem noctemq; obsident: multis utrinq; interfectis, maiorem multitudinem ad arma concitant. Interim nuncio allato, omneis eorū milites in potestate Cæsaris teneri: concurrunt ad Aristium, nihil publico factū consilio demonstrant, quæstionem de bonis direptis decernunt, Litauici fratrumq; bona publicant, legatos ad Cæsarem sui purgandi gratia mittunt. hæc faciunt recuperandorum suorum causa. Sed contaminati facinore, & capti compendio ex direptis bonis, quòd ea res ad multos pertinebat, * timore pœnæ exterriti, consilia clàm de bello inire incipiunt, ciuitatesq; reliquas legationibus solicitant. quæ tametsi Cæsar intelligebat, tamen quàm mitissimè potest, legatos appellat, nihil se, propter inscientiam leuitatemq; uulgi, grauius de ciuitate iudicare: neq; de sua in Heduos beneuolentia diminuere. Ipse maiorē Galliæ motum expectans, ne ab omnibus ciuitatibus circumsisteretur, consilia inibat, quemadmodum à Gergouia discederet, ac rursus omnem exercitum contraheret, ne profectio nata à timore defectionis, similis fugæ uideretur. Hæc cogitanti, accidere uisa est facultas bene rei gerendæ. nam quū minora in castra operis perspiciendi causa uenisset, animaduertit collem, qui ab hostibus tenebatur, nudatum hominibus, qui superioribus diebus uix præ multitudine cerni poterat. admiratus, quærit ex perfugis causam, quorum magnus ad eum quotidie numerus cōfluebat. Constabat inter oēs (quod iam ipse Cæsar per explaratores cognouerat) dorsum esse eius iugi propè æquū, sed syluestre

al. & timore

& angustum, quà esset aditus ad alteram partem oppidi, uehementer huic illos loco timere, nec iam aliter sentire, uno colle ab Romanis occupato, si alterum amisissẽt, quin penè circumuallati, atque omni exitu & pabulatione intercluſi uiderentur: ad hunc muniendum locum, omnes à Vercingetorige euocatos. Hac re cognita, Cæsar mittit cõplures equitũ turmas eò de media nocte: ijs imperat, ut paulò tumultuosius omnibus in locis peruagarentur. Prima luce magnũ numerum impedimentorũ ex castris detrahi, mulionesq; cum cassidibus equitũ specie ac simulatione collibus circũuehi iubet. His paucos addit equites, qui latius ostentationis causa uagarentur: longo circuitu easdẽ omnes iubet petere regiones. Hæc procul ex oppido uidebantur, ut erat à Gergouia despectus in castra: neq; tanto spacio, certi quid esset, explorari poterat. Legionẽ unã eodẽ iugo mittit: & paulum progressam inferiore loco cõstituit, syluisq; occultat. augetur Gallis suspicio, atq; omnes *illò munitionum copiæ traducuntur. Vacua castra hostium Cæsar cõspicatus, tectis insignib. suorũ, occultatisq; signis militaribus, raros milites, ne ex oppido animaduerterentur, ex maioribus castris in minora traducit: legatisq;, quos singulis legionibus præfecerat, quid fieri uellet, ostendit: in primis monet, ut contineant milites, ne studio pugnãdi, aut spe prædæ longius progrediantur: quid iniquitas loci habeat incommodi, proponit: hoc una celeritate posse uitari: occasionis esse rem, non præli. His rebus expositis, signum dat, & ab dextra parte alio ascensu eodem tẽpore *Heduos mittit. Oppidi murus ab planitie, atq; initio ascensus recta regione (si nullus anfractus intercederet) M. CC. passus aberat. Quicquid huic

al*. illò ad munitionem

al. ad Hed.

huic circuitus ad molliendum cliuũ acceſſerat, id ſpacium itineris augebat. A medio ferè colle in longitudinẽ, ut natura montis ferebat, ex grandibus ſaxis ſex pedum murũ, qui noſtrorũ impetum tardaret, produxerant Galli: atq; inferiore omni ſpacio uacuo relicto, ſuperierẽ partẽ collis uſq; ad murũ oppidi denſiſſimis caſtris compleuerant. Milites ſigno dato, celeriter ad munitionem perueniunt, camq; tranſgreſſi, trinis caſtris potiuntur. Ac tanta fuit in capiendis caſtris celeritas, ut Theutomatus rex Nitiobrigum ſubitò in tabernaculo oppreſſus, ut meridie cõquieuerat, ſuperioris corporis parte nudata, uulnerato equo, uix ſe ex manibus prædantium militũ eriperet. Conſecutus id quod animo propoſuerat Cæſar, receptui cani iuſſit: legionisq; decimæ, qua cũ erat * concionatus, ſigna cõ ſtitêre. At reliquarum milites legionum, non exaudito tubæ ſono, quòd ſatis magna uallis intercedebat, tamẽ à tribunis militum, legatisq;, ut erat à Cæſare præceptum, retinebantur. Sed elati ſpe celeris uictoriæ, & hoſtiũ fuga, ſuperiorumq; temporũ ſecundis prælijs, nihil adeò arduum ſibi exiſtimabant, quod non uirtute conſequi poſſent: neq; prius finem ſequendi fecerunt, quàm muro oppidi, portisq; appropinquarunt. Tum uerò ex omnibus urbis partibus orto clamore, qui longius aberãt, repentino tumultu perterriti, cũ hoſtes intra portas eſſe exiſtimarent, ſeſe ex oppido eiecerunt. Matresfamiliâs de muro ueſtem argentumq; iactabant, & pectore nudo prominẽtes paſſis manibus obteſtabãtur Romanos, ut ſibi parcerẽt: neu, ſicut Auarici feciſſent, ne mulieribus quidem atq; infantibus abſtinerent: nonnullæ de muro per manus demiſſæ, ſeſe militib. tradebant. L. Fabius centurio legionis octauæ,

al. comiſtatus.

quem inter suos eo die dixisse cõstabat, excitari se Auricensibus præmijs, neq; commissurũ, ut prius quisquã murum ascẽderet, treis suos nactus manipulares, atq; ab his subleuatus, murũ ascendit: eos ipse rursus singulos excptans, in murum extulit. Interim ij qui ad alteram partem oppidi, ut suprà demonstrauimus, munitionis causa cõuenerant, primo exaudito clamore, inde etiam crebris nuncijs incitati, oppidũ ab Romanis teneri, præmißis equitibus magno cõcursu eò contenderunt. Eorũ ut quisq; primus uenerat, sub muro consistebat, suorumq; pugnantiũ numerum augebat. quorum cùm magna multitudo conuenisset, matresfamiliâs, quæ paulo antè Romanis de muro manus tendebant, suos obtestari, & more Gallico passum capillum ostentare, liberosq; in conspectum proferre cœperunt. Erat Romanis nec loco nec numero æqua contentio: simul & cursu & spacio pugnæ defatigati, non facilè recentes atq; integros sustinebant. Cæsar cùm iniquo loco pugnari, hostiũq; augeri copias uideret, præmetuẽs suis, ad T. Sestium legatum, quẽ minoribus castris præsidio reliquerat, mittit, ut cohortes ex castris celeriter educeret, & sub infimo colle ab dextro latere hostiũ cõstitueret: ut si nostros depulsos loco uidisset, quò minus liberè hostes insequerẽtur, terreret. Ipse paulùm ex eo loco cum legione progressus, ubi constiterat, euentum pugnæ expectabat. Cùm acerrimè cominus pugnaretur, hostes loco & numero, nostri uirtute cõfiderẽt: subitò sunt Hedui uisi ab latere nostris aperto, quos Cæsar ab dextra parte alio ascensu manus distinendæ causa miserat: ij similitudine armorum uehementer nostros perterruerunt: ac tametsi dextris humeris exertis animaduertebantur, quod insigne

insigne pacatis esse cõsueuerat: tamẽ id ipsum sui fallendi causa milites ab hostibus factum existimabant. Eodem tẽpore L. Fabius centurio, quiq; una murum ascenderant, circũuenti, atq; interfecti de muro præcipitãtur. M.* Petreius eiusdem legionis centurio, cùm portas excindere conatus esset, à multitudine oppressus, ac sibi desperans, multis iam uulneribus acceptis, manipularibus suis, qui illũ secuti erant: Quoniã, inquit, me una uobiscũ seruare non possum, uestræ quidem certè saluti prospiciam, quos cupiditate gloriæ adductus, in periculum deduxi: uos data facultate uobis consulite. simulq; irrupit in medios hosteis, duobusq; interfectis, reliquos à porta paulũ submouit. conãtibus auxiliari suis: Frustra, inquit, meæ uitæ subuenire conamini, quẽ iam sanguis uiresq; deficiũt. proinde hinc abite, dum est facultas, uosq; ad legionem recipite. Ita pugnãs pòst paulùm cóncidit, ac suis saluti fuit. Nostri, cùm undiq; premerẽtur, XLVI. cẽturionibus amissis, deiecti sunt loco. Sed intolerantius Gallos insequentes legio decima tardauit, quæ pro subsidio paulò æquiore loco cõstiterat. Hãc rursus tertiædecimæ legionis cohortes exceperunt, quæ ex castris minoribus eductæ, cum T. Sestio legato ceperant locum superiorem. Legiones ubi primùm planiciem attigerunt, infestis contra hosteis signis constiterunt. Vercingetorix ab radicibus collis suos intra munitiones reduxit. eo die milites sunt paulò minus septingenti desiderati. Postero die Cæsar, concione aduocata, temeritatem, cupiditatemq; militum reprehẽdit, quòd *sibi iudicauissent, quò procedendũ, aut quid agendũ uideretur, neq; signo recipiendi dato, constitissent, neque à tribunis militum, legatisq; retineri potuissent: exposuit, quid

al. Petronius

al. sibi iis pſi iudicauissent

quid iniquitas loci posset, quod ipse ad Auaricũ sensisset, quũ sine duce, & sine equitatu, deprehensis hostibus, exploratam uictoriam dimisisset, ne paruum modò detrimẽtum in contentione propter iniquitatem loci acciperet: quantopere eorum animi magnitudinem admiraretur, quos non castrorum munitiones, non altitudo montis, non murus oppidi tradere potuisset: tantopere licentiam, arrogantiamq; reprehẽdere, quòd plus se, quàm Imperatorem, de uictoria atq; exitu rerum sentire existimarent: nec minus se in milite modestiam & continentiam, quàm uirtutem, atque animi magnitudinem desiderare. Hac habita concione, & ad extremum oratione cõfirmatis militibus, ne ob hanc causam animo permouerentur: neu, quod iniquitas loci attulisset, id uirtuti hostium tribuerẽt: eadẽ de profectione cogitans, quæ antè senserat, legiones ex castris eduxit, aciemq; idoneo loco constituit. Quum Vercingetorix nihilo * minus in æquũ locũ descenderet, leui facto equestri prælio, atq; eo secũdo, in castra exercitum reduxit. Quũ hoc idem postero die fecisset, satis ad Gallicam ostẽtationem minuendam, militumq; animos confirmandos factum existimans, in Heduos castra mouit, ne tũ quidem insecutis hostibus. tertio die ad flumen Elauer põtem reficit, atq; exercitũ traducit. Ibi à Viridomaro atq; Eporedorige Heduis appellatus, discit cũ omni equitatu Litauicum ad solicitandos Heduos profectum: opus esse * ipsos præcedere ad confirmandam ciuitatem. Etsi multis iam rebus perfidiam Heduorum Cæsar perspectã habebat, atq; horum discessu admaturari defectionẽ ciuitatis existimabat: tamen retinendos eos non censuit, ne aut inferre iniuriam uideretur, aut dare timoris aliquam suspi-

al. magis

al. & ipsos antecedere

suspicionem. Discedẽtibus his breuiter sua in Heduos merita exposuit: quos, & quàm humiles accepisset, compulsos in oppida, mulctatos agris, omnib. ereptis * socijs, im- copijs,
posito stipendio, obsidibus summa cum contumelia extortis: & quam in fortunam, quamq; in amplitudinem deduxisset, ut non solùm in pristinum statum redissent, sed omnium temporum dignitatẽ & gratiam anteceßisse uiderentur. His datis mandatis, eos ab se dimisit. Nouiodunum erat oppidum Heduorũ ad ripas Ligeris, opportuno loco positum: huc Cæsar omneis obsides Galliæ, frumentũ, pecuniam publicam, suorum atq; exercitus impedimento rum magnam partem contulerat: huc magnum numerum equorum huius belli causa in Italia atq; Hispania coëmptorum miserat. Eò cùm Eporedorix Viridomarusq; uenissent, & de statu ciuitatis cognouissent: Litauicũ Bibracte ab Heduis receptũ, quod est oppidum apud eos maximæ autoritatis: Cõuictolitanem magistratum, magnamq; partem Senatus ad eum conuenisse: legatos ad Vercingetorigem de pace & amicitia concilianda publicè mißos: non prætermittendum tantum commodum existimauerunt. Itaq; interfectis Nouioduni custodibus, quiq; eò negotiandi aut itineris causa conuenerant, pecuniam atque equos inter separtiti sunt: obsides ciuitatum Bibracte ad magistratum deducendos curauerunt: oppidum, quod ab se * tueri non posse iudicabãt, ne cui esset usui Romanis, al. teneri
incenderunt: frumẽti quod subitò potuerũt, nauibus auexerunt: reliquum flumine atq; incẽdio corruperunt. Ipsi ex finitimis regionibus copias cogere, præsidia custodias q; ad ripas Ligeris disponere, equitatũq; omnibus locis inijciendi timoris causa ostentare cœperunt, * ut ab re al. si

fru-

frumentaria Romanos excludere, aut adductos inopia ex prouincia expellere possent. quam ad spẽ multum eos adal.ut iuuabat, quòd Liger ex niuibus creuerat, * & omnino uado transiri nõ posse uideretur. Quibus rebus cognitis, Cæsar maturandũ sibi censuit, si esset in perficiendis pontibus periclitandum, ut prius quàm essent maiores eò coactæ copiæ, dimicaret. Nam ut commutato cõsilio iter in al. metu quid. prouinciã conuerteret, id ne * tum quidem necessariò faciendum existimabat, quum infamia, atq; indignitas rei, & oppositus mons Gebenna, uiarumq; difficultas impediebat: tũ maximè, quòd* adiungi Labieno, atq; his legioal. abiũcto nib. quas unà miserat, uehemẽter * cupiebat. Itaq; admoal. timebat. dum magnis diurnis atq; nocturnis itineribus confectis, cõtra omnium opinionem ad Ligerim peruenit: uadoq; per equites inuẽto, pro rei necessitate opportuno, ut brachia modò atq; humeri ad sustinenda arma liberi ab aqua esse posset, dispositio equitatu, qui uim fluminis refringeret: atque hostibus primo aspectu perturbatis, incolumem exercitũ traduxit: frumentumq; in agris, & copiã pecoris nactus, repleto his rebus exercitu, iter in Senones facere instituit. Dum hæc apud Cæsarem geruntur, Labienus eo supplemẽto, quod nuper ex Italia uenerat, relicto Agedici, ut esset impedimẽtis præsidio, cum quatuor legionibus Lutetiam proficiscitur (id est oppidum Parisiorũ, positum in insula fluminis Sequanæ:) cuius aduentu ab hostibus cognito, magnæ ex finitimis ciuitatibus copiæ conuenerunt. Summa imperij traditur Camulogeno Aulerco, qui propè cõfectus ætate, tamẽ propter singularem scientiã rei militaris, ad eum est honorẽ euocatus. Is cùm animaduertisset perpetuam esse paludẽ, quæ influeret in Sequanam,

quanam, atq; illum omnem locum * magnopere impedi- al. magno impedires
ret: hîc consedit, nostrosq; transitu prohibere instituit. Labienus primò uineas agere, cratib. atq; aggere paludē explere, atq; iter munire conabatur. Postquam id difficilius * confieri animaduertit, silentio è castris tertia uigilia al. fieri
egressus, eodem quo uenerat itinere Melodunū peruenit. 17
Id est oppidū Senonū in insula Sequanæ positum, ut paulò antè * Lutetiam diximus. deprehensis nauibus circiter al. de Lutetia
L. celeriterq; cōiunctis, atq; eò militibus impositis, & rei nouitate perterritis oppidanis, quorum magna pars erat ad bellū euocata, sine contentione oppido potitur. * Re- al. refecto
fecto ponte, quem superioribus diebus hostes resciderant, exercitum traducit: & secundo flumine Lutetiam iter facere cœpit. Hostes re cognita ab ijs qui à Meloduno profugerant, Lutetiam incendi, pontesq; eius oppidi rescindi iubent: ipsi profecti ab palude * ad ripas Sequanæ eregio- al in ripa
nè Lutetiæ contra Labieni castra considunt. Iam Cæsar à Gergouia discessisse audiebatur, iam de Heduorum defectione, & secūdo Galliæ motu rumores afferebātur: Galliq; in colloquijs intercluſum itinere et Ligere Cæsarem, inopia frumenti coactum in prouinciam contendisse confirmabant. Bellouaci autem defectione Heduorum cogni- 18
ta, qui antè erant per se infideles, manus cogere, atque apertè bellum parare cœperunt. Tum Labienus, tanta rerum commutatione, longè aliud sibi capiendū consilium, atque antea senserat, intelligebat. Neque iam, ut aliquid acquireret, prælioq; hosteis lacesseret, sed ut incolumem exercitum Agendicum reduceret, cogitabat. Namq; al- 19
tera ex parte Bellouaci (quæ ciuitas in Gallia maximam habet opinionem uirtutis) instabant: alteram Camulo-

genus

genus parato atq; instructo exercitu tenebat: tum legiones à præsidio atq; impedimentis intercluſas, maximum flumẽ distinebat. Tantis subitò difficultatibus obiectis, ab animi uirtute auxilium petendum uidebat. Itaq; sub ucsperum cõcilio cõuocato, cohortatus, ut ea quæ imperasset, diligenter industrieq; administrarent: naues quas à Meloduno deduxerat, singulas equitibus Romanis attribuit: & prima cõfecta uigilia, quatuor millia passuum secũdo flumine progredi silẽtio, ibiq; se expectari iubet. Quinq; cohortes, quas minimè firmas ad dimicandum esse existimabat, castris præsidio relinquit: quinq; eiusdem legionis reliquas, de media nocte cum omnibus impedimentis aduerso flumine magno tumultu proficisci imperat. Conquiriti etiã lintres: has magno sonitu remorũ incitatas, in eãdem partem mittit: ipse pòst paulò, silẽtio egressus cum tribus legionibus eum locũ petit, quò naueis appelli iusserat. Eò cùm esset uentum, exploratores hostium, ut omni fluminis parte erant dispositi, inopinãtes, quòd magna subitò erat coorta tempestas, ab nostris opprimũtur: equitatus peditatusq;, equitibus Rom. administrantibus, quos ei negotio præfecerat, celeriter transmittitur. Vno ferè tempore sub lucem hostibus nunciatur, in castris Romanorũ præter consuetudinem tumultuari, & magnum ire agmẽ adal. eãdẽ parte uerso flumine, sonitumq; remorũ in * eãdem partẽ exaudiri, & paulò infrà milites nauibus transportari. Quibus rebus auditis, quòd existimabant tribus locis transire legiones, atque omneis perturbatas defectione Heduorum, fugã parare, suas quoque copias in treis parteis distribuerunt. Nã & præsidio eregionè castrorum relicto, & parua manu * Metiosedum uersus missa, quæ tãtum progre-

20 Iosedũ

de-

deretur, quantũ naues processissent, reliquas copias contra Labienũ duxerunt. Prima luce & nostri omnes erant transportati, & hostium acies cernebatur. Labienus milites cohortatus, ut suæ pristinæ uirtutis, & tot secundissimorum præliorum memoriam tenerent, atq; ipsum Cæsarem, cuius ductu sæpenumerò hosteis superassent, *adesse existimarent: dat signum prælij. Primo concursu ab dextero cornu, ubi septima legio cõstiterat, hostes pelluntur, atq; in fugam conijciuntur. Ab siniſtro (quẽ locum* duodecima legio tenebat) quũ primi ordines hostiũ transfixi* pilis concidissent, tamen acerrimè reliqui resistebant: nec dabat suspicionẽ fugæ quisquam. ipse dux hostiũ Camulogenus suis aderat, atq; eos cohortabatur. Ac incerto etiamnũ exitu uictoriæ, quum septimæ legionis tribunis * esset nunciatum, quæ in siniſtro cornu gererentur, post tergum hostium legionẽ ostenderunt, signaq; intulerunt. Ne eo quidem tempore quisquã loco cessit, sed circũuenti omnes interfectiq; sunt. eandem fortunam tulit Camulogenus. At ij qui præsidio * cõtra castra Labieni erant relicti, quum præliũ cõmissum audissent, subsidio suis ierunt, collemq; ceperũt, neq; nostrorum militum, uictorũq; impetum sustinere potuerunt: sic cum suis fugientibus permixti, quos nõ syluæ montesq; texerunt, ab equitatu sunt interfecti. Hoc negotio cõfecto, Labienus reuertitur Agẽdicum, ubi impedimenta totius exercitus relicta erant. inde cum omnibus copijs ad Cæsarem peruenit. Defectione Heduorũ cognita, bellum augetur. Legationes in omneis parteis circummittuntur: quantum gratia, autoritate, pecunia ualent, ad solicitandas ciuitates nitũtur: nacti obsides quos Cæsar apud eos deposuerat, horũ supplicio dubitan-

al. præsentẽ adesse

al. quintadecima

al. telis

essent nũciata.

al. cõtra Labienũ

bitantes territant. Petunt à Vercingetorige Hedui, ut ad se ueniat, rationesq; belli gerendi cõmunicet. Re impetrata, contendunt, ut ipsis summa imperij tradatur: & re in controuersiam deducta, totius Galliæ concilium Bibracte indicitur. eôdem conueniunt undiq; frequentes* multitudines: suffragijs res permittitur. ad unũ omnes Vercingetorigẽ probãt imperatorẽ. Ab hoc cõcilio Rhemi, Lingones, Treuiri abfuerunt: illi, quòd amicitiam Romanorum sequebantur: Treuiri, quòd aberãt longius, & ab Germanis premebãtur: quæ fuit causa, quare toto abessent bello, & neutris auxilia mitterent. Magno dolore Hedui ferunt se deiectos principatu: querũtur fortunæ cõmutationem, & Cæsaris indulgentiam in se requirunt: neq; tamẽ susceptο bello, suũ cõsilium ab reliquis separare audent. Inuitis summæ spei adolescentes, Eporedorix & Viridomarus, Vercingetori parẽt. Ille imperat reliquis ciuitatibus obsides. Deniq; ei rei constituit diẽ: huc oẽs equites, XV. millia numero celeriter cõuenire iubet. Peditatu quem antè habuerat, se fore cõtentum dicit, neq; fortunã tentaturũ, aut acie dimicaturũ: sed, quoniam abundet equitatu, perfacile esse factu frumentationibus, pabulationibusq; Romanos prohibere, æquo modò animo sua ipsi frumenta corrumpãt, ædificiaq; incẽdant: qua rei familiaris iactura, perpetuum imperium, libertatẽq; se consequi uideãt. His constitutis reb. Heduis Sebusianisq;, qui sunt finitimi ei prouin-
21 ciæ, X. millia peditũ imperat. Huc addit equites octingentos: ijs præficit fratrẽ Eporedorigis, bellumq; inferre Allobrogibus iubet. Altera ex parte Gabalos, proximosq; pagos Aruernorum in Heluios, itẽ Rutenos, Cadurcosq; ad fines Volcarum* Aremicorum depopulandos mittit

al. multitudinis suffrag.

al. Aremicorũq;

Hic

Hic nihilominus clandestinis nuncijs legationibusq; Allobrogas solicitat, quorum mẽtes nõdum à superiore bello resedisse sperabat: horum principibus pecunias, ciuitati autẽ imperiũ totius prouinciæ pollicetur. Ad hos omnes casus prouisa erant præsidia cohortium duarũ & uiginti, quæ ex ipsa coacta prouincia, ab L. Cæsare legato ad omneis parteis opponebantur. Heluij sua sponte cũ finitimis prælio congressi pelluntur, & C. Valerio Donotauro Caburi filio, principe ciuitatis, compluribusq; alijs interfectis, intra oppida murosq; cõpelluntur. Allobroges crebris ad Rhodanũ dispositis præsidijs, magna cum cura & diligentia suos fines tuentur. Cæsar, quòd hostes equitatu superiores esse intelligebat, & intercluſis omnib. itineribus, nulla re ex prouincia atq; Italia subleuari poterat, trans Rhenum in Germaniam mittit ad eas ciuitates, quas superiorib. annis pacauerat: equitesq; ab his accersit, & leuis armaturæ pedites, qui inter eos præliari consueuerant: eorum aduentu, quòd minus idoneis equis utebantur, à tribunis militum, reliquisq; equitibus Romanis, atq; euocatis equos sumit, Germanisq; distribuit. Interea dum hæc geruntur, hostium copiæ ex Aruernis, equitesq; qui toti Galliæ erant imperati, conueniunt. magno horũ coacto numero, cùm Cæsar in Sequanos per extremos Lingonum fines iter faceret, quò facilius subsidium prouinciæ ferri posset, circiter millia passuum decem ab Romanis trinis castris Vercingetorix consedit: conuocatisq; ad concilium præfectis equitum, uenisse tempus uictoriæ demonstrat, fugere in prouinciam Romanos, Galliaq; excedere. Id sibi ad præsentẽ obtinendam libertatem satis esse: ad reliqui temporis pacem atque ocium parunt

profici. maioribus enim coactis copijs reuersuros, neq; finem belli facturos. proinde agmine impeditos adoriantur. si pedites * suis auxilium ferant, atq; in eo morentur, iter facere nõ posse. Sin (id quod magis futurũ cõfidebat) relictis impedimentis, suæ saluti consulant: & usu rerum necessariarũ, & dignitate spoliatum iri. Nam de equitibus hostium, quin nemo eorũ progredi modò extra agmẽ audeat, ne ipsos quidem debere dubitare. id quo maiore faciant animo, copias se omnes pro castris habiturũ, & terrori hostibus futurum. Conclamant equites sanctißimo iureiurando confirmari oportere, ne tecto recipiatur, ne ad liberos, ne ad parentes, ne ad uxorẽ aditũ habeat, qui non bis per hostium agmen perequitasset. probata re, atque omnibus ad iusiurandum adactis, postero die in treis partes distributo equitatu, duæ se acies à duobus lateribus ostendũt: una à primo agmine iter impedire cœpit. Qua re nũciata, Cæsar suum quoq; equitatum tripartito diuisum, ire cõtra hostem iubet. Pugnatur unà tum omnibus in partibus: consistit agmen: impedimẽta inter legiones recipiuntur: si qua in parte nostri laborare, aut grauius premi uidebãtur, eò signa inferri Cæsar, aciemq; cõuerti iubebat: quæ res & hostes ad insequendũ tardabat, & nostros spe auxilij cõfirmabat. tandẽ Germani ab dextro latere summum iugũ nacti, hostes loco depellunt: fugientes usq; ad flumen, ubi Vercingetorix cũ pedestribus copijs consederat, persequuntur, complureisq; interficiunt. Qua re animaduersa, reliqui ne circumuenirentur ueriti, se fugæ mãdant. omnibus locis fit cædes. Tres nobilißimi Hedui capti ad Cæsarẽ perducũtur: Cottus præfectus equitum, qui cõtrouersiam cum Conuictolitane proximis comitijs habuerat:

* ego' suis

buerat: et Cauarillus, qui post defectionem Litauici pedestribus copijs præfuerat: & Eporedorix, quo duce ante 22
aduentum Cæsaris Hedui cum Sequanis bello contenderãt. Fugato omni equitatu, Vercingetorix copias suas, ut pro castris collocauerat, reduxit: protinusq; Alexiam, quod est oppidum Mandubiorũ, iter facere cœpit: celeriterq; impedimẽta ex castris educi, et se subsequi iussit. Cæsar impedimẽtis in proximũ collem deductis, duabusq; legionibus præsidio relictis, secutus quantũ diei tempus est passum, circiter tribus millibus hostium ex nouissimo agmine interfectis, altero die ad Alexiã castra fecit. Perspecto urbis situ, perterritisq; hostibus, quòd equitatus (quæ maxima parte exercitus cõfidebant) erat pulsus, adhortatus ad laborem milites, Alexiam circunuallare instituit. Ipsum erat oppidum in colle summo admodũ edito loco, ut nisi obsidione expugnari nõ posse uideretur: cuius collis radices, duo duabus ex partibus flumina * subluebãt: ante al. subluabant:
id oppidum planicies circiter millia passuũ tria in longitudinẽ patebat: reliquis ex omnibus partibus colles, mediocri interiecto spacio, parì altitudinis fastigio oppidum cingebant: sub muro, quæ pars collis ad * Orientẽ spectabat, hunc omnẽ locum copiæ Gallorum cõpleuerant, fossamq; & maceriam sex in altitudinẽ pedũ produxerant. Eius munitionis, quæ ab Romanis instituebatur, circuitus 23
xi. millia passuum tenebat. Castra opportunis locis erant posita, ibiq; castella * uigintiria facta: in quibus castellis al. xx iiii.
interdiu stationes disponebantnr, ne qua subitò irruptio fieret: hæc eadem noctu excubitoribus ac firmis præsidijs tenebantur. Opere instituto fit equestre prælium in ea planicie, quam intermissam collibus trium millium passuum in

longitudinem patére, suprà demonstrauimus. summa ui ab utrisq; contenditur. laborantibus nostris Cæsar Germanos summittit, legionesq; pro castris constituit, ne qua subitò irruptio ab hostium peditatu fiat. præsidio legionum
al. addito. * audito, nostris animus augetur; hostes in fugam coniecti, seipsi multitudine impediunt; atque angustioribus portis
al. coaceruant. relictis* coarctantur. Germani acrius usq; ad munitiones sequuntur: fit magna cædes: nonnulli relictis equis fossam transire, & maceriam transcendere conantur. Paulùm legiones Cæsar, quas pro uallo constituerat, promoueri iubet. non minus qui intra munitiones erant Galli perturbantur: ueniri ad se confestim existimantes, ad arma cõclamant: nõnulli perterriti in oppidum irrumpunt. Vercingetorix iubet portas claudi, ne castra nudentur: multis interfectis, cõpluribus equis captis, Germani sese recipiunt. Vercingetorix priusquam munitiones ab Romanis perficiantur, consilium capit omnem à se equitatum noctu dimittere. discedentibus mandat, ut suam quisq; eorũ ciuitatem adeat, omneisq;, qui per ætatem arma ferre poßint, ad bellum cogant: sua in illos merita proponit, obtestaturq;,
al. neu ut suæ salutis rationem habeant, * ne se de cõmuni libertate optimè meritũ, in cruciatũ hostibus dedant: qui si indiligentiores fuerint, millia hominũ octoginta delecta unà secum interitura demonstrat: ratione inita, frumentum se exiguè dierum triginta habere, sed paulò etiam longius tolerare posse parcendo. His datis mandatis, quà erat nostrum opus intermissum, secunda uigilia silentio equitatũ dimittit, frumentum omne ad se referri iubet: capitis pœnam ijs qui non parũerint, constituit. Pecus (cuius magna erat ab Mandubijs cõpulsa copia) uiritim distribuit:

frumen

frumentum parcè & paulatim metiri instituit: copias omnes, quas pro oppido collocauerat, in oppidum recipit: his rationibus auxilia Galliæ expectare, & bellum administrare parat. Quibus rebus cognitis ex perfugis & captiuis, Cæsar hæc genera munitionis instituit. Fossam pedum uiginti latam, directis lateribus duxit, ut eius solum tantundem patéret, quantum summa labra distabant: reliquas omneis munitiones ab ea fossa pedibus CCCC. reduxit. Id hoc consilio, quoniam tantum esset necessariò spacium complexus, * ne facilè totum opus, militum corona cingeretur, neúe de improuiso, aut noctu ad munitiones hostium multitudo aduolaret, aut interdiu tela in nostros operi destinatos conijcere possent. hoc intermisso spacio, duas fossas † quindecim pedes latas eadem altitudine perduxit: quarum interiorem campestribus ac demißis locis aqua ex flumine deriuata compleuit: post eas aggerem & uallum duodecim pedum extruxit: huic loricam, pinnasq; adiecit grandibus ceruis, eminentibusq; ad commissuras pluteorum atque aggeris, qui ascensum hostium tardarent: & turres toti operi circundedit, quæ pedes LXXX. inter se distarent. Erat † eo tempore & materiari, & frumentari, et tantas munitiones fieri necesse, diminutis nostris copijs, quæ longius ab castris progrediebantur: & nõnunquã opera nostra Galli tẽtare, atq; eruptionẽ ex oppido plurib. portis facere summa ui conabantur. Quare ad hæc rursus opera addendum Cæsar putauit, quò minore numero militũ munitiones defendi possent. Itaque trũcis arborũ, haud admodum firmis ramis abscißis, atq; horũ delibratis atq; præacutis cacuminib. perpetuæ fossæ quinos pedes altæ ducebãtur: huc illi stipites demißi, et

24.

nec facilè

al. q̃nos denos

al. uno

ab infimo reuincti, ne reuelli possent, ab ramis eminebãt.
al. uincti al. conuicti quini erant ordines* coniuncti inter se, atque impliciti:
quò qui intrauerãt, se ipsi acutißimis uallis induebãt: hos
25 Cippos appellabant. Ante hos obliquis ordinibus in quin
cuncem dispositis, scrobes trium in altitudinem pedum fo-
diebantur, paulatim angustiore ad summum fastigio. Huc
teretes stipites feminis craßitudine ab summo præacuti
& præusti dimittebãtur, ita ut non amplius quatuor di-
gitis ex terra eminerent. Simul confirmandi & stabilien-
di causa, singuli ab infimo solo pedes tres terra occultabã
tur: reliqua pars scrobis ad occultãdas insidias uiminibus
ac uirgultis integebatur. huius generis octoni ordines du-
cti ternos inter se pedes distabãt: id ex similitudine floris
Lilium appellabant. Ante hæc taleæ pedem longæ ferreis
hamis infixis totæ in terram infodiebãtur, mediocribusq;
intermißis spacijs, omnibus locis disserebantur, quos Sti-
mulos nominabant. His rebus perfectis, regiones secutus
quàm potuit æquißimas, pro loci natura quatuordecim
millia passuũ cõplexus, pares eiusdẽ generis munitiones,
diuersas ab his, cõtra exteriorẽ hostem perficit, ut ne ma-
gna quidẽ multitudine, si ita accidat, eius discessu munitio
nũ præsidia circunfundi possent: neu cũ periculo ex ca-
stris egredi cogerentur, dierum triginta pabulũ frumen-
tũq; habere omneis conuectũ iubet. Dum hæc ad Alexiam
geruntur, Galli concilio Principum indicto, non omneis
qui arma ferre possent (ut censuit Vercingetorix) conuo-
26 candos statuunt, sed certũ numerũ cuiq; ciuitati imperan-
al. frumẽtationem al. Ambarris, dũ, ne tanta multitudine cõfusa, nec moderari, nec discer-
nere suos, nec* frumẽti rationẽ habere possent. Imperant
Heduis, atq; eorũ clientibus, Segusianis,* Ambruaretis,

Au-

Aulercis, Brannouicibus, Brannouijs, millia hominũ triginta quinq; : parem numerũ Aruernis, adiunctis Heluetericis, Cadurcis, Gaballis, Vellaunijs, qui sub imperio Aruernorũ esse consueuerũt: Senonibus, Sequanis, Biturigibus, Santonibus, Rutenis, Carnutib.* uiginti duo millia: Bello uacis, decẽ: totidẽ Lemouicibus: octona Pictonib. et Turonibus, & Parisijs, & * Heluijs, bis sena millia: Ambianis, Mediomatricis, Petrocorijs, Neruijs, Morinis, Nitiobrogibus, quina millia: Aulercis, Cenomanis totidẽ: Atrebatibus quatuor millia: * Bellocasis, Lexobijs, Aulercis, Ebu ronibus, terna: Rauracis & Boijs bina: uniuersis ciuitatibus quæ Oceanum attingunt, quæ q; eorũ consuetudine Armoricæ appellãtur, quo sunt in numero, Curiosolites, Redones, Ambibarij, Cadetes, Osisini, * Lemouices, Vnelli, * sena. Ex his Bellouaci suum numerũ non contulerunt, quòd se suo nomine atq; arbitrio cum Romanis bellũ gesturos dicerẽt, neq; cuiusquam imperio obtemperaturos: rogati tamen à Comio, pro eius hospitio duo millia miserunt. Huius opera Comij, ita ut antea demonstrauimus, fideli atq; utili superioribus annis erat usus in Britannia Cæsar: pro quibus meritis ciuitatẽ eius immunẽ esse iusserat, iura leges q; reddiderat, atque ipsi Morinos attribuerat. Tanta tamen uniuersæ Galliæ consensio fuit libertatis uindicandæ, & pristinæ belli laudis recuperãdæ, ut neque beneficijs, neq; amicitiæ memoria mouerentur, omnes q; et animo & opibus in id bellũ incumberent, coactis equitum VIII millibus, & peditũ circiter CCXL. Hæc in Heduorum finibus recensebantur, numerus q; inibatur, præfecti constituebantur. Comio Atrebati, Viridomaro & Eporedorigi Heduis, Vergasillauno Aruerno cõsobrino

duodena

al. Heluetijs: Suessionibus.

al. Velio casis.

al. Diablintres. al. sex.

Vercingetorigis summa imperij traditur: ijs delecti ex ciuitatibus attribuuntur, quorum consilio belli administraretur. omnes alacres, & fiducia pleni ad Alexiam proficiscuntur: nec erat omnium quisquam, qui aspectū modò tātæ multitudinis sustineri posse arbitraretur, præsertim ancipiti prælio, cùm ex oppido eruptione pugnaretur, et foris tantæ copiæ equitatus peditatusq; cernerentur. At ij qui Alexiæ obsidebantur, præterita die, qua suorū auxilia expectauerant, consumpto omni frumento, inscij quid in Heduis gereretur, concilio coacto, de exitu fortunarū suarum consultabant. Ac uarijs dictis sententijs, quarum pars deditionem, pars dum uires suppeterent, eruptionem censebant: non prætereunda uidetur oratio Critognati, propter eius singularē ac nefariam crudelitatē. Hic summo in Aruernis natus loco, et magnæ habitus autoritatis: Nihil, inquit, de eorū sententia dicturus sum, qui turpissimam seruitutē deditionis nomine appellant: neq; hos habendos ciuium loco, neque ad concilium adhibendos censeo. cum ijs mihi res sit, qui eruptionē probant: quorūm cōsilio omniū* nostrûm cōsensu pristinæ residere uirtutis memoria uidetur. Animi est ista mollicies, non uirtus, inopiam paulisper ferre nō posse. qui se ultrò morti offerant, facilius reperiuntur, quàm qui dolorem patienter ferant. Atq; ego hanc sententiam probarem (* nā apud me multum dignitas potest) si * ullā præterquā uitæ nostræ iacturam fieri uiderē. Sed in consilio capiendo omnem Galliā respiciamus, quā ad nostrum auxiliū concitauimus. Quid hominū millibus octoginta uno loco interfectis, propinquis consanguineisq; nostris animi fore existimatis, si penè in ipsis cadaueribus prælio decertare cogentur? Nolite

al. nostrum pristinæ

al. tantū apud me dig. pot. al. nullā

lite hos uestro auxilio spoliare, qui uestræ salutis causa suũ periculũ * neglexerint: nec stultitia ac temeritate uestra, aut imbecillitate animi, omnem Galliam prosternere, ac perpetuæ seruituti addicere. An quòd ad diẽ nõ * uenerint, de eorum fide ac cõstantia dubitatis? Quid ergo? Romanos in illis ulterioribus munitionibus * animine causa quotidie exerceri putatis? si illorum nuncijs confirmari non potestis, omni aditu præsepto: ijs utamini testibus, appropinquare eorum aduentũ, * cuius rei timore exterriti, diem noctemq; in opere uersantur. Quid ergo? Mei cõsilij est facere, quod nostri maiores nequaquam pari bello Cimbrorum Teutonumq; fecerunt, qui in oppida cõpulsi, ac simili inopia subacti, eorũ corporibus qui ætate inutiles ad bellum uidebantur, uitã tolerauerunt, neq; se hostibus tradiderunt: cuius rei exemplum si nõ haberemus, tamen libertatis causa institui, & posteris prodi, pulcherrimum iudicarẽ. Nã quid * huic simile bello fuit? de populata Gallia, magnaq; illata calamitate, Cimbri finibus nostris aliquando excesserunt, atq; alias terras petierunt: iura, leges, agros, libertatem nobis reliquerunt. Romani uerò quid petũt aliud, aut quid uolunt, nisi inuidia adducti, quos fama nobiles potentesq; bello cognouerunt, horum in agris ciuitatibusq; considere, atq; his æternã iniungere seruitutẽ? neq; enim unquam alia conditione bella gesserunt. Quòd si ea quæ in longinquis nationibus geruntur, ignoratis, respicite finitimã Galliã, quæ in prouinciã redacta, iure & legib. cõmutatis, feris securibus subiecta, perpetua premitur seruitute. Sententijs dictis constituunt, ut * q ualetudine aut ætate mutiles sunt bello, oppido excedãt, atq; omnia prius experiantur, quàm ad Critognati sen-

al. neglexerunt

al. uenerunt,

al. sine causa

al. q huic

al. illi

al. ij qui

sententiam descendant. Illo tamen potius utendũ consilio, si res cogat, atque auxilia morentur, quàm aut deditionis aut pacis subeundam conditionẽ. Mandubij qui eos oppido receperãt, cum liberis atq; uxoribus exire coguntur. ij cùm ad munitiones Romanorum accessissent, flentes omnibus precibus orabant, ut se in seruitutẽ receptos cibo iuuarent. Hos Cæsar dispositis in uallo custodijs recipi prohibebat. Interea Comius, & reliqui duces, quibus summa imperij permissa erat, cũ omnibus copijs Alexiã
mille perueniũt: et colle exteriore occupato, nõ longius * quim gentis passibus à nostris munitionibus considunt. Postero die, equitatu ex castris educto, omnem eam planiciem quã in longitudinem tria millia passuum patére demonstrauimus, complent: pedestresq; copias paulùm ab eo loco abditas in locis superioribus constituunt. Erat ex oppido Alexia despectus in campum: concurritur: his auxilijs uisis, fit gratulatio inter eos, atq; omniũ animi ad lætitiam exci tantur. Itaq; productis copijs, ante oppidũ considunt, &
al. integrant, proximã fossam cratibus * integunt, atq; aggere explent, seq; ad eruptionem atq; omnes casus comparant. Cæsar omni exercitu ad utranq; partem munitionum dispositio, ut si usus ueniat, suum quisq; locum teneat, & nouerit: equitatum ex castris educi, & prælium committi iubet. Erat ex omnibus castris, quæ summum undiq; iugum tenebant, despectus: atq; * omniũ militũ intenti animi pugnæ
al. oẽs milites intenti animis euentũ expectabãt. Galli inter equites, raros sagittarios, expeditosq; leuis armaturæ interiecerãt: qui suis cedentibus auxilio succurrerent, & nostrorum equitum impetũ sustinerent: ab ijs complures de improuiso uulnerati, prælio excedebant. Quum suos pugna superiores esse Galli consi-

confiderent, & noſtros premi multitudine uiderent: ex omnibus partibus, & ij qui munitionibus continebantur, & ij qui ad auxiliũ conuenerãt, clamore & ululatu ſuorum animos confirmabant. Quòd in conſpectu omniũ res gerebatur, neq; rectè aut turpiter factum celari poterat, utroſq; & laudis cupiditas, & timor ignominiæ ad uirtutem excitabat. Quũ à meridie propè ad ſolis occaſum dubia uictoria pugnaretur: Germani una in parte confertis turmis, in hoſtes impetum fecerunt, eoſq; propulerunt: quibus in fugam coniectis, ſagittarij circumuenti interfecti ſunt. Item ex reliquis partibus noſtri cedentes uſq; ad caſtra inſecuti, ſui colligendi facultatem non dederũt. At ij qui ab Alexia proceſſerant, mœſti propè uictoria deſperata ſe in oppidũ receperunt. Vno die intermiſſo, Galli, atq; hoc ſpacio, magno cratiũ, ſcalarum, harpagonum numero effecto, media nocte ſilentio ex caſtris egreſſi, ad campeſtres munitiones accedunt. Subitò clamore ſublato, (qua ſignificatione qui in oppido obſidebantur, de ſuo aduentu cognoſcere poſſent) crates proijcere, fundis, ſagittis, lapidibus noſtros de uallo deturbare, reliquaq; quæ ad oppugnationẽ pertinent, adminiſtrare. Eodem tẽpore clamore exaudito, dat tuba ſignum ſuis Vercingetorix, atq; ex oppido educit. Noſtri, ut ſuperiorib. diebus ſuus cuiq; erat locus attributus, ad munitiones accedunt, fundis libralibus ſudibuſq; quas in opere diſpoſuerant, ac glandibus Gallos perterrent: proſpectu tenebris adempto, multa utrinq; uulnera accipiuntur, complura tormentis tela conijciuntur. At M. Antonius & C. Trebonius legati, quibus eæ partes ad defendendũ obuenerant, qua ex parte premi noſtros intellexerant, ijs auxilio ex ulterioribus

caſtellis

castellis deductos summittebant. Dum longius ab munitione aberant Galli, plus multitudine telorum proficiebant: posteaquã propius successerunt, aut seipsi stimulis inopinantes induebant, aut in scrobes delapsi transfodiebãtur, aut ex uallo & turrib. traiecti pilis muralibus interibant. multis undiq; uulneribus acceptis, nulla munitione perrupta, cùm lux appareret, ueriti ne ab latere aperto ex superiorib. castris eruptione circunuenirẽtur, se ad suos receperunt. At interiores dum ea quæ à Vercingetorige ad eruptionem præparata erant, proferũt, priores fossas explent: diutius in his rebus administrandis morati, prius suos disceßisse cognouerũt, quàm munitionib. appropinquarent: ita re infecta in oppidũ reuerterunt. Bis magno cum detrimento repulsi Galli, quid agant, cõsulunt: locorum peritos adhibent, ab his superiorum castrorum situs, munitionesq; cognoscunt. Erat à Septentrionibus collis, quem quia propter magnitudinẽ circuitus opere circumplecti non potuerant nostri, necessariò penè iniquo loco, & leniter decliui castra fecerunt. Hæc C. Antistius

al. C. Cã. Rebilus Reginus, & * L. Caninius Regulus legati cũ duab. legionibus obtinebant. cognitis per exploratores regionibus, duces hostium LX millia ex omni numero deligunt earũ ciuitatum, quæ maximam uirtutis opinionem habebant: quid, quoq; pacto agi placeat, occultè inter se cõstituunt: adeundi tempus definiunt, quum meridies esse uideretur. ijs copijs Vergasilaunũ Aruernum unum ex quatuor ducibus propinquum Vercingetorigis præficiunt. Ille ex castris prima uigilia egressus, propè confecto sub lucem itinere, post montem se occultauit, militesq; ex nocturno labore sese reficere iußit. quum iam meridies appropin-

quare

quare uideretur, ad ea castra quæ suprà demonstrauimus, contendit: eodemq; tempore equitatus ad campestres munitiones accedere, & reliquæ copiæ sese pro castris ostendere cœperunt. Vercingetorix ex arce Alexiæ suos cõspicatus, ex oppido egreditur: * à castris longurios, musculos, 27
falces, reliquaq; quæ eruptionis causa parauerat, pro- al. ra-
fert: pugnatur uno tẽpore omnibus locis, atq; omnia ten- stros, lõgur.
tãtur. quæ minimè uisa pars firma * esset, huc cõcurritur. al. est.
Romanorum manus tantis munitionibus distinetur, nec facilè pluribus locis occurrit. Multum ad terrendos nostros ualuit clamor, qui post tergum pugnantibus extitit, quòd suum periculum in aliena uident uirtute consistere.
Omnia enim plerunq; quæ absunt, uehementius hominũ 28
mentes perturbant. Cæsar idoneum locum nactus, quid quaque in parte geratur, cognoscit: laborantibus summittit: utrisq; ad * omnia occurrit: unum illud esse tepus prædicat, quo maximè contendi conueniat. Galli nisi per- al. animũ occurrit, un. ill. esse tẽp°, q̃
fregerint munitiones, de omni salute desperant: Romani si rem obtinuerint, finẽ laborum omnium expectant. Maximè ad superiores munitiones laboratur, quò Vergasilaunum missum demonstrauimus. * Exiguũ loci ad decliui al. Iniquum
tatem fastigium magnum habet momentum. Alij tela cõijciunt, alij testudine facta subeunt: defatigatis inuicem integri succedunt: agger ab uniuersis in munitionem coniectus, & ascensum dat Gallis, & ea quæ in terra occultauerant Romani, contegit: nec iam arma nostris, nec uires suppetunt. Iis rebus cognitis, Cæsar Labienum cum cohortibus sex subsidio laborãtibus mittit: & imperat, si sustinere nõ poßit deductis cohortibus, eruptione pugnaret: id nisi necessariò, * nõ faciat. Ipse adit reliquos, cohortatur al. ne

ne

ne labori succumbant: omniũ superiorum dimicationum fructũ in eo die atq; hora docet cõsistere. Interiores, desperatis campestribus locis, propter magnitudinẽ munitionum, loca prærupta ex ascensu tentant: huc ea quæ paraverant, conferũt: multitudine telorum ex turribus propugnantes deturbant: aggere & cratibus* aditus expediunt: falcibus uallum & loricã rescindunt. Cæsar mittit primò Brutum adolescentẽ cum cohortibus sex, pòst cum alijs septem Fabium legatum: postremò ipse, cùm uehementius pugnaretur, integros subsidio adducit. Restituto prælio, ac repulsis hostibus, eò quò Labienũ miserat, contendit. cohortes quatuor ex proximo castello educit: equitum se partem sequi, partẽ circumire exteriores munitiones, & ab tergo hostes adoriri iubet. Labienus postquam neq; aggeres, neq; fossæ uim hostiũ sustinere poterãt, coactis undequadraginta cohortibus, quas ex proximis præsidijs deductas fors obtulit, Cæsarem per nuncios facit certiorem, quid faciendum existimet. accelerat Cæsar ut prælio interfit. eius aduẽtu ex colore uestitus cognito (quo insigni in prælijs uti cõsueuera) turmis equitũ, & cohortibus uisis, quas se seq; iusserat, ut de locis superioribus.* hæc decliuia & deuexa cernebantur, hostes committunt prælium. Vtrinq; clamore sublato, excipitur rursus ex uallo atq; omnibus munitionibus clamor. Nostri emissis pilis, gladijs rem gerũt. repẽtè post tergum equitatus cernitur, cohortes aliæ appropinquãt. Hostes terga uertũt, fugientibus equites occurrunt, fit magna cædes. Sedulius dux & princeps Lemouicũ occiditur, Vergasillaunus Aruernus uiuus in fuga comprehenditur: signa militaria septuagintaquatuor ad Cæsarem referuntur: pauci ex tanto numero

al. fossas explent:

al. ac declíuib. et deuexis

mero se incolumes in castra recipiunt. Conspicati ex oppido cædē & fugam suorū, desperata salute, copias à munitionibus reducunt: fit protinus, hac re audita, ex castris Gallorū fuga: quòd nisi crebris subsidijs, ac totius diei labore milites fuissent defessi, omnes hostiū copiæ deleri potuissent. De media nocte missus equitatus, nouissimum agmen consequitur: magnus numerus capitur, atque interficitur, reliqui ex fuga in ciuitates discedūt. Postero die Vercingetorix concilio conuocato, id se bellum suscepisse nō suarum necessitatū, sed communis libertatis causa demonstrat: & quoniam sit fortunæ cedendum, ad utranq; rem se illis offerre, seu morte sua Romanis satisfacere, seu uiuū tradere uelint. Mittūtur de his rebus ad Cæsarem legati: iubet arma tradi, principes produci: ipse in munitione pro castris consedit: eò duces producuntur. Vercingetorix deditur, arma proijciuntur: reseruatis Heduis atque Aruernis, si per eos ciuitates recuperare posset, ex reliquis captiuis toto exercitui capita singula prædæ nomine distribuit. His rebus confectis, in Heduos proficiscitur, ciuitatē recipit: eò legati ab Aruernis missi, quæ imperaret, se facturos pollicentur. Imperat magnum numerū obsidum, legiones in hyberna mittit: captiuorum circiter XX. millia Heduis Aruernisq; reddit. T. Labienum cum duabus legionibus & equitatu in Sequanos proficisci iubet. Huic M. Sempronium Rutilium attribuit. C. Fabium & L. Minutium Basilium cum duabus legionibus in Rhemis collocat, ne quam à finitimis Bellouacis calamitatem accipiāt. C. Antistium Reginum in Ambibaretos, T. Sextium in Bituriges, C. Caninium Rebilum in Rutenos cum singulis legionibus mittit: Qu. Tullium Ciceronem, et Publium

blium Sulpitium Cabilloni, & Matiſconæ in Heduis ad Ararim rei frumentariæ cauſa collocat: ipſe Bibracte hyemare conſtituit. Huius anni rebus cognitis, Romæ dierum xx. ſupplicatio indicitur.

IN C. IVLII CÆSARIS COMMENTARIORVM DE BELLO GALLICO, LIB. VII. HEN. Glar. Annotationes.

IN ſeptimo libro ſeptimi anni cõtinetur hiſtoria belli Gallici qui fuit annus DCCII. ab urbe condita, Cn. Pompeio Coſ. ſolo: in quo libro hæc habẽtur ordine. Motus Galliarum à Carnutenſium audacia ortus, Vercingetorigis ambitio & ſtudium recuperandę libertatis, qui ſtatim Bituriges, Auernos, alioſq; populos cõcitat. Cęſar legiones magna induſtria omnes cogit. Vercingetorix Boiorum oppidum *oppugnare* inſtituit. Cæſar cùm illis auxilio eſſe uellet, Vellaunodunum, Genabum, & Nouiodunum oppida in itinere expugnat: deſiſtit Vercingetorix ab oppugnatione Boiorum: perſuadet Biturigibus, ut omnia, quæ munita non ſint oppida, ſuccendant, quo Cæſarem pabulatione intercludant. Cæſar Auaricũ oppidum cepit, in Heduis ſeditionem ſedat: cum Labieno copias partitus Gergobiam obſedit, interim Hedui fraude Cõuictolitanis Litauiciq; deficiunt à Romanis. Cæſar apud Gergobiam militum audacia malè pugnat. Viridomari & Eporedorigis Heduorum inſignis narratur perfidia. Labienus contra Pariſios feliciter pugnat. Deficit tota Gallia præter Rhemos, Treuiros, & Lingones. Cæſar cum Labieno in Sequanos cedit, conſequuntur Galli duce Vercingetorige. Fit prælio, in quo Cæſar victor Alexiam oppidum Mandubiorum, in quod Vercingetorix confugerat, magnis munitionibus oppugnat. Conuenit uniuerſa Gallia Cæſarem oppugnatum: ubi Cæſar rurſus maxima pugna uicit, oppido potitur, Vercingetorigemq; cepit.

Deſpe-

Desperatis hominibus Genabum dato, &c. 1.

Genabum ad Ligerim amnem oppidum sesqui diei itinere à Lutetia, hodie Aurelia dicitur, ut est communis existimatio. Pontem per Ligerim habet elegantissimum: hæc sedes est ducum Aurelianensium.

Expellitur ex oppido Gergobia. 2.

Gergobia uero oppidũ Aruernorũ est, enamnũ hodie celebre. Gergobina uero oppidum Boiorum, quod illis Hedui in bello Heluetico ex iussu Cæsaris dederunt. Sed nomina confusa sunt.

Cadurcos, &c. 3.

Cadurcos Ptolemæus ad Canellum flumẽ constituit, propinquos Santonibus & Rhedonibus, hodie Caors, ut putãt. Cæsar aut hos esse sub imperio Aruernorum. Turoni autem ciuitatem hodie ad Ligerim habent. Diui Martini sepulchro claram.

Aulercos. 4.

Ptolemæus, ut lib. 2. diximus, triplices facit Aulercos, Diaulitas, Eburaicos & Cœnomannos. Sed hæc nomina apud Cæsarẽ aliquãtum uariata sunt, ut ibidem diximus. Præterea nonnunquam coniunctim, nonnunquam distinctim, magna codicum uariatione ponuntur.

Lemouices. 5.

Lemouices Ptolemæo uicinos facit Rhedonibus, Cadurcis & Pictonibus. Sed post secundam syllabam quidam codices u ponunt, quidam n, atque inde parati sunt duo populi, quos ego unum fuisse existimo.

Andos. 6.

Andes tertia declinatione ad finem libri secundi usurpauit Cæsar, & Hircius lib. 8. genitiuum pluralem Andium protulit, ideoq; hoc in loco Andes legendum puto, non Andos.

In Ruthenos mittit. 7.

Dictum est superius quosdam duplices facere Ruthenos, prouinciales, & non prouinciales. Hic itaq; de prouincialibus loqui uidetur.

Ipse in Bituriges. 8.

Bituriges Ptolemæus duplices facit: Vbiscos, quos ad mare ponit, uicinos ostijs Garumnæ fluuij: Oecubos, quorum oppidum Auaricum ponit, quod Cæsar cepit, miserrimeq; diripuit. De posteriorib. hic intelligimus, uulgo Burgenhã, Vbiscos hodie Prodeaulx uocãt.

Progressus in Nitiobriges. 9.

Nitiobriges populi Narbonensis Galliæ apud Ptolemæum, uicini Ruthenis, hodie montem Pessulanum uocant, uulgò Montpelier. De Gabalis nihil certi asserimus, quàm Nitiobrigibus fuisse uicinos. Cæsar postea ait, sub clientela Aruernorum fuisse.

Præsidia in Ruthenis, prouincialibus. 10.

Hoc in loco coniungenda uidentur bina nomina, Ruthenis prouincialibus, & Volcis Arecomicis. Nam utrique duplices sunt, ut in superioribus dictum est, & in sequentibus suis locis plura dicentur.

In Heluios, qui fines. 11.

Heluij qui sint. Cæsaris uerba satis declarant. Meminit & Plin. lib. 3. cap. 4. Albæ Heluiorum: ut rectè Marlianus existimarit hodie Albinam dici.

Etsi mons Gebenna. 12.

Gebenna qui mons sit, non minus clarum est. Cæterùm ingens error est, de quo lib. 1. admonuimus, qui Geneuam hodie Gebennas uocant: cum hæc urbs sit inter Allobrogas & Heluetios. Mons autem Gebenna inter Aruernos & Heluios, longissimo ab Geneua tractu. Meminit eius etiam Plin. lib. 3. cap. 4. Videtur autem hic mons admodum longus fuisse ab Occasu in Ortum, cum Cæsar (ut postea in hoc adeo lib.) inter Elauerem & Ligerim amnes conclusus dicat, ita in Prouinciam monte Gebenna impediri.

Altero die cùm ad oppidum Senonum Vellaunodunum. 13.

Vellaunodunum Senonum oppidum est, qui autem Villam nouã Lotharingiæ intelligunt, uehementer errant. Neque enim uspiam Lotharingia hoc Cæsaris iter attingit. Nam ab Agendico altero die eò uenit Cæsar, & rursus ab eo biduo cum legionibus Genebum. Quam quam haud scio, num proximo itinere.

In uia Nouiodunum oppugnare. 14.

Nouiodunum trium oppidorum nomen, in Suessionibus, ut lib. 2. in Biturigibus, ut hic: in Heduis, ut postea in hoc libro. Cæterùm hoc loco necesse est Nouiodunum esse eo itinere, quo ab Aurelia itur in Bituriges.

Fratrem à fratre renunciatum. 15.

Renunciari, id est, publicè nuncupari, & audibili uoce præconis proclamari, qui in magistratu succedat.

Secundum flumen Elauer duxit. 16.

Secundùm fluuium Elauerem duxit exercitum, propterea quòd

eum

eum superare non poterat. Est autem fluuius in Aruernis, hodie Alier, non longè à Gergobia, quod oppidum hodie putant Claremontensem nominari. Cæsar in accessu quintis castris ab Elauere uenit. Gergobiam, in di[illegible]ssu uerò ad idem flumen ab eodē oppido triduo peruenit: nō igitur est Gergobia ad Elauerem, ut putauit Marlianus.

Melodunum peruenit. 17.

Melodunum oppidum est decem leucas supra Leutetiam in tria parua oppidula diuisum, quemadmodum ipsa urbs Parisiensis nostra ætate. Quod si Agendicum est inter Sequanam & Matronam, ut indicat Marlianus, quod Prouius hodie appellari putat, uix expedimus in utra parte primùm aggressus sit Lutetiā Labienus, à Belgarūmne regione, an Celtarum: in utraq; enim flumē transeundum erat, hac Sequana, hac Matrona, ut semper ab impedimētis legiones flumine separari necesse esset. Item hoc quoq; dubium, in utra Lutetiæ parte fuerint paludes, in eāne, ubi hodie uniuersitas, an ubi maior urbs. Sed hæc studiosis examinanda relinquimus.

Bellouaci autem defectione. 18.

Erant enim Bellouaci in fide Heduorū omni tēpore, ut ait Cæsar libro 2.

Namq; altera ex parte Bellouaci. 19.

Hic locus propemodum conuincit Labienum in Belgarum littore tunc fuisse, ubi Bellouaci instabant: Camulogenum autem in littore Celtico, & Agēdicum quoq; in Celtis oppidum fuisse, nisi dicamus, Si Labienum in Celtis fuisse credimus hoc loco, & in Belgas contendisse. Matronæ pontes in Romanorum manu fuisse, aut Cæsarem Matronæ oblitum, & Sequanæ duntaxat meminisse, cū dicit: Tum legiones à præsidio atq; impedimentis intercluſas maximum flumen distinebat.

Et parua manu Metiosedum. 20.

Metiosedum alij Iosedum nominant, oppidum paululū supra Parisios, non autem supra Melodunum, ut Marlianus tradit: quod ex Labieni castris, quæ è regione Lutetiæ erant, facilè quis colliget. hodie Corbel nominatur, ut quidam existimant. Quod si uerū est, Agendicum prorsus in Celtis est, non inter Matronam & Sequanam, ut constituit Marlianus. Sed Lector ea de re, quid potissimum sequēdum, cogitet.

Sebusianisq;, qui sunt finitimi ei, &c. 21.

Sebusianos Cæsar libro primo, extra prouinciam ultra Rhodanum primos esse dicit, uicini igitur Allobrogibus & Heduis, & Heduorum clientes inter Geneuam & Lugdunum, paululum ad Septentrionem. Cæterùm hoc in loco de populis sequentibus notandum, quòd Allobroges, Heluij & Volcæ Arecomici pro Romanis erant: Gabali uerò, Aruerni, Rutheni & Cadurci, contra Romanos. Le-

gendum autem est, ad fines Volgarum Arecomicorum depopulãdo̅ mittit, ablata coniunctione Quam, ut unus intelligatur populus, non duo, quod superius etiam admonuimus de Volgis Tectosagibus.

Et Eporedorix. 22.

Non erat autem ille, de quo in superioribus habitum est, ubi de Viridomaro.

Circuitus XI. *millia passuum.* 23.

Posthea dicturus est, quatuordecim millia passuum. Quare uel codices errant, uel postea maius spacium complexus est. Quidã aliter hũc nodum expediunt, Cæsarem superius munitionem aduersus oppidanos ostendisse, hic uerò aduersus exteriores hostes, quos propediem uenturos sciebat. Necesse autem esse exteriorem circuitum interiore maiorẽ intelligi. Quod si uerũ est, oportebit uerba illa Cæsaris quæ postea ponit (His uerbis perfectis, & regiones secutus, quàm potuit æquissimas, pro loci natura XIIII. millia passuum complexus) referre ad sequentia uerba (pares eiusdem generis munitiones, &c.) Quanquam durè sonat, quod subnectit, diuersas ab his, pro ab illis. Sed lector iudicet, res non est magni admodum momenti.

Fossam pedum uiginti latam, directis, &c. 24.

In genere munitionum Iucundus uerba Cæsaris partim non intellexit, partim illis aliquid de suo addidit. Duas fossas (inquit Cæsar) quinos denos pedes latas, eadem altitudine perduxit. Hoc Iucundus ita accepit, quasi utraq; quindecim pedes etiam alta fuerit. At ego puto Cæsarẽ dicere, fossas duas quinos denos pedes latas fuisse, & eadem quidem altitudine inter se: cæterùm quanto pedum numero, hoc eum non dicere, sicut nec primæ fossæ altitudinem expressit: etiamsi Iucundus postea id quoq; adiecerit, non Cæsaris, sed suis uerbis. Deramis autem cipporum adiectiuum, abscisis, omittit, non absq; sensus iniuria. Neq; enim permanebãt rami infirmi, sed firmi manebant, infirmi abscindebantur. De lilijs uerò hæc Cæsaris uerba non paruã habent difficultatẽ. Simul confirmandi (inquit) & stabiliendi causa singuli ab infimo solo pedes, terra exculcabantur. In uetustiore codice legebatur: Singuli ab infimo solo pedes tres terra exculcabantur. Sed terni pedes scrobium (ut Cæsar ait) sub terra erant: è quibus intelligo, singulos tum pro stabiliendis stipitibus completos, tum postimmissos stipites conculcatos terra, ita ut relinquerentur adhuc bini pedes pro longitudine tibiæ ad uulnerandum corpus acie stipitis. Ergo singuli pedes constituendum. Quidam ternos pedes scrobium rectos existimãt, ac præterea teretes stipites infimo solo fixos, ut incidentes, inguina ac podices læderent: quod Cæsaris uerbis, quæ pòst sequentur, conforme est. Aut enim de Gallis, Aut in scrobes delapsi transfodiebantur.

Aut

Ante hos obliquis ordinib.in quincuncĕ dispositis. 25.

Quincuncialis ordo unde dictus sit, multi eximij uiri nostra ætate anxiè inquisiuerunt, de quorum numero Guilh. Budæus est: idem lib. 1. de Asse dubitat: neq; ego id certè assero, uerùm opinione mea libe rè pronunciata, Lectori iudiciũ relinquo. Quincuncialĕ igitur ordinẽ putedictũ, quasi quinpunctialĕ, à quinq; punctis. Cæterùm quòd hęc uox difficilis prolatu esset, & nonnihil inepti sono inferẽs, atq; adeò ingratũ auríb. deflexit Romani eloquij cõsuetudo in id quod proxi mũ aloqui & in usu frequenti erat. Quincuncialis pro Quinpunctia lis appellitans. Est igitur Quincuncialis ordo, quĕ in quouis qua drato centro ipsius quatuor anglorum punctis comparat, aspectu e nim sic fiunt quinq; hoc modo:



Quòd si plura quadrata cõnecti intelligamus, ea merget totius ingeri for ma sub ordine & aspectu Quinpunctiali (ut ita lo quamur) ad hanc formã. Paucis itaq; his uerbis & quid sit Quincuncialis ordo, & cur ita dict⁹, puto Lectori perspicuũ. Nã ex Ciceronis, Quinctiliani, atq; aliorũ autho rum uerbis, quæ Budęus adducit, neutrũ ita lucidè expedias, ut Lector non uehemẽter hæreat.

Imperant Heduis atq; eorum clientibus. 26.

Vix est alius totis hisce Commentarijs locus, æquè atq; hic de pravatus, nemine à multis annis de hoc numero curante, quo pa to partes summæ responderent. Itaq; & anxia cura, & summa adhibi ta diligentia, inspectis exemplaribus, eum magna ex parte restituis se confidimus. Quanquam in populorum nominibus aliquot hære mus, nec absq; causa iudicium nostrum Lectori committimus. Notan dum itaq; est, Cæsarem oppidò pulchra ratione hanc descriptionem instituisse, nempe ut potentissimos quosque populos primùm enu meraret, deinde minus potentes postponeret. Quo ordine Hedui ac Aruerni iure præcedunt: quippe quibus & lata regio, & ma gnæ erant clientelæ; ideoque & maximum ijs dedit numerum,

uidelicet tricena quina millia, quæ summa crescit in septuaginta nil lia, Sequuntur deinde populi minores sex, Senones, Sequani, Bituriges, Santones, Ruteni, Carnutes, quibus duodena tribuit millia, non 22. millia, ut falsò habent corrupti codices. Summa igitur horum populorum excrescit in 72. millia. Bellouaci 10. millia dari iussit, duo miserunt: ratio paulo pòst à Cæsare redditur. Lemouices 10. millia miserunt. Octona millia, 4. duntaxat populi Pictones, Turoni, Parisij ac Heluij. Nam hic distinguendum est colo, quod coniunctio &, ter posita, satis indicat. Summa 32. millia. Porrò deinde nouus series inchoandus à Suessionibus (ita enim legendum est, non Senonibus, quandoquidem hi iam numerati sunt) Ambianis, Mediomatrici, Petrocorijs, Nerujjs, Morinis, Nitiobrigibus, quibus quina millia imperata sunt, sicut & Aulercis Cœnomannis, quos ideo seorsum numerat, ne uiderentur duo populi, cum sit unus. Summa octo horum populorũ 40. millia. Atrebatibus imperata 4. millia. Terna cũt millia tribus populis, Bellocasis, Lexobijs, ac Aulercis Eburouicis. Est enim & hic unus, non duo populi. Vides ut ab duodenis millibus deuentum sit ad terna millia. Boijs igitur ac Rauracis ex hactenus seruato descriptionis ordine minor numerus competet, ut ciuitatibus duabus perexiguis, bello etiam ante sexennium Heluetico attritis. Præterea Boijs, ut exulibus ab Heduis receptis, quemadmodum lib. 1. narrauit Cæsar. Bina igitur ijs millia attribuenda, non 30. millia, aut pessimè omnes errant codices. Postremò Armoricæ ciuitates proportione minimum dederunt numerum, utpote longius ab Heduis distantes, quod de Treueris quoq; superius dixit Cæsar. Itaque his neutiquam distributiuum nomen dandum, sed 6. millia in uniuersum illis imperata intelligendum. Sed age nunc, si libet omnium summã colligamus primis illis numerabilibus citra distributionem, & notis item numerorum characteribus. Heduorum ac Aruernorum pone 7000. Octo deinde populorum 72000. His adde Bellouacorum 2000. Lemouicum 10000. Rursus 4. populorum 32000. & 8. popurorum 40000. Atrebatium 4000. Trium populorum 9000. Duorum 4000. Postremò Armoricarum ciuitatum 6000. & emerget summa omniũ 249000. Cæsar 8000. equitũ ponit, peditum 240000, rotundo magis numero quàm iusto: debebat enim ponere peditum 241000. Sed pro uno milliario libuit dicere circiter. Quapropter si ita, quemadmodum recensuimus, legantur, & ordo Cæsariæ descriptionis, quæ maximũ quenq; numerum primo quoq; loco ponit, seruabitur, & equites in numerum generalem illum, summæ omniũ, uenient. Denicq; illud, quòd circiter Cæsar dixit, explicabitur, cũ duntaxat unus millenarius in summa omittatur. Non existimo difficile post tam exactam omnium numerorum supputationẽ, uel parum etiam exercitatis in arithmeticis, uidere, si sex post Heduos ac Aruernos populis demus 22000. ut uulgò codices habent, Rauracis ac Boijs 3000. denicq; Armoricis ciuitatibus sena millia, id est 42000, quantum is numerus superaturus fuerit Cæsaris summam,

mam. Rursus si Rauracorum fortassis ac Boiorum ad nostram summã diminuemus, quantũ defecturus ab eadem Cæsaris summa. Quapropter non magnopere diffidimus apud optimos quosq; Lectores, posteaquam hanc nostram diligentiam penitùs introspexerint, calculũ huic nostræ opinioni addituros. Obiter etiam hoc Latinè linguæ studiosis considerandum, quàm latinè ac propriè Cæsar distributiuis, ubi debuit, tota hac populorum nomenclatura utatur. De Heduis uno populo 25. millia, inquit, non tricena quina. De Aruernis parem numerum, de sex cõtinuò sequentibus populis duodena, nõ duodecim, ut singulis 12. millia imperata intelligamus. Rursus de Bellouacis 10 millia, totidem de Lemouicibus, Octona inde de 4. populis. Quina de septem, totidem de uno. Et rursus de Atrebatibus, uno etiam populo, 4. millia: continuò de tribus terna, de duobus bina: de universis Armoricis ciuitatibus non sena, quæ immensa summa futura erat, sed sex protulit. Nunc de populorũ nominibus paucula subnotanda uidentur. In Heduorum clientibus pro Ambruaretis, quod alibi Ambilartis legitur, uide num legendum sit Ambarri, qui Heduorum necessarij ac consanguinei lib. 1. dicuntur. Aulerci autem ibidem uocabulum mihi prorsus suspectũ. Triplices enim sunt Aulerci, ut suprà habitum est, nec ullum his additur cognomen, cùm alteri Cœnomanni, alteri Eburones paulo pòst nominentur, & Diablintres inter Armoricas ciuitates facilè numerari queant. In Aruernorum clientibus Heleueteris, non Helueteris legendũ, Celtica lingua Hellhuter, ut Heluetij Hellueter, quasi à Dite prognati, ut præcedente libro refert Cæsar. De Suessionibus paulo antè admonuimus: nec obstat uel quod lib. 8. Rhemi dicant ad Cæsarem, Suessiones optimè de Repub. meritos. Nam hæc propè totius Galliç insania erat: uel quòd ipsorũ Rhemorum clientes erãt, cum Carnutes eorundem clientes hic adfuerint. Porrò Bellocasси Celtarum est populus, Verocasses autẽ Belgarum. Sed declinatio mirè uaria apud autores legitur. Inter Armoricas ciuitates tria nomina mihi suspecta, Ambibarij, Cadetes & Lemouices. Confer populum, quæ Armoricarum ciuitatum sunt, nomina lib. 2. ad finem, & 3. de bello Veneto, si fortè pro Ambibarijs Ambellates legendũ, & pro Cadetibus Nannetes, pro Lemouicibus Diablintres. Lemouices enim antea numerati sunt: quanquam codex Aldinus prius nomen per u consonantem scribit, hoc per n: quo autore, comminisci non potui: mihi sanè non probatur. Scio apud Ptolemæum Galecos, siue Galletos, in extremo Septentrionali latere Lugdunẽsis Galliæ numerari, si fortassis quis eos Cadetes à Cæsare nominari contendat. Galletos certè Plinius nominat cum Lexobijs cap. 18. lib. 1. Et in Ptolemæi Græco codice ΚΑΛΛΗΤΑΙ legitur. Vix me expedio, minusq; definio quid potissimum in hac re sequendum. Lector iudicet. Sed age nunc, cum adiuuandæ memoriæ gratia, tum ut in posterum minus locus corrumpi queat, totius descriptionis huiusmodi typum adscribamus.

70000 — Hedui 35000. cum suis clientib. quos hoc loco ponit Cæsar, cum: Segusianis. Ambruaretis. Aulercis. Brannouicibus. Brannouijs. Heleuteris.

Aruerni 35000. cũ suis item clientibus, cum: Cadurcis. Gaballis. Vellaunis, quos alij Vellaunos uocant.

72000 — Senones 12000. Sequani 12000. Bituriges 12000. Santones 12000. Rutheni 12000. Carnutes 12000.

Bellouaci 2000. Decem millia his imperata erant, sed duo duntaxat miserunt.

Lemouices 10000.

32000 — Pictones 8000. Turoni 8000. Parisii 8000. Heluij 8000. Quatuor hi populi neutiquam cum sequentib. sunt coniungendi.

Sueßio-

40000 { Sueßiones 5000 — Ambiani 5000 — Mediomatrici 5000 — Petrocorij 5000 — Neruij 5000 — Morini 5000 — Nitiobriges 5000

Senones antea numerati sunt, hic igitur Sueßiones legendum.

Aulerci Cœnomanni 5000. Aulerci Cœnomãni, unus populus, non duo: sicut paulo pòst Aulerci Eburones.

9000 { Atrebates 4000 — Bellocasses 3000 — Lexobij 3000 — Aulerci Eburones 3000

4000 { Rauraci 2000 — Boij 2000

Paruæ hæ erant ciuitates, & nuper bello Heluetico attritæ. Ineptè igitur his 30000. codices quidam attribuunt.

6000 { Curiosolites — Rhedones — Ambibarij — Cadetes — Osißmi — Lemouices — Vnelli

Summa omnium 249000.

A castris

A castris longurios, musculos, falces. 27.

Musculus propemodum ut uinea instrumentum est ad subeundas munitiones, minus quidem uineis, sed firmius. Cæterùm pro (à castris) quod hic nihil ad sensum facit, puto legendum rastros. Et planè uetus codex non habebat præpositionem à. Vnde non dubito scripturam uitiatam.

Omnia enim plerunq; quæ absunt. 28.

Horatius Ode prima Epodon: Minore fum futurus in metu, qui maior absentes habet. Item non ita multo pòst. Agger (inquit) ab uniuersis in munitionem coniectus, & ascensum dat Gallis, & ea quæ in terram occultauerant Romani, contegit. Quid sit aggerem in munitionem conijcere, comminisci non potui: Vtrum aggestam terram in fossas conijcere. Cæterùm nimis concisè hunc finit librum, tœ. uitus opinor magnitudine eius ad reliquos: sed res non est tanti.

ANNOT. HENR. GLAR. IN LIB. VII. FINIS.

A. HIR-

A. HIRCII DERE-
LICTORVM DE BELLO
GALLICO, LIB. VIII.



Oactus aßiduis tuis uocib. Balbe, quum quotidiana mea recuſatio, nõ difficultatis excuſationem, ſed inertiæ uideretur deprecationem habere, difficilimã rẽ ſuſcepi: Cæſaris noſtri Commentarios rerum geſtarũ Galliæ, non cõparandos ſuperioribus atq; in ſequentib. eius ſcriptis, cõtexui: nouiſſimeq; imperfecta ab rebus geſtis Alexandriæ confeci, uſq; ad exitum, nõ quidẽ ciuilis diſſenſionis, cuius finem nullũ uidemus, ſed uitæ Cæſaris. quos utinã qui legent, ſcire poßint, quàm inuitus ſuſceperim ſcribendos, quò facilius caream ſtultitiæ atq; arrogantiæ crimine, qui me medium interpoſuerim Cæſaris ſcriptis. Conſtat enim inter omnes, nihil tam operoſè ab alijs eſſe perfectum, quod nõ horum elegantia Commentariorum ſuperetur: qui ſunt editi, ne ſcientia tantarum rerũ geſtarũ ſcriptoribus deeſſet: adeoq; probantur omnium iudicio, ut prærepta, nõ præbita facultas ſcriptoribus uideatur. Cuius tamen rei maior noſtra, quàm reliquorũ eſt admiratio. Cæteri enim quàm bene atq; emendatè, nos etiam, quàm facilè atq; celeriter eos perfecerit, ſcimus. Erat autem in Cæſare quum facultas atq; elegantia ſumma ſcribendi, tũ ueriſſima ſuorum ſcientia cõſiliorum explicandorũ. Mihi ne illud quidem accidit, ut Alexandrino atq; Africano bello intereſſem: quæ bella quanquã ex parte nobis Cæſaris ſermone

ſint

sint nota: tamẽ aliter audimus ea quæ rerum nouitate aut admiratione nos capiunt, aliter quæ pro teſtimonio ſumus dicturi. Sed ego mirũ dum omnes excuſatiõis cauſas colligo, ne cum Cæſare cõferar: hoc ipſo crimen arrogantiæ ſubeo, quòd me iudicio cuiuſquã exiſtimem poſſe cum Cæſare comparari. Vale.

1. 

Mni Gallia deuicta, Cæſar quum à ſuperiore æſtate nullũ bellandi tempus intermiſiſſet, militesq; hyberno rum quiete reficere à tantis laboribus uellet: complures eodem tempore ciuitates renouare belli conſilia nunciabantur, coniurationesq; facere: cuius rei ueriſimilis cauſa afferebatur, quòd Gallis omnibus cognitũ eſſet, neq; ulla multitudine in unũ locũ coacta, reſiſti poſſe Romanis: nec, ſi diuerſa bella cõplures eodẽ tẽpore intuliſſẽt ciuitates, ſatis auxilij aut ſpacij, aut copiarum habiturum exercitum populi Rom. ad omnia perſequenda: non eſſe autem alicui ciuitati ſortem incommodi recuſandam, ſi tali mora reliquæ poſſent ſe uindicare in libertatem. Quæ ne opinio Gallorũ confirmaretur, Cæſar M. Antonium quæſtorẽ ſuis præfecit hybernis: ipſe equitatus præſidio pridie calendarum

2. *Ianuarij ab oppido Bibracte proficiſcitur ad legionem*

tertiãdecimam. *duodecimã, quam nõ longè à finibus Heduorũ collocauerat in finibus Biturigũ, ciq; adiungit legionẽ undecimã, quæ proxima fuerat. Binis cohortibus ad impedimenta tuenda relictis, reliquũ exercitum in copioſiſſimos agros Biturigũ inducit: qui quũ latos fines & cõplura oppida haberent, unius legionis hybernis non poterant cõtineri,*

quin

quin bellum pararent, coniurationesq; facerent. Repenti no aduentu Cæsaris accidit, quod imparatis deiectisq; accidere fuit necesse, ut sine timore ullo rura colentes, prius ab equitatu opprimerentur, quàm confugere in oppida possent. nãq; etiam illud uulgare incursionis signum hostium, quod incendijs ædificiorum intelligi consueuit, Cæsaris erat interdicto sublatum, ne aut copia pabuli frumentiq;, si longius progredi uellet, deficeret, aut hostes incendijs terrerentur. Multis hominum millibus captis, perterriti Bituriges, qui primum aduentum effugere potuerant Romanorum, in finitimas ciuitates, aut priuatis hospitijs confisi, aut societate consiliorum, confugerant frustra. nam Cæsar magnis itineribus omnibus locis occurrit: nec dat ulli ciuitati spacium de aliena potius, quàm de domestica salute cogitandi: qua celeritate & fideles amicos retinebat, & dubitanteis terrore ad conditiones pacis adducebat. Tali conditione proposita, Bituriges, quum sibi uiderent clementia Cæsaris reditum patêre in eius amicitiam, finitimasque ciuitates sine ulla pœna dedisse obsides, atque in fidem receptas esse, idem fecerunt. Cæsar militibus pro tanta labore ac patientia, qui brumalibus diebus, itineribus difficilimis, frigoribus intolerandis, studiosissimè permanserant in labore, ducenos sestertios, centurionibus duo millia nummûm prædæ nomine condonanda pollicetur: legionibusq; in hyberna remissis, ipse se recepit die XL. Bibracte. ibi quum ius diceret, Bituriges ad eum legatos mittunt auxilium petitum contra Carnutes, quos intulisse bellum sibi querebantur. Quare cognita, cùm non amplius decem & octo dies in hybernis esset commoratus, legiones quartamdecimam,

&

& sextam ex hybernis ab Arare educit: quas ibi collocatas, explicandæ rei frumentariæ causa superiore Cõmentario demonstratũ est. Ita cum duabus legionibus ad persequendos Carnutes proficiscitur. Cùm fama exercitus ad hostes esset perlata, calamitate cæterorũ ducti Carnutes, desertis uicis oppidisq;, quæ tolerandæ hyemis causa, cõstitutis repentè exiguis ad necessitatem ædificijs, incolebant (nuper enim deuicti complura oppida * dimiserant) dispersi profugiunt. Cæsar erũpentes eo maximè tempore acerrimas tempestates cùm subire milites nollet, in oppido Carnutum Genabo castra ponit, atq; in tecta, partim Gallorum, partim quæ coniectis celeriter stramentis tentoriorum integendorum gratia erant inædificata, milites contegit: equites tamen & auxiliarios pedites in omneis parteis mittit, quascunq; petisse dicebãtur hostes: nec frustra. nam plerunque magna præda potiti nostri reuertũtur. Oppressi Carnutes hyemis difficultate, terrore periculi, cùm tectis expulsi, nullo loco diutius cõsistere auderent, nec syluarum præsidio tempestatibus durissimis tegi possent: dispersi, magna parte amissa suorũ, dissipãtur in finitimas ciuitates. Cæsar tẽpore anni difficilimo, cùm satis haberet conueniẽtes manus dissipare, ne quod initiũ belli nasceretur, quantũq; in ratione esset, exploratũ haberet, sub tempus æstiuorum nullum summũ bellum posse conflari: C. Trebonium cum duabus legionibus quas secũ habebat, in hybernis Genabi collocauit: ipse quum crebris legationibus Rhemorum certior fieret, Bellouacos, qui belli gloria Gallos omnes Belgasq; præstabant, finitimasq; ijs ciuitates, duce Corbeo Bellouaco, & Commio Atrebate, exercitũ comparare, atq; in unũ locum cogere,

amiserãt

ut

ut omni multitudine in fineis Sueßionum (qui Rhemis erant attributi) facerent impreßionē: pertinere autem non tantùm ad dignitatem, sed etiam ad salutē suam iudicaret, nullam calamitatem socios optimè de republica meritos accipere: legionē ex hybernis euocat rursus undecimam. Literas autem ad C. Fabiū mittit, ut in fineis Sueßionum legiones duas quas habebat, adduceret: alteramq; ex duabus à T. Labieno accersit. Ita quantum hybernorum opportunitas, belliq; ratio postulabat, perpetuo suo labore inuicem legionibus expeditionū onus iniungebat. His copijs coactis, ad Bellouacos proficiscitur: castrisq; in eorū finibus positis, equitum turmas dimittit in omneis partes ad aliquos excipiendos, ex quibus hostiū consilia cognosceret. Equites officio functi renunciant paucos in ædificijs esse inuentos, atq; hos, non qui agrorū * incolendorū causa remansissent (nanq; esse undiq; diligēter demigratum) sed qui speculādi gratia essent remißi. à quibus cùm quæreret Cæsar, quo loco multitudo esset Bellouacorum, quódue esset consilium eorum: inueniebat Bellouacos omnes, qui arma ferre possent, in unum locum conuenisse. Itēq; Ambianos, Aulercos, Caletos, * Velliocassos, Atrebates, locum castris excelsum, impedita circūdatū palude delegisse, omnia impedimēta in ulteriores syluas cōtulisse: cōplures esse principes belli autores, sed multitudinem maximè Corbeo obtēperare, quòd ei summo odio esse nomen populi Rom. intellexissent: paucis antè diebus ex his castris * Comium disceßisse ad auxilia Germanorum adducenda, quorum & uicinitas propinqua, & multitudo esset infinita: constituisse autē Bellouacos omnium principum cōsensu, summa plebis cupiditate, * ut, si diceretur

al. collēdorum

al. Velocassios,

al. Atrebatē Comium

al. si (ut diceret) Cæs. cū tr. leg. ueniret, offerrent

Cæsar cum tribus legionibus uenire, offerrent se ad dimicandum, ne miseriore ac duriore postea cõditione cũ toto exercitu decertare cogerẽtur: sin maiores copias adduceret, in eo loco permanerẽt, quem delegissent: pabulatione autem, quæ propter anni tempus cùm exigua, tum dissecta esset, & frumentatione, et reliquo commeatu ex insidijs prohibere Romanos. Quæ Cæsar cùm consentientibus plurimis cognouisset, atque ea quæ proponerentur consilia plena prudẽtiæ, longeq; à temeritate barbarorũ remota esse iudicaret: omnibus rebus inseruiendũ statuit, quò celerius hostes contempta suorũ paucitate prodirent in aciẽ. singularis enim uirtutis † ueterrimas legiões, septimam, octauam & nonam habebat: summæ spei, delectæq; iuuentutis, undecimam: quæ octauo iam stipendio functa, tamen collatione reliquarum, nondum eandem uetustatis & uirtutis ceperat opinionem. Itaq; consilio aduocato, rebus ijs quæ ad se essent delatæ, omnibus expositis, animos multitudinis confirmat, si fortè hostes triũ legionum numero posset elicere ad dimicandum. Agminis ordinem ita cõstituit, ut legio septima, octaua, nona, ante omnia irent impedimenta: deinde omnium impedimentorũ agmẽ (quod tamen erat mediocre, ut in expeditionibus esse cõsuerit) cogeret undecima: ne maioris multitudinis speciẽs accidere hostib. posset, quàm ipsi depoposcissent. Hac ratione penè quadrato agmine instructo, in cõspectũ hostium celerius opinione eorum exercitum adducit. Quas legiones repẽtè instructas, uelut in acie certo gradu accedere Galli cùm uiderent, quorum erant ad Cæsarem plena fiduciæ consilia perlata, siue certaminis periculo, siue subito aduentu, seu expectatione nostri consilij, copias instruunt

† al. uete-rrimas

struunt pro castris, nec loco superiore decedũt. Cæsar etsi dimicare optauerat, tamen admiratus tantã multitudinem hostium, ualle intermissa magis in altitudinem depressa, quàm latè patente, castra castris hostium confert. Hæc imperat uallo pedum XII muniri, †coronisq; pro hac ratione eius altitudinis inædificari: fossam duplicè pedum quinûm denûm lateribus directis deprimi: turres crebras excitari in altitudinẽ trium tabulatorum, pontibus transiectis constratisq; coniungi: quorum frontes uiminea loricula munirentur, ut hostis à duplici propugnatorum ordine depelleretur: quorũ alter ex pontibus, quò tutior altitudine esset, hoc audacius longiusq; tela promitteret: alter, quò propior hostẽ †in uallo collocatus esset, ponte ab incidentibus telis tegeretur. Portis fores altioresq; turres imposuit. Huius munitionis duplex erat consilium. namq; & operũ magnitudinẽ, & timorẽ suum sperabat fiduciam barbaris allaturum: & cùm pabulatum frumentatumq; longius esset proficiscẽdum, paruis copijs castra munitione ipsa uidebat posse defendi. Interim crebrò paucis utrinq; procurrẽtibus, intra bina castra palude interiecta contendebatur: quã tamen paludem nonnunquã aut nostra auxilia, aut Gallorum Germanorumq; transibant, acriusq; hostes insequebantur: aut uicissim hostes eódem transgressi, nostros longius summouebant. Accidebat autẽ quotidianis pabulationibus (id quod accidere erat necesse, cùm raris disiectisq; ex ædificijs pabulum cõquireretur) ut impeditis locis dispersi pabulatores circunuenirentur: quæ res etsi mediocre detrimẽtum iumentorum ac seruorum nostris afferebat, tamen stultas cogitationes incitabat barbarorum; atq; eò magis, quòd Comius, quem

al. loricã iamq;

al. hostis

al. docui. profectũ ad auxilia Germanorum accersenda * dixeram, cũ equitibus uenerat: qui tametsi numero non amplius erant quingentis, tamẽ Germanorũ aduentu Barbari * inflabantur. Cæsar cùm animaduerteret hostem complures dies castris palude & loci natura munitis se tenere, neque oppugnari castra eorum sine dimicatione perniciosa, nec locũ munitionibus claudi nisi à maiore exercitu posse: literas ad Trebonium mittit, ut quàm celerrimè posset, legionem XIII, quæ cũ T. Sestio legato in Biturigibus hyemabat, accerseret, atq; ita cũ tribus legionibus magnis itineribus ad se ueniret. Ipse equites inuicem Rhemorum, ac Lingonũ, reliquarumq; ciuitatum, quorum magnum numerum euocauerat, præsidio pabulationibus mittit, qui subitas hostium incursiones sustinerent. quod cùm quotidie fieret, ac iam cõsuetudine diligentia mmueretur (quod plerunq; accidit diuturnitate) Bellouaci delecta manu peditum, cognitis stationibus quotidianis equitum nostrorum, syluestribus locis insidias disponunt: eodemq; equites postero die mittunt, qui primùm elicerent nostros in insidias, deinde circunuentos aggrederentur. cuius mali sors incidit Rhemis, quibus illa dies fungẽdi muneris obuenerat. Nam ij, cùm repentè hostium equites animaduertissent, ac numero superiores paucitatẽ cõtempsissent, cupidius insecuti, à peditibus undiq; sunt circundati: quo facto pertubati, celerius quàm consuetudo fert equestris prælij, se receperunt, amisso Vertisco principe ciuitatis, præfecto equitũ: qui cùm uix equo propter ætatem posset uti, tamen consuetudine Gallorum, neq; ætatis excusatione in suscipienda præfectura usus erat, neq; dimicari sine

al. nitebantur.

al. Inflãmantur se uoluerat.* Inflantur atq; incitantur hostiũ animi secundo præ-

do prælio, principe et præfecto Rhemorũ interfecto. nostri detrimento admonentur, diligentius exploratis locis stationes disponere, ac moderatius cedentem insequi hostẽ. Non intermittuntur interim quotidiana prælia in conspectu utrorũq; castrorum, quæ ad uada trãsitusq; fiebant paludis: qua cõtentione Germani (quos propterea Cæsar transduxerat Rhenum, ut equitibus interpositi præliarentur) cùm constantius uniuersi paludem transissent, paucisq; resistentibus interfectis, pertinacius reliquam multitudinem essent insecuti: perterriti nõ solùm ij, qui aut cominus opprimebantur, aut eminus uulnerabantur, sed etiam qui lõgius subsidiari consueuerãt, turpiter fugerunt: nec prius finem fugæ fecerunt, sæpe amißis superioribus locis, quàm se aut in castra suorũ reciperent, aut nonnulli pudore coacti longius profugerent. Quorum periculo sic omnes copiæ sunt perturbatæ, ut uix iudicari posset, utrũ secundis minimisq; rebus insolentiores, an * diuersis mediocribusq; timidiores essent. Compluribus diebus ijsdẽ in castris consumptis, cùm propius acceßisse legiones & C. Trebonium legatũ cognouissent, duces Bellouacorũ, ueriti similem obseßionẽ Alexiæ, noctu dimittunt eos, quos aut ætate aut uiribus inferiores, aut inermes habebãt, unaq; reliqua impedimẽta: quorũ perturbatũ & cõfusum dũ explicant agmen (magna enim multitudo carrorũ etiã expeditos sequi Gallos cõsueuit) oppreßi luce, *copijs armatorũ, castrorũ uias instruũt, ne prius Romani persequi se inciperẽt, quàm lõgius agmẽ impedimentorũ suorũ proceßisset. At Cæsar neq; resistentes tãto collis ascensu lacessendos iudicabat, neq; nõ usq; eò legiones ad mouendas, ut discedere ex eo loco sine periculo barbari

al. diuerso mediocri casu tim.

al. copias armatorum in suis instruũt castris,

al. nostris militibus

* militibus instantibus non possent. Ita cùm paludē impedita à castris castra diuidere (quæ trāseundi difficultas celeritatem insequendi tardare posset) atq; id iugum, quod trans paludem penè ad hostium castra pertineret, mediocri ualle à castris eorum interciſum animaduerteret: pontibus palude constrata, legiones traducit, celeriterq; in summā planiciem iugi peruenit, quæ decliui fastigio duo-

al. Vbi

bus ab lateribus muniebatur. * Ibi legionibus instructis, ad ultimum iugum peruenit, aciemq; eo loco constituit, unde tormento missa tela in hostium cuneos conijci possent. Barbari confisi loci natura, cùm dimicare non recusarent, si fortè Romani subire collem conarentur, paulatimq; copias distributas dimittere nō auderēt, ne dispersi perturbarētur, in acie permanserūt. Quorum pertinacia cognita, Cæsar xx cohortibus instructis, castrisq; eo loco metatis, muniri iubet castra. absolutis operibus, legiones pro uallo instructas collocat, equites frenatis equis in stationibus disponit. Bellouaci quū Romanos ad insequēdum paratos uiderent, neque pernoctare, aut diutius permanere sine † cibarijs eodem loco possent, tale consilium sui recipiendi inierunt: fasces ubi consederant (nam in acie sedere Gallos consuēsse, superioribus Commentarijs

† i. periculo

§ declaratum est) per manus stramentorum ac uirgultorum (quorum summa erat in castris copia) inter se traditos, ante aciem collocarunt, extremóque tempore diei, signo pronunciato uno tempore incenderunt. Ita continens flamma copias omnes repentè à conspectu texit Romanorum: quod ubi accidit, barbari uehementißimo cursu fugerunt. Cæsar etsi discessum hostium animaduertere non poterat, incendijs oppositis: tamen id consilium cùm

fuga

fugæ causa initũ suspicaretur, legiones promouet, & turmas mittit ad insequendum. ipse ueritus insidias, ne fortè in eodem loco subsisteret † hostis, atq; elicere nostros in locũ † conaretur iniquũ, tardius procedit. Equites cùm intrare fumum & flammam densissimam timerent, ac si qui cupidius intrauerant, uix suorum ipsi priores partes adueterent equorum, insidias ueriti, liberam facultatem sui recipiendi Bellouacis dederũt. Ita fuga timoris simul calliditatisq; plena, sine ullo detrimento millia non amplius decẽ progressi hostes, munitissimo loco castra posuerunt: inde cũ sæpe in insidijs equites peditesq; disponerent, magna detrimenta Romanis in pabulationibus inferebant. quod quum crebrius accideret, ex captiuo quodam cõperit Cæsar, Corbeum Bellouacorum ducẽ fortissimorũ millia sex peditũ delegisse, equitesq; ex omni numero mille, quos in insidijs eo loco collocârat, † quẽ in locũ propter copiam frumenti ac pabuli Romanos pabulatũ missuros suspicaretur. Quo cognito cõsilio, Cæsar legiones plures quàm solebat educit, equitatũq; qua † consuetudine pabulatoribus mittere præsidio consueuerat, præmittit: huic interponit † præsidia leuis armaturæ: ipse cum legionibus quàm potest maximè appropinquat. Hostes in insidijs dispositi, quum sibi delegissent campũ ad rem gerendã non amplius patentẽ in omneis parteis pass̃ib. mille, syluis undiq; impeditissimis, aut altissimo flumine, uelut indagine, munitũ, hunc insidijs circũdederũt nostri. Explorato hostiũ consilio, ad præliandũ animo atq; armis parati, cùm subsequentibus legionibus nullam dimicationem recusarent, turmatim in eum locum deuenerunt. Quorum aduentu cùm sibi Corbeus oblatã occasionem rei gerendæ

al. hostes.
al. conarentur

al. quem ipse

al. auxilia ho pabulatorib⁹ mittere semp cõ sueuerat.
al. p̃sidiis

existimaret, primus cum paucis se ostendit, atq; in proximas turmas impetum facit. Nostri constanter† impetũ sustinent insidiatorum: neque plures in unum locum conueniunt: quod plerunq; equestribus prælijs quum propter aliquem timorem accidit, tum multitudine ipsorum detrimentũ accipitur. Cùm dispositis turmis, inuicẽ rari præliarentur, neq; ab lateribus circumueniri suos paterẽtur, erumpunt cæteri celeriter, Corbeo præliante, ex syluis: fit magna cõtentione diuersum prælium: quod cùm diutius pari marte iniretur, paulatim ex syluis instructa multitudo procedit peditũ, quæ nostros cogit cedere equites: quibus celeriter subueniunt leuis armaturæ pedites, quos ante legiones missos docui, turmisq; nostrorum interpositi constanter præliantur. pugnatur aliquandiu pari contentione: deinde, ut ratio postulabat prælij, qui sustinuerant primos impetus insidiarũ, hoc ipso fiunt superiores, quòd nullũ ab insidiantibus imprudentes acceperant detrimentum. Accedunt propius interim legiones, crebriq; eodem tempore & nostris & hostibus nuncij afferuntur, Imperatorẽ instructis copijs adesse. Qua re cognita, præsidio cohortium cõfisi nostri acerrimè præliãtur: ne, si tardius rem gessissent, uictoriæ gloriam cõmunicasse cum legionibus uiderẽtur. Hostes cõcidunt* armis, atq; itineribus diuersis fugam quærũt nequicquam. Nam quibus difficultatibus locorũ Romanos claudere uoluerunt, his ipsi tenebantur: uicti tamen perculsiq;, maiore parte amissa cõsternati, quò sors tulerat, confugiunt, partim syluis petitis, partim flumine: qui tamen in fuga à nostris acriter insequentibus conficiuntur: quum interim nulla calamitate uictus Corbeus excedere prælio, syluasq; petere,† haud inui-

al. incursum

al. animis.

al. aut

inuitantibus nostris ad deditionẽ, potuit adduci, quin fortissimè præliando, compluresq; uulnerando, cogeret elatos iracũdia uictores in se tela cõijcere. Tali modo re gesta, recentibus prælij uestigijs ingressus Cæsar, quũ uictos tanta calamitate existimaret hostes, nuncio accepto, locũ castrorum relicturos, quæ non longius ab ea cæde abesse † plus minus * octo millibus passuũ dicebãtur, tametsi flumine impeditũ transitum uidebat, tamen exercitu traducto progreditur. At Bellouaci reliquæq; ciuitates repentè ex fuga paucis, atq; his uulneratis receptis, qui syluarum beneficio casum euitauerãt, omnib. † aduersis cognita calamitate, interfecto Corbeo, amisso equitatu, et fortissimis peditibus, quũ aduentare Romanos existimarent: concilio repentè cantu tubarum conuocato, conclamant, ut legati obsidesq; ad Cæsarẽ mittantur. Hoc ab omnibus probato consilio, Comius Atrebas ad eos † perfugit Germanos, à quib. ad id bellũ auxilia mutuatus erat. Cæteri è uestigio mittunt ad Cæsarẽ legatos, petuntq; ut ea pœna sit contentus hostium, quem si sine dimicatione inferre integris posset, pro sua clementia atq; humanitate nunquam profectò esset illaturus. Afflictas opes equestri prælio Bellouacorum esse, delectorum peditum multa millia interijsse, uix fugisse nuncios cædis: magnum tamen, ut in tanta calamitate, Bellouacos eo prælio cõmodum esse consecutos, quòd Corbeus autor belli, concitator multitudinis, esset interfectus. Nunquam enim Senatum tantũ in ciuitate illo uiuo, quantũ imperitã plebem potuisse. Hæc omnibus legatis, cõmemorat Cæsar, eodem tempore superiore anno Bellouacos cæteras q; Galliæ ciuitates suscepisse bellum: pertinaciss imè hos ex omnibus in sententia per-

al. quam octo

al. nouẽ

al. auersis,

al. cons fugit

mansisse, neq; ad sanitatē reliquorum deditione esse perductos. Scire atq; intelligere se, causam peccati facilimè mortuis delegari: neminem uerò tantum pollere, ut inuitis principibus, resistente Senatu, omnibus bonis repugnantibus, infirma manu plebis bellū concitare & gerere posset. Sed tamen se contentum fore ea pœna, quam sibijpsi cōtraxissent. Nocte insequenti legati responsa ad suos referunt: obsides conficiunt. Concurrunt reliquarum ciuitatum legati, † qui Bellouacorū speculabātur euentū: obsides dant, imperata faciunt: excepto Comio, quem timor * cohibebat cuiusquā fidei suam cōmittere salutem. Nam superiore anno T. Labienus, Cæsare in Gallia citeriorius dicente, cùm Comium comperisset solicitare ciuitates, & coniurationem contra Cæsarem facere, infidelitatem eius sine ulla perfidia iudicauit comprimi posse: quē quia non arbitrabatur uocatum in castra uentuum, ne tentando cautiorem faceret, C. Volusenum Quadratum misit, † qui eū per simulationē colloquij curaret interficiendū. Ad eam rem † delectos tradidit centuriones. Cùm in colloquium uentum esset, & ut conuenerat, manum Comij Volusenus arripuisset: centurio uelut insuetare permotus, celeriter à familiaribus prohibitus Comij, conficere hominem non potuit: grauiter tamen primo ictu gladio caput percußit. Cùm utrinque gladij districti essent, non tam pugnādi, quàm diffugiendi fuit utrorumq; consiliū: nostrorū, quòd mortifero uulnere Comiū credebant affectum: Gallorum, quòd insidijs cognitis, plura quàm uidebant, extimescebant. Quo facto, statuisse Comius dicebatur, nunquam in conspectum cuiusquam Romani uenire. Bellicosißimis gentibus deuictis, Cæsar quum uideret

al. quæ

prohibebat

4

al. ut eū

al. delectos idoneos ei trad.

nullam

nullam iam esse ciuitatem, quæ bellum * pararet, quo sibi resisteret, sed nõnullos ex oppidis demigrare, ex agris effugere, ad præsens † imperiũ euitandum: plures in partes exercitũ dimittere constituit. M. Antonium quæstorẽ cum legione * duodecima sibi coniungit. C. Fabium legatum cum cohortibus XXV mittit in diuersissimam partẽ Galliæ, quòd ibi quasdã ciuitates in armis esse audiebat, neq; C. Caninium Rebilũ legatũ, qui in illis regionibus præerat, satis firmas duas legiones habere existimabat. T. Labienum ad se euocat, legionemq; XII, quæ cum eo fuerat in hybernis, in togatam Galliam mittit ad colonias ciuiũ Rom. tuendas, ne quod simile incommodũ accideret † de incursione barbarorũ, ac superiore æstate † Tergestinis accidisset, quia repentino latrocinio atq; impetu incolæ illorũ erãt oppressi: ipse ad uastandos depopulandosq; fines Ambiorigis proficiscitur: quẽ perterritũ atq; fugientem cùm redigi posse in suã potestatẽ desperasset, proximũ suæ dignitatis esse ducebat, adeò fines eius uastare ciuibus, ædificijs, pecore, ut odio suorum Ambiorix, si quos fortuna fecisset reliquos, nullum reditũ propter tantas calamitates haberet in ciuitatẽ. Cùm in * omneis fineis partium Ambiorigis aut legiones, aut auxilia dimisisset, atq; omnia cædibus, incendijs, rapinis uastasset, magno numero hominũ interfecto aut capto, Labienũ cum duabus legionibus in Treuiros mittit: quorum ciuitas propter Germaniæ uicinitatem quotidianis exercitata bellis, cultu & feritate nõ multũ à Germanis differebat, neque imperata unquã, nisi exercitu coacta, faciebat. Interim C. Caninius legatus, cùm magnam multitudinem conuenisse hostium in fines Pictonum literis nuncijsq; Duracij cognouisset, qui

id pararet quod sibi periculũ

undecima

5

6

al. discursione

7

al. Tergestiũ accideret, qui

oẽs partes finiũ

8

qui perpetuò in amicitia Romanorũ permanserat: quòd
al. Lemonem pars quædã ciuitatis eius defeciſſet, ad oppidum † Lemouicum cõtendit: quò cùm aduentaret, atq; ex captiuis certius cognoſceret, multis hominum millibus, Dumnaco du
al. Lemonem ce Andium, Duracium clauſum, † Lemouicũ oppugnari, neq; infirmas legiones hoſtibus cõmittere auderet, caſtra munito loco poſuit. Dumnacus cùm appropinquare Caninium cognouiſſet, copijs omnibus ad legiones conuerſis, caſtra Romanorũ oppugnare inſtituit. Cùm compluoppugnationem res dies in * oppugnationem conſumpſiſſet, & magno ſuorum detrimento nullam partem munitionũ conuelleal. Lemonem re potuiſſet, rurſus ad obſidendum * Lemouicũ redit. Eodem tempore C. Fabius legatus complures ciuitates in fidem recipit, obſidibus firmat: literis C. Caninij certior fit, quæ in Pictonibus gerantur. Quibus rebus cognitis, proficiſcitur ad auxilium Duracio ferendum. At Dumnacus aduentu Fabij cognito, deſperata ſalute, ſi tempore eodem coactus eſſet & Romanum & externum ſuſtinere hoſtem, & reſpicere ac timere oppidanos, repente eo ex loco cum copijs recedit: nec ſe ſatis tutũ fore arbitratur, niſi flumen Ligerim, quod erat ponte propter magnitual. tranſeundũ, dinem † conſtratum, copias traduxiſſet. Fabius etſi nondũ in conſpectum uenerat hoſtium, neq; ſe cum Caninio coniunxerat: tamẽ doctus ab ijs qui locorum nouerant natual. nõ eũ locũ quẽ petebat, pet. ram, potiſſimùm credidit hoſtes perterritos * eum locum quem petebant, petituros. Itaq; cum copijs ad eundẽ pontem cõtendit: equitatumq; tantum procedere ante agmen imperat legionũ, quantum cùm proceſſiſſet, ſine defatigatione equorum in eadem ſe reciperet caſtra. Conſequuntur equites noſtri, ut erat præceptũ, inuadũtq; Dumnaci

agmen

agmen, & fugientes perterrritosq́; sub sarcinis in itinere aggreßi, magna præda, multis interfectis, potiũtur. Itaq; re bene gesta, se recipiunt in castra. Insequenti nocte Fabius equites præmittit sic paratos, ut confligerent, atq; omne agmẽ morarẽtur, dum cõsequeretur ipse. Cuius præceptis ut res gereretur, Q.* Titatius Varus præfectus equitũ, singularis et animi & prudẽtiæ uir, suos hortatur, agmenq́; hostium cõsecutus, turmas partim idoneis locis disponit, partim equitum prælium committit.* Consistit audacius equitatus hostiũ* succedentibus sibi peditibus, qui toto agmine subsistentes, equitibus suis contra nostros ferunt auxilium. Fit prælium acri certamine: namq; nostri contemptis pridie superatisq́; hostibus, cùm subsequi legiones meminissent, & pudore cedẽdi, & cupiditate per se conficiendi prælij, fortißimè contra pedites præliantur: hostesq́; nihil amplius copiarum accessurum credentes, ut pridie cognouerãt, delendi equitatus nostri nacti occasionẽ uidebantur. Cùm aliquandiu summa contentione dimicaretur, Dumnacus instruit aciẽ, quæ suis esset equitibus inuicẽ præsidio: tũ repentè cõfertæ legiones in conspectũ hostium ueniũt: quibus uisis perculsæ barbarorũ turmæ, ac perterritæ acies hostiũ, perturbato impedimentorum agmine, magno clamore discursuq́; paßim fugæ se mandant. At nostri equites qui paulo antè cum resistentibus fortißimè conflixerãt, lætitia uictoriæ elati, magno undiq; clamore sublato, cedentibus circunfusi, quantum equorũ uires ad persequendum, dextræq́; ad cædendum ualent, tantum eo prælio interficiunt. itaq; amplius millibus XII. aut armatorum, aut eorum qui timore arma proiecerant, interfectis, omnis multitudo capitur impedimentorum.

al. Atti

al. Confligit

al. subsistentibus

mentorum. Qua ex fuga cùm constaret Drapetẽ Senonẽ (qui, ut primùm defecerat Gallia, collectis undiq; perditis hominibus, seruis ad libertatẽ uocatis, exulibus omnium †ciuitatũ accitis, receptis latronibus, impedimenta & cõmeatus Romanorum interceperat) nõ amplius hominum *duobus millib. ex fuga collectis, Prouinciã petere, unaq; consilium cum eo Lucteriũ Cadurcum cepisse: quẽ in superiore Commentario, prima defectione Galliæ, facere in Prouinciã impetũ uoluisse, cognitum est: Caninius legatus cum legionibus 11 ad eos persequendos contendit, ne detrimẽto aut timore Prouinciæ, magna infamia, perditorum hominũ latrocinijs, caperetur. C. Fabius cũ reliquo exercitu in Carnutes reliquasq; proficiscitur ciuitates, quarũ eo prælio quod cum Dumnaco fecerat, copias esse accitas sciebat. Nõ enim dubitabat, quin recenti calamitate summißiores essent futuræ: dato uerò spacio ac tempore, eodẽ instigante Dumnaco, possent cõcitari. Qua in re summa felicitas celeritasq; in recipiendis ciuitatibus Fabium cõsequitur. nam Carnutes, qui sæpe uexati, nunquã pacis fecerant mentionẽ, datis obsidibus, ueniunt in deditionem: cæteræq; ciuitates positæ in ultimis Galliæ finibus, Occeano cõiunctæ, quæ Armoricæ appellantur, autoritate adductæ Carnutum, aduentu Fabij legionumq;, imperata sine mora faciunt. Dumnacus suis finib. expulsus, errans latitansq;, solus extremas Galliæ regiones petere coactus est. At Drapes, unaq; Lucterius, cùm legiones Caninium adesse cognoscerent, nec se sine certa pernicie, persequente exercitu, putarent Prouinciæ fines intrare posse, nec iam liberam uagandi latrocinandiq; facultatem haberent: consistunt in † agris Cadurcorũ. Ibi quum

al. ciuitatũ receptis, latrocinijs imped.

al. quiq;

al. finib.

Lucte-

Lucterius apud suos ciues quondam integris rebus multum potuisset, semperq; autor nouorum consiliorum, magnam apud Barbaros autoritatem haberet: oppidũ Vxellodunum, quod in clientela fuerat eius, natura loci egregiè munitum, occupat suis & Drapetis copijs, oppidanosq; sibi coniungit. Quò cùm confestim C. Caninius uenisset, animaduerteretq; omnes oppidi partes præruptissimis saxis esse munitas, quò defendente nullo, tamen armatis ascendere esset difficile: magna autem impedimenta oppidanorum uideret, quæ si clandestina fuga subtrahere conarentur, effugere non modò equitatum, sed ne legiones quidẽ possent: tripartitò cohortibus diuisis, trina excelsissimo loco castra fecit: à quibus paulatim, quantum copiæ patiebantur, uallũ in oppidi circuitũ ducere instituit. Quod cùm animaduerterent oppidani, miserrimaq; Alexiæ memoria soliciti, similem casum obsessionis uererentur, maximeq; ex omnibus Lucterius, qui fortunæ illius periculum fecerat, moneret rationẽ frumenti esse habendam: constituunt omnium consensu, parte ibi relicta copiarum, ipsi cum expeditis ad importandum frumentum proficisci. Eo consilio probato, proxima nocte duobus millibus armatorum relictis, reliquos ex oppido Drapes & Lucterius educunt. Ii paucos dies morati, ex finibus Cadurcorũ, qui partim re frumentaria subleuare eos cupiebant, partim prohibere, quò minus sumerent, nõ poterant, magnũ numerum frumenti comparant. Nonnunquam aũt expeditionibus nocturnis castella nostrorũ adoriuntur. Quã ob causam C. Caninius toto oppido munitiones circundare* conatur, ne aut opus effectũ tueri non possit, aut plurimis in locis infirma† disponat præsidia.

9 al. morat. al. dispo sita præ sidia ha beret.

Magna

Magna copia frumenti comparata, considunt Drapes & Lucterius non longius ab oppido x. millibus passuum, un-

al. ipsiq; *de paulatim frumẽtũ in oppidũ supportarent: * ipsi inter se prouincias partiuntur. Drapes castris præsidio cũ parte copiarum restitit. Lucterius agmen iumentorum ad oppidum adducit: dispositis ibi præsidijs, hora noctis circiter decima, syluestribus angustisq; itineribus frumentum importare in oppidũ instituit. quorum strepitũ uigiles castrorũ cùm sensissent, exploratoresq; missi quæ gererentur, renunciassent: Caninius celeriter cum cohortibus armatis ex proximis castellis in frumentarios sub ipsam lucem impetũ fecit. ij repentino malo perterriti, diffugiunt ad sua præsidia: quæ nostri ut uiderunt, acrius contra armatos incitati, neminem ex eo numero uiuum capi patiuntur. Profugit inde cum paucis Lucterius, nec se recipit in castra. Re bene gesta, Caninius ex captiuis comperit, partem copiarũ cum Drapete esse in castris intra millia passuum decẽ. quare ex compluribus cognita, cùm intelligeret, fugato duce altero, perterritos reliquos facilè opprimi posse, magnæ felicitatis esse arbitrabatur, neminem ex cæde refugisse in castra, qui de accepta calamitate nuncium Drapeti perferret. Sed cùm in experiundo periculũ nullum uideret, equitatũ omnẽ, Germanosq; pedites summæ uelocitatis homines ad castra hostium præmittit. Ipse*

al. ītrima *legionẽ unã* * intra castra distribuit, alteram secum expeditam ducit. Cùm propius hostem accessisset, ab exploratoribus quos præmiserat, cognoscit, castra eorũ, ut barba-*

al. ferè consuetudo est, *rorũ * fert cõsuetudo, relictis locis superioribus, ad ripas fluminis esse demissa: atq; Germanos equites q; imprudentibus omnibus de improuiso aduolasse, & prælium commisisse,*

misisse. Quare cognita, legionem armatam instructamq; adducit, ita repentè omnibus ex partibus signo dato, loca superiora capiũtur: quod ubi accidit, Germani, equitesq; signis legionis uisis, uehementißimè præliantur: cõfestim omnes cohortes undiq; impetum faciunt, omnibusq; aut interfectis aut captis, magna præda potiũtur. Capitur ipse eo prælio Drapes. Caninius felicißimè re gesta, sine ullo penè militis uulnere, ad obsidẽdos oppidanos reuertitur: externoq; hoste deleto, cuius timore * augere præsidia, et munitione oppidanos circundare prohibitus erat, opera undiq; imperat administrari. Venit eôdem cum suis copijs postero die C. Fabius, partemq; oppidi sumit ad obsidendum. Cæsar interim M. Antonium quæstorem cum cohortibus x v. in Bellouacis reliquit, ne qua rursus nouorum consiliorũ ad capiendum bellum facultas daretur: ipse reliquas ciuitates adit, obsides plures imperat, timentes omnium animos cõsolatione sanat. Cùm in Carnutes uenisset, quorum * consilio in ciuitate superiore Commentario facta in Cæsar exposuit initiũ belli esse ortũ, quòd præcipuè eos propter conscientiã facti timere animaduertebat, quò celerius ciuitatem metu liberaret, principem sceleris ipsius in concitatorem belli * Guturnatum ad supplicium depo Cotuatũ scit: qui etsi ne ciuibus quidem suis se committebat, tamen celeriter omnium cura quæsitus, in castra perducitur. Cogitur in eius supplicium Cæsar contra naturam suam, maximo militum consensu, qui omnia pericula & detrimenta belli à Guturnato accepta referebant, adeò ut uerberibus exanimatũ corpus securi feriretur. Ibi crebris literis Caninij fit certior, quæ de Drapete & Lucterio gesta essent, quoq; in consilio permanerent oppidani: quo-

diuidere

10

rum etsi paucitatem contemnebat, tamẽ pertinaciam magna pœna esse afficiendam iudicabat, ne uniuersa Gallia non uires sibi defuisse ad resistendum Romanis, sed constantiã putaret: neue hoc exemplo cæteræ ciuitates locorum opportunitate fretæ, se uindicarent in libertatẽ: quũ omnibus Gallis notum esse sciret, reliquã esse unam æstatem suæ prouinciæ, quam si sustinere potuissent, nullũ ultrà periculum uererentur. Itaq; Q. Calenũ legatum cum legionibus duabus relinquit, qui iustis itineribus se subsequeretur: ipse cum omni equitatu quàm potest celerrimè ad Caninium contendit. Cùm contra expectationem omnium Cæsar Vxellodunum uenisset, oppidumq; operibus clausum animaduerteret, neq; ab oppugnatione recedi uideret ulla conditione posse, magna autem copia frumenti abundare oppidanos ex perfugis cognosceret: aqua prohibere hostem tentare cœpit. Flumen infimam uallem diuidebat,* quæ penè totum montem cingebat, in quo positum erat præruptum undiq; oppidum Vxellodunũ: hoc auertere loci natura prohibebat: sic enim imis radicibus montis ferebatur, ut nullam in partem depressis fossis deriuari posset. Erat autem oppidanis difficilis & præruptus eò descensus, ut prohibentib. nostris, sine uulneribus ac periculo uitæ neq; adire flumen, neq; arduo se recipere possent ascensu. Qua difficultate eorum cognita, Cæsar sagittarijs funditoribusq; dispositis, tormentis etiam quibusdam locis contra facillimos descensus collocatis, aqua fluminis prohibebat oppidanos: quorũ omnis postra multitudo aquatũ unum in locum cõueniebat. sub ipsius (enim) oppidi murum magnus fons prorumpebat ab ea parte, quæ ferè pedum ccc interuallo fluminis circuitu

11

quod

uacat

uaca-

uacabat. Hoc fonte prohiberi posse oppidanos cùm optarent reliqui, Cæsar unus uideret nõ sine magno periculo, * è regione eius uineas agere aduersus montem, & aggeres instruere cœpit magno cum labore, & continua dimicatione. Oppidani enim loco superiore decurrũt, & eminus sine periculo præliantur, multosq; pertinaciter succedentes uulnerant: non deterrentur tamen milites nostri uineas proferre, & labore atq; operibus uincere locorũ difficultates. Eodem tẽpore tectos cuniculos agunt ad caput fontis: quod genus operis sine ullo periculo, & sine suspicione hostium facere licebat. Extruitur agger in altitudinem pedum nouem: collocatur in eo turris decem tabulatorum; non quidem quæ mœnibus æquaretur (id enim nullis operib. effici poterat) sed quæ superare fontis fastigium posset. Ex ea quum tela tormentis iacerẽtur ad fontis aditus, nec sine periculo possent aquari oppidani: non tantùm pecora atq; iumenta, sed etiam magna hominum multitudo siti consumebatur. Quo malo perterriti oppidani, cupas seuo, pice, scandulis cõplent, eas ardentes in opera prouoluunt. Eodem tempore acerrimè præliantur, ut ab incendio restinguendo dimicationis periculo deterreant Romanos. Magna repentè in ipsis operibus flamma existit: quæcunque enim per locum præcipitem missa erant, ea uineis & * aggere suppressa, comprehendebant id ipsum quod morabatur. Milites contrà nostri, quanquã periculoso genere prælij, locoq; iniquo premebantur: tamen omnia paratißimo sustinebant animo. Res enim gerebatur & excelso loco, & in cõspectu exercitus nostri: magnusq; utrinq; clamor oriebatur: ita ut quisq; poterat, maximè insignis, quò notior testatiorq; uirtus

al. id generi posse, è.

aggeri illa ipsa cõp.

eius esset, telis hostium flammæq; se offerebat. Cæsar cùm cõplures suos uulnerari uideret, ex omnibus oppidi partibus cohortes montem ascendere, & simulatione mœnium occupandorum clamorẽ undiq; iubet tollere. Quo facto perterriti oppidani, cũ quid ageretur in locis reliquis essent ignari, reuocant ab impugnandis operibus armatos, murisq; disponũt. Ita nostri fine prælij facto, celeriter opera flãma cõprehensa partim restinguũt, partim interscindunt. Cùm pertinaciter resisterẽt oppidani, magna etiam parte suorũ siti amissa, in sententia permanebãt. Ad postremũ cuniculis uenæ fontis interciſæ sunt, atq; auersæ: quo facto repentè fons perennis exhaustus, tantã attulit oppidanis salutis desperationẽ, ut id nõ hominũ consilio, sed deorũ uoluntate factum putarẽt. Itaq; necessitate coacti se tradiderunt. Cæsar, cùm suam lenitatẽ cognitam omnib. sciret, neq; uereretur ne quid crudelitate naturæ uideretur asperius fecisse, neq; exitum* cõsiliorũ suorũ animaduerteret, si taliratiõe diuersis in locis plures rebellare cœpissent, exẽplo supplicij deterrẽdos reliquos existimauit. Itaq; omnibus qui arma tulerant, manus præcidit, uitamq; concessit, quò testatior esset pœna improborum. Drapes, quẽ captum esse à Caninio docui, siue indignatione & dolore uinculorũ, siue timore grauioris supplicij, paucis dieb. sese cibo abstinuit, atq; ita interijt. Eorum tempore Lucterius, quem profugisse ex prælio scripsi, quum in potestatem uenisset Epasnacti Aruerni (crebrò enim mutandis locis, multorum fidei se committebat, quòd nusquam diutius sine periculo commoraturus uidebatur, quum sibi conscius esset, quàm inimicũ deberet Cæsarem habere) hunc Epasnactus Aruernus, amicissimus

consilij sui

pop.

pop.Ro.sine dubitatione ulla uinctum ad Cæsarẽ duxit. Labienus interim in Treuiris equestre prælium secundũ facit,cõpluribusq; Treuiris interfectis & Germanis,qui nullis aduersus Romanos auxilia denegabant, principes eorum uiuos in suam redegit potestatem,atq; in ijs Surum Heduum, qui & uirtutis & generis summam nobilitatẽ habebat,solusq; ex Heduis ad id tempus permãserat in armis. Ea re cognita,Cæsar cùm in omnibus partib. Galliæ bene res gestas uideret, iudicaretq; superioribus æstiuis Galliam deuictam & subactam esse, Aquitaniamq; nunquam ipse adisset, sed per P. Crassum quadã ex parte deuicisset: cũ duabus legionibus in eam partẽ est profectus, ubi extremum tempus consumeret æstiuorum. Quã rem, sicut cætera, celeriter feliciterq; confecit: nãq; omnes Aquitaniæ ciuitates legatos ad eũ miserũt, obsidesq; ei dederunt. Quibus rebus gestis,ipse cũ equitũ præsidio Narbonem profectus est: exercitum per legatos in hyberna deduxit:quatuor legiones in Belgio collocauit cũ M. Antonio,& C.Trebonio, & P. Vatinio, & Qu. Tullio legatis:duas in Heduos misit, quorum in omni Gallia summam esse authoritatẽ sciebat: duas in* Turones ad fines Carnutum posuit, quæ omnẽ regionem coniunctam Oceano cõtinerent:duas reliquas in Lemouicum fines non longè ab Aruernis,ne qua pars Galliæ uacua ab exercitu esset. Paucos dies ipse in prouincia moratus,quum celeriter omnes conuentus percurrisset,publicas controuersias cognouisset,bene meritis præmia tribuisset (cognoscendi enim maximam facultatem habebat,quali quisq; animo in Rempublicam fuisset totius Galliæ defectione, quam sustinuerat fidelitate atq; auxilijs prouinciæ illius) his rebus confec-

Treuiris

ctis ad legiones in Belgium se recepit, hybernauitq; Nemetocennæ: ibi cognoscit Comium Atrebatem prælio cum equitatu suo cõtendisse. Nam cũ Antonius in hyberna uenisset, ciuitasq; Atrebatum in officio maneret, Comius, qui post illam uulnerationem, quam suprà commemorauï, semper ad omnes motus paratus suis ciuibus esse consuesset, ne consilia belli quærentibus autor armorum duxq; deesset, parente Romanis ciuitate, cũ suis equitibus se suosq; latrocinijs alebat, infestisq; itimeribus commeatus complures, qui comportabantur in hyberna Romanorum, intercipiebat. Erat attributus Antonio præfectus equitum C. Volusenus Quadratus, qui cum eo hybernaret: hunc Antonius ad persequendum equitatum hostium mittit. Volusenus autem ad eam uirtutem, quæ singularis in eo erat, magnum odium Comij adiungebat, quò libentius id faceret quod imperabatur. Itaq; dispositis insidijs, sæpius eius equites aggressus, secunda prælia faciebat. Notissimè cum uehementius contenderetur, ac Volusenus ipsius intercipiendi Comij cupiditate pertinacius eũ paucis insecutus esset, ille autem fuga uehementi Volusenum longius produxisset: * repentè omnium suorum inuocat fidem atq; auxilium, ne sua uulnera, perfidia interposita, paterentur multa: conuersoq; equo, se à cæteris incautius permittit in præfectum. Faciunt idem omnes eius equites, paucosq; nostros conuertunt, atq; insequuntur. Comius incẽsum calcaribus equũ iungit equo Quadrati, lãceaq; infesta medium femur eius magnis uiribus traijcit. Præfecto uulnerato, non dubitant nostri resistere, & conuersi hostem pellere. Quod ubi accidit, complures hostium magno nostrorum impetu * pulsi uulnerantur, & partim

inimicus homini repentè

pepulsi

in

in fuga proteruntur, partim intercipiuntur. Quod ubi malum dux equi uelocitate euitauit, grauiter uulneratus præfectus, ut uitæ periculum aditurus uideretur, refertur in castra. Comius autem siue expiato suo dolore, siue magna parte amissa suorum, legatos ad Antoniũ mittit, seq; ibi futurum ubi præscripserit, & ea facturum quæ imperauerit, obsidibus datis firmat. Vnum illud orat, ut timori suo concedatur, ne in conspectum ueniat cuiusquã Romani. quam postulationem Antonius cùm iudicaret ab iusto nasci timore, ueniam petenti dedit, obsides accepit.

SCIO Cæsarem singulorum annorum singulos Commentarios feciſſe: quod ego non existimaui mihi esse faciendũ, propterea quòd insequẽs annus, L.* Paulo & C. Marcello coſs. nullas habet Galliæ magnopere res gestas: ne quis tamen ignoraret, quib. in locis Cæsar exercitusq; eo tempore fuiſſent, pauca scribenda cõiungendaq; huic Cõmentario statui. Cæsar cùm in Belgio hyemaret, unũ illud propositum habebat, continere in amicitia ciuitates, nulli spem aut causam dare armorum: nihil enim minus uolebat, quàm sub discessu suo necessitatẽ sibi aliquã imponi belli gerendi, ne cùm exercitum deducturus esset, bellum aliquod relinqueretur, quod omnis Gallia libẽter sine præsenti periculo susciperet. Itaq; honorificè ciuitates appellando, principes maximis præmijs afficiendo, nulla onera noua imponendo, defessam tot aduersis prælijs Galliã, conditione parendi meliore facilè in pace continuit. Ipse hybernis peractis, contra consuetudinẽ in Italiã quàm maximis itinerib. eſt profectus, ut municipia & colonias appellaret, quibus M. Antonij quæstoris sui commendaret sacerdotij petitionẽ. Contendebat enim gratia, 12 Lentulo & M. Marc. 13 14

quum libenter pro homine sibi coniunctissimo, quẽ paulo antè præmiserat ad petitionem, tum acriter contra factionem & potentiã paucorum, qui M. Antonij repulsa, decedẽtis Cæsaris* intercedentis conuellere gratiã cupiebant. Hũc etsi augurem prius factum, quàm Italiam attingeret, in itinere audierat: tamen non minus iustam sibi causam municipia et colonias adeũdi existimauit, ut ijs gratias ageret, quòd frequentiam atq; officium suum Antonio præstitissent: simulq; se & honorem suum insequentis anni commendaret petitione: propterea quòd insolenter aduersarij M. Mar. sui gloriarentur, L. Lentulum & * C. Marcellũ consules creatos, qui omnem honorem & dignitatem Cæsaris expoliarent: ereptum Sergio Galbæ consulatũ, cùm is multò plus gratia suffragijsq; ualuisset, quòd* sibi cõiunctus al. ipsi & familiaritate & necessitudine legationis esset. Exceptus est Cæsaris aduentus ab omnibus municipijs & colonijs incredibili honore atq; amore. Tum primùm enim ueniebat ab illo uniuersæ Galliæ bello: nihil relinquebatur, quod ad ornatum portarum, itinerum, locorumq; omniũ, quà Cæsar iturus erat, excogitari posset. Cũ liberis omnis multitudo obuiam procedebat. Hostiæ omnibus locis immolabantur: triclinijs stratis fora templaq; occupabantur, ut uel expectatissimi triũphi lætitia percipi posset: tanta erat magnificentia apud opulentiores, cupiditas apud humiliores. Cùm omnes regiones Galliæ togatæ Cæsar percurrisset, summa celeritate ad exercitum Nemetocennam redijt, legionibusq; ex omnibus hybernis ad fines Treuirorum euocatis, eò profectus est, ibiq; exercitum lustrauit. T. Labienũ Galliæ Togatæ præfecit, quo maiore commendatione conciliaretur ad consulatus petitionem.

Ipse

Ipse tantum itinerum faciebat, quantũ satis esset ad mutationem locorũ propter salubritatẽ existimabat. Ibi quanquã crebrò audiebat, Labienum ab inimicis suis solicitari, certiorq; fiebat id agi paucorũ cõsilijs, ut interposita senatus authoritate, aliqua parte exercitus spoliaretur, tamẽ neq; de Labieno credidit quicquã, neq; contra senatus authoritatem ut aliquid faceret, potuit adduci. Iudicabat enim liberis sententijs Patrum conscriptorũ causam suam facilè obtineri. Nam C. Curio tribunus plebis, quum Cæsaris causſam dignitatẽq; defendendam suscepisset, sæpe erat senatui pollicitus, si quem timor armorũ Cæsaris læderet, & quoniam Pompeij dominatio atque arma non minimum terrorẽ fòro inferrent, discederet uterq; ab armis, exercitus dimitteret: fòre eo facto liberam & sui iuris ciuitatem. Neq; hoc tãtum pollicitus est, sed etiam per 15
se discessionem facere cœpit: quod ne fieret, consules, amiciq; Pompeij iusserunt: atq; ita rem moderando discesserunt. Magnum hoc testimonium senatus erat uniuersi, cõueniensq; superiori facto. Nam Marcellus proximo anno 16
cùm impugnaret Cæsaris dignitatem contra legem Pompeij & Crassi, retulerat ante tempus ad senatum de Cæsaris prouincijs: sententijsq; dictis, discessionem faciente Marcello, qui sibi omnem dignitatem ex Cæsaris inuidia quærebat: Senatus frequens in alia omnia transijt, quibus non frangebantur animi inimicorum Cæsaris, sed admonebantur, quò maiores pararent necessitudines, quib. cogi posset senatus id probare quod ipsi cõstituissent. Fit deinde S. C. ut ad bellum Parthicum legio una à Cn. Pompeio, altera à C. Cæsare mitterẽtur, neq; obscurè hæ duæ 17
legiones uni Cæsari detrahantur. Nã Cn. Pompeius legio-

nem primam, quam ad Cæsarem miserat, confectam ex delectu prouinciæ, Cæsari eam tanquam ex suo numero dedit. Cæsar tamen, cùm de uoluntate aduersariorum se expoliari nemini dubium esset, Cn. Pompeio legionẽ remi-

& suo nomine

sit: * & ex suo numero XV. quam in Gallia citeriore habuerat, ex S.C. ei iubet tradi. in eius locum XIII legionẽ in Italiam mittit, quæ præsidia tueretur, ex quibus præsi-

18 dijs XV. deducebatur. Ipse exercitũ distribuit per hyberna. C. Trebonium cum legionibus IIII. in Belgio collocat, C. Fabium cum totidem in Heduos deducit. Sic enim existimabat tutissimam fore Galliam, si Belgæ, quorũ maxima uirtus, & Hedui, quorum autoritas summa esset, exercitibus continerẽtur. Ipse in Italiam profectus est. Quò

19 quum uenisset, cognoscit * per M. Marcellum cons. legio-

& Paulo Mar. cõ.

nes duas ab se * remissas, quæ ex S.C. deberent ad Parthi cum bellũ duci, Cn. Pompeio traditas, atq; in Italia retentas esse. Hoc facto, quanquam nulli erat dubium * quin arma contra Cæsarem pararentur: tamen Cæsar omnia patienda esse statuit, quoad sibi spes aliqua relinqueretur, iure potius disceptandi, quàm belli gerendi.

missas.

qdnã cõtra Cæsarẽ paratur.

IN

IN AVLI HIRCII RELICTORVM DE BELLO GALLICO, LIB. VIII. HEN.

Glar. Annotationes.



IN præfatione excusat se Hircius, ne post Cæsarē temerè scripsisse uideatur: deinde bellū motū in Biturigibus & Carnutibus refert, & quomodo his domitis, Cæsar in Bellouacos processerit. Trahitur res pauis prælijs: Bellouaci à loco quem munitissimum instituerant, discedunt. Quūq; insidias Romanis pabulatoribus duce Corbeo instruerent, Cæsar intellecto dolo, insidias insidijs deleuit, & occiso Corbeo, Bellouacos in deditionem accepit. Deinde narrat perfidiam C. Voluseni in Comiū Atrebatē, diuisionēq; exercitus, uidelicet in Eburones & Treuiros missas legiones. C. Caninius contra Andes & ducem Dumnacū feliciter pugnat. Vxellodunum obsidetur à Romanis, & expugnatur: ijs qui arma ferre potuerunt, manus Cæsar præcidit. Diuisio exercitus in hyberna, & de Comio historia finit octauum annū. Nono anno pauca admodum gesta narrantur ob quietam Galliam, sed ad bellum Ciuile satis multa præparamenta. Decimo igitur anno cœpit bellum Ciuile: quod posterioribus libris Cæsar descripsit.

Omni Gallia deuicta. 1.

Hic annus ab urbe condita 703. Cos. Seruio Sulpitio Ruso, M. Claudio Marcello.

Ad legionem duodecimam. 2.

Legendum haud dubiè, tertiamdecimā, ut post aliquot paginas patebit Lectori nō oscitanti: erat em ea quę cū T. Sextio in Biturigibus collocata fuerat, cuius mētio etiā est in oppugnatione Gergobiæ.

Superioribus Cōmētarijs declaratū est. 3.

Hoc nusquam in superioribus libris continetur, quod equidē memminerim: misi sit aliquis defectus, ut fieri potest.

Cæsare in Gallia citeriore. 4.

Gallia citerior, quæ & Togata, diuiditur in Transpadanā & Cispadanā regiones. Transpadanam occupat ducatus Mediolanensis. Cispadanam Ptolemęus solā uocat Togatam Galliam, in qua sunt Placentia, Bononia, Mutina, Parma, & aliæ quędā ciuitates non ignobiles. Cis autem & Trans, ad urbem Romam referri debent.

Mittit

Mittit in diuersißimam partem Galliæ. 5.

Non satis intelligitur in quam partem missus sit Fabius, nisi ex sequentibus, quando C. Caninio succurrit in Lemouicis.

Neque C. Caninium Rebilum legatum. 6.

Ad finem libri 7. C. Caninius in Ruthenos cum una legione mittitur, hic mox in Lemouicos uenit duabus legionibus.

Ac superiore æstate Tergestinis. 7.

Tergestum Colonia in Istria est, in intimo Hadriatici maris sinu, non longè ab Aquilegia, Carnorum oppido, hodie ditionis Venetæ in tota Istria.

Literis nuncijsq; Duracij cognouisset. 8.

Ex Duracio Marlianus populum & oppidum facit: hoc est, ex homine saxum. Duracius enim Lemouicum dux fuit à parte Romanorum contra Dumnacum ducẽ Andium. Duracius igitur in Lemouico oppido clausus fuit & obsessus à Dumnaco: liberabatur autem à Caninio Fabio. Cæterùm Lemouicum non erat ad Ligerim, quod Marliano tamen uisum est: sed Dumnacus discedit à Lemouico ad Ligerim, quem fluuium transire cupiebat, à Fabio impeditus.

Circundare conatur. 9.

Moratur, legendum est: non enim perfecit Caninius has munitiones ante pugnam: de qua paulo pòst.

Guturnatum ad supplicium. 10.

Ab initio 7. libri uocat Cotuatum, quod nomen placet. Cæsar enim corrupit Gallicam uocem Gotuuad, qui egregijs est suris. Græci εὐκνημίδα uocant.

Reliquam esse unam æstatem. 11.

Duæ reliquę sunt, ut ex sequentibus patet, & maximè ex initio 3. libri de Bello ciuili. Nã ibi ait eum annum esse quo per leges ei consulem fieri liceret. Fortassis autem sesquiannus restabat.

Scio Cæsarem. 12.

Epilogus libri est, & incipit nunc nouus annus, siue hyems, quæ præcessit nouum annum maiore ex parte.

Ipse hybernis peractis, contra consuetudinem. 13.

Contra consuetudinem ait, quia antea sub aduentum hyemis solebat in Italiam proficisci, hic uera uerò sub aduentum ueris.

Vt

Vt municipia & colonias appellaret. 14.

Hic & ex sequentibus uerbis satis clarum euadit, colonos quoq; suffragia tulisse Romæ in magistratibus creandis.

Sed etiam per se discessionem facere cœpit. 15.

Hic locus corruptus est: nam de quo loquatur, qui discessionem fecerit, ignoratur. Curio enim nullum habuit exercitum.

Nam Marcellus proximo anno. 16.

Loquitur de M. Marcello Consule prioris & huius annorum.

Neq; obscurè hæ duæ legiones uni Cæsari. 17

Vide lib. 6. ab initio de hoc delectu. Nam prouinciam intelligo Cæsaris, & non Pompeij.

Per hyberna. C. Trebonium. 18.

Historia hyemis, quæ præcedat annum decimum, saltem ad Calendas usq; Ianuarias, quo anno Cos. erant, quos paulo antè dixerat, C. Claudius Marcellus, & L. Lentulus Crustellus.

Per M. Marcellum. 19.

Legendum est C. Marcellum, qui huius anni consul fuit, & præcedentis.

ANNOT. HENR. GLAR.
IN LIB. VIII. FINIS.

C. IVLII CÆSARIS COMMENTARIORVM DE BELLO CIVILI, LIB. I.



ITERIS à C. Fabio Cæsaris Cõsulibus redditis, ægrè ab ijs impetratũ est summa tribunorũ plebis cõtentione, uti in Senatu recitarẽtur. Vt uerò ex literis ad Senatũ referretur, impetrari non potuit. Referũt Cõsules de Repub. in ciuitate.

L. Lentulus. L. Lentulus Cõsul Senatui reiq; publicæ se nõ defuturum pollicetur, si audacter ac fortiter sententias dicere uelint: sin Cæsarẽ respiciant, atq; eius gratiã sequãtur, ut superioribus fecerint tẽporibus, se sibi consiliũ capturum, neque Senatus autoritati obtẽperaturũ: habere se quoq; ad Cæsaris gratiam atq; amicitiam receptum. In eandem sen-
Scipio. tentiam loquitur Scipio: Pompeio esse in animo Reipublicæ non deesse, si Senatus sequatur: sin cunctetur, atque agat lenius, nequicquã eius auxilium, si postea uelit, Senatum imploraturum. Hæc Scipionis oratio, quod Senatus in urbe habebatur, Pompeiusq; aberat, ex ipsius ore Põ-
2 peij mitti uidebatur. Dixerat aliquis leniorem sententiã:
M. Marcellus. ut primò M. Marcellus ingressus in eam orationem, non oportere antè de Republica ad Senatum referri, quàm delectus tota Italia habiti, & exercitus conscripti essent, quo præsidio, tutò & liberè Senatus, quæ uellet decer-
M. Calidius. nere auderet: ut M. Calidius qui censebat, ut Pompeius in suas prouincias proficiscereturne qua esset armorum causa:

causa: timere Cæsarem abreptis ab eo duabus legionibus, ne ad eius periculum reseruare & retinere eas ad urbem Pompeius uideretur: ut M. Rufus, qui sententiam Calidij paucis ferè mutatis uerbis sequebatur. Ii omnes conuicio L. Lentuli Cons. correpti exagitabãtur. Lentulus sententiã Calidij pronunciaturum se omnino negauit. Marcellus perterritus conuicijs à sua sententia disceßit. Sic uocibus Cõsulis, terrore præsentis exercitus, minis amicorũ Pompeij pleriq; compulsi, inuiti & coacti Scipionis sententiam sequuntur, uti ante certam diem Cæsar exercitũ dimittat: si non faciat, eum aduersus Rempub. facturũ uideri. Intercedũt M. Antonius, Qu. Caßius, Tribuni plebis. Refertur confestim de interceßione Tribunorũ. dicũtur sententiæ graues, ut quisq; acerbißimè crudelißimeq; dixit, ita quàm maximè ab inimicis Cæsaris collaudatur. Misso ad uesperum Senatu, omnes qui sunt eius ordinis, à Pompeio euocantur. Laudat Pompeius, atque in posterum confirmat: segniores castigat atq; incitat. multi undique ex ueteribus Pompeij exercitibus, spe præmiorum atq; ordinũ euocantur: multi ex duabus legionibus, quæ sunt traditæ à Cæsare, accersuntur. Completur Vrbs: ad ius comitiorum Tribunos pleb. C. Curio euocat. Omnes amici Consulum, necessarijq; Pompeij, atq; eorum qui ueteres inimicitias cum Cæsare gerebant, coguntur in Senatum: quorũ uocibus & concursu terrẽtur infirmiores, dubij cõfirmantur, plerisq; uerò liberè potestas decernendi eripitur. Pollicetur L. Piso censor sese iturũ ad Cæsarem: item L. Roscius prætor, qui de his rebus eũ doceant. Sex dies ad eam rem cõficiendã spacij postulant. Dicuntur etiã à nonnullis sententiæ, ut legati ad Cæsarẽ mittãtur, qui uolunta-

uoluntatem Senatus ei proponant, omnibus his resistitur, omnibusq; oratio Cõsulis, Scipionis, Catonis, opponitur. 5 Catonem ueteres inimicitiæ Cæsaris incitant, et dolor repulsæ. Lentulus æris alieni magnitudine, & spe exercitus ac prouinciarum, & regum appellandorũ largitionibus mouetur, seq; alterum fore Syllam inter suos gloriatur, ad quem summa imperij redeat. Scipionem eadẽ spes prouinciæ atq; exercituũ impellit, quos se pro necessitudine partiturũ cum Pompeio arbitratur: simul iudiciorũ metus, adulatio, atq; ostentatio sui & potentium, qui in Respub. iudicijsq; tum plurimũ pollebant. Ipse Pompeius ab 6 inimicis Cæsaris incitatus (quòd neminẽ dignitate secum exæquari uolebat) totum se ab eius amicitia auerterat, & cum cõmunibus inimicis, in gratiam redierat, quorũ ipse maximam partem illo affinitatis tempore adiunxerat Cæsari: simul infamia duarũ legionum permotus, quas ab itinere Asiæ Syriæq; ad suam potentiam dominatumq; conuerterat, rem ad arma deduci studebat. His de causis aguntur omnia raptim atq; turbatè: neq; docendi Cæsaris propinquis eius spaciũ datur: nec Trib. Pleb. sui periculi deprecandi, neq; etiam extremi iuris intercessionẽ retinendi, 7 quod L. Sylla reliquerat, facultas tribuitur: sed de sua salute die septimo cogitare coguntur, quod turbulentissimi superioribus temporibus Trib. Pleb. octauo denique mense suarum actionũ respicere ac timere consueuerant. 8 Decurritur ad illud extremũ atq; ultimum S. C. quò, nisi penè in ipso urbis incendio, atq; in desperatione omnium salutis, latorum audacia* nunquã ante discessum est. Dẽt operam Consules, Prætores, Tribuni pleb. quiq; Proconsules sunt ad urbẽ, ne quid Respub. detrimenti capiat. Hæc

al. quò nunquã.

S. C.

S.C.* præscribuntur ad VII Iduũ Ianuarij. Itaque quinq; primis diebus quib. haberi Senatus potuit, qua ex die cõsulatũ inijt Lẽtulus, biduo excepto comitiali, & de imperio Cæsaris, et de amplißimis uiris Tr. Pl. grauißimè acerbißimeq; decernitur. Profugiunt statim ex urbe Tr. Pl. seseq; ad Cæsarem conferunt. Is eo tempore erat Rauennæ, expectabatq; suis lenißimis postulatis responsa, si qua hominũ æquitate res ad otium deduci posset. Proximis diebus habetur Senatus extra urbem. Pompeius eadem illa quæ per Scipionem ostenderat, agit: Senatus uirtutẽ constantiãq; collaudat: copias suas exponit, legiones habere sese paratas x. præterea cognitũ compertumq; sibi, alieno esse animo in Cæsarem milites, neq; ijs posse persuaderi, uti eum defendãt, aut * sequantur. Statim de reliquis rebus ad Senatum refertur, tota ut Italia delectus habeatur: Faustus Sylla properè in Mauritaniam mittatur: pecunia uti ex ærario Pompeio detur. Refertur etiam de rege Iuba, ut socius sit, atq; amicus. Marcellus uerò passurũ se in præsentia negat. De Fausto impedit Philippus Tribunus pleb. De reliquis rebus S.C.* perscribũtur: prouinciæ priuatis decernuntur: duæ cõsulares, reliquæ prætoriæ. Scipioni obuenit Syria, L. Domitio Gallia. Philippus * & Marcellus priuato cõsilio prætereũtur: neq; eorũ sortes deijciuntur. In reliquas prouincias prætores mittuntur: neq; expectant (quod superioribus annis acciderat) ut de eorum imperio ad populum referatur: paludatiq; uotis nuncupatis * exeunt. Consules (quod ante id tempus acciderat nunquam) ex urbe proficiscuntur: lictoresq; habent in Vrbe & Capitolio priuatim, contra omnia uetustatis exempla. Tota Italia delectus habentur: arma imperantur:

al. defecti buntur

Tr. pl. ex urbe profugiunt.

Pompeius.

al. sequãtur faltẽ. De reliq.

al. præbuntur.

Cotta

al. exeũt.

9 Coss. ex urbe fugiunt

perantur: pecuniæ à municipijs exiguntur, & è fanis tol-
10 lũtur: omnia diuina & humana iura permiscentur. Quibus rebus cognitis, Cæsar apud milites cõcionatur: omniũ temporum iniurias inimicorum in se cõmemorat, à quib. † al. deduc tum et inductũ & deprauatũ Pompeiũ queritur, inuidia atq; obtrectatione laudis suæ, cuius ipse honori & dignitati semper fuerit, adiutorq; fuerit. Nouum in Rep. introductum exemplum queritur, ut Tribunitia intercessio armis notaretur atq; opprimeretur, quæ superiorib. † annis ar- al. annis esset mis esset restituta. Syllã, nudata omnib. rebus Tribunitia potestate, tamen intercessionem liberã reliquisse: Pompeium, qui amissã restituisse uideatur, dona etiam quæ antè habuerat, ademisse. Quotiescunq; sit decretum, darẽt magistratus operã, ne quid Resp. detrimẽti caperet: qua uoce, & quo S. C. populus Romanus ad arma sit uocatus: fa- al. successione ctum in perniciosis legibus, in ui Tribunitia, in † secessione populi, templis locisq; editioribus occupatis (atq; hæc
11 superioris ætatis exẽpla expiata Saturnini atq; Gracchorum casibus docet) quarũ rerum illo tempore nihil factũ, nec cogitatum quidem. Nulla lex promulgata, non cum populo agi cœptũ, nulla secessio facta. Hortatur cuius imperatoris ductu nouem annis Rempub. fœlicissimè gesserint, plurimaq; prælia secunda fecerint, omnem Galliam Germaniamq; pacauerint, ut eius existimationem dignitatemq; ab inimicis defendant. Conclamant legionis ter-
tiædecimæ, quæ aderat, milites (hãc enim initio tumultus euocauerat, reliquæ nondum conuenerant) sese paratos esse imperatoris sui, Tribunorũq; pleb. iniurias defende-
re. Cognita militũ uoluntate, Ariminũ cũ ea legione pro-
ficiscitur, ibiq; Tri. Pl. qui ad eum confugerant, conueni:

reli-

reliquas legiones ex hybernis euocat, & subsequi iubet. Eò L. Cæsar adolescens uenit, cuius pater Cæsaris erat legatus. Is reliquo sermone confecto, cuius rei causa uenerat, habere se à Pompeio ad eum priuati officij mandata demonstrat: uelle Pompeium se Cæsari purgatum, ne ea quæ Reipublicæ causa egerit, in suam contumeliã uertat. Semper se Reipublicæ commoda priuatis necessitudinibus habuisse potiora: Cæsarẽ quoq; pro sua dignitate debere & studium & iracundiam suam Reipub. dimittere: neq; adeò grauiter irasci inimicis, ne quum illis nocere se speret, Reip. noceat. Pauca eiusdẽ generis addit, cũ excusatione Pompeij coniuncta. Eadem ferè, atq; eisdem de rebus prætor Roscius agit cũ Cæsare, sibiq; Pompeium cõmemorasse demonstrat. Quæ res etsi nihil ad leuãdas iniurias pertinere uidebatur: tamen idoneos nactus homines, per quos ea quæ uellet, ad eũ perferrentur, petit ab utroq;, quoniã Pompeij mandata ad se detulerint, ne grauentur sua quoq; ad eum postulata deferre: si paruo labore magnas cõtrouersias tollere, atq; omnem Italiam metu liberare possent. Sibi semper Reipub. primã fuisse dignitatẽ, uitaq; potiorem: † doluisse se, quòd pro beneficio sibi contumelia ab inimicis exiorqueretur: ereptoq; semestri imperio, in urbẽ retraheretur: cuius absentis rationem haberi proximis comitijs populus iussisset. Tamen hãc honoris iacturam sui Reipublicæ causa æquo animo tulisse. Quum literas ad Senatum misserit, ut omnes ab exercitibus discederent, ne id quidem impetrauisse. Tota Italia delectus haberi: retineri legiones duas, quæ ab se simulatione Parthici belli sint abductæ. Ciuitatem esse in armis. Quónam hæc † omnia, nisi ad suam perniciẽ, pertinere?

L. Cæsar Pompeium apud C. purgat.

Cæs. erat Pompeio postulata.

al. doluisse, quòd pop. Rõ. beneficiũ sibi p cõtumeliã ab inim. exiorqueretur:

al. omnia tandem,

al. se descendere Sed tamen ad omnia * descendere paratũ, atq; omnia pati Reipub. causa. Proficiscatur Pompeius in suas prouincias, ipsi exercitus dimittantur, discedant in Italia omnes ab armis, metus è ciuitate tollatur, libera comitia, atq; omnis Respub. S. P. Qu. R. permittatur. Hæc quò facilius certisq; conditionibus fiant, & iureiurando sanciantur, aut ipse propius accedat, aut se patiatur accedere: fore uti per colloquia omnes controuersiæ componantur. Acceptis mãdatis, Roscius cũ L. Cæsare Capuam ꝑuenit, ibique Coss. Pompeiumq; inuenit: postulata Cæsaris renuntiat. Illi re deliberata respondent, scriptaq; ad eũ mandata per eos remittunt, quorum hæc erat summa: Cæsar in Galliã reuerteretur, Arimino excederet, exercitus dimitteret: quæ si fecisset, Pompeium in Hispanias iturum. Interea, quoad fides esset data, Cæsarem facturum quæ polliceretur, nõ intermissuros Coss. Pompeiũq; delectus. Erat iniqua conditio, postulare ut Cæsar Arimino excederet, atq; in Prouinciam reuerteretur. Ipsum et prouincias & legiones alienas tenere: exercitum Cæsaris uelle dimitti, delectus habere: polliceri se in Prouinciam iturum, neque ante quem diem iturus sit, definire: ut si peracto Cæsaris consulatu Pompeius profectus non esset, nulla tamen mendacij religione obstrictus uideretur. Tempus uerò colloquio nõ dare, neq; accessurum polliceri, magnã pacis desperationem afferebat. Itaq; ab Arimino M. Antoniũ cum cohortibus v. Aretium mittit: ipse Arimini cum duabus legionibus subsistit, ibiq; delectum habere instituit. Pisaurum, Fanum, Anconam, singulis cohortibus occupat. Interea certior factus, * Tigniũ Thermum prætorẽ cohortibus v. tenere, oppidum munire, omniumq; esse Tigniorum

C. Responsio Senatus. C. postulatis iniqua.

C. oppida capit.

14

al. Firmium

al. Iguiã

rum optimam erga se uoluntatem, Curionem cum tribus cohortibus, quas Pisauri & Arimini habebat, mittit: cuius aduentu cognito, diffisus municipij uoluntati Thermus, cohortes ex urbe educit, & profugit: milites in itinere ab eo discedunt, ac domum reuertuntur. Curio omnium summa uoluntate* Tigniū recipit. Quibus rebus cognitis, confisus municipiorum uoluntatibus Cæsar, cohortes legionis XIII. ex præsidijs deducit, Auximumq; proficiscitur, quod oppidum Actius cohortibus introductis tenebat, delectumq; toto Piceno circummissis Senatoribus habebat. Aduentu Cæsaris cognito, Decuriones Auximi ad Actium Varum frequentes conueniunt: docent sui iudicij rē non esse, neq; se neq; reliquos municipes pati posse, C. Cæsarem imperatorem bene de Republ. meritum, tantis rebus gestis, oppido mœnibusq; prohiberi: proinde habeat rationem posteritatis & periculi sui. Quorum oratione permotus Actius Varus, præsidiū quod introduxerat, ex oppido educit, & profugit. Hūc ex primo ordine pauci Cæsaris consequuti milites, consistere cogunt: commissoq; prælio, deseritur à suis Varus: nonnulla pars militum domum discedit, reliqui ad Cæsarē perueniunt: atque unà cum ijs deprehensus L. Puppius primipili Centurio adducitur, qui hunc eundem ordinē in exercitu Cn. Pompeij antea duxerat. At Cæsar milites Actianos collaudat, Puppium dimittit: Auximatibus agit gratias, seq; eorum facti memorē fore pollicetur. Quibus reb. Romam nūciatis, tantus repentè terror inuasit, ut cùm Lentulus Consul ad aperiendum ærarium uenisset, ad pecuniam Pompeios ex Senatusconsulto proferendā, protinus, aperto sanctiore ærario, ex urbe profugeret. Cæsar enim aduētare,

Thermus.

Tigniū. Curio recipit.

al. Firmium

al. Iguiū

Auximates Cæs. recipiunt.

Prælium cū Varo.

Cæs. clemētia.

Romæ terror.

Lentul. consul profugit.

Marcellus. iam iãq; adesse eius equites falsò nunciabãtur. Hunc Marcellus collega, & pleriq; magistratus consecuti sunt. Cn.
Pompeius. Pompeius pridie eius diei ex urbe profectus, iter ad legiones habebat, quas à Cæsare acceptas in Apulia hybernorũ causa disposuerat: delectus intra urbẽ intermittuntur:
Capua. nihil citra Capuam tutũ esse omnib. uidetur. Capuæ primùm sese confirmant, & colligunt: delectumq; colonorũ qui lege Iulia Capuam deducti erant, habere instituũt:
Gladiatores gladiatoresq; quos ibi Cæsar in ludo habebat, in forum productos Lentulus libertati confirmat, atq; ijs equos attribuit, & se sequi iussit: quos postea, monitus à suis, quòd ea res omnium iudicio reprehendebatur, circũ familiares conuentus Campaniæ custodiæ causa distribuit. Auximo
Ager Picenus Cæsar progressus, omnem agrum Picenum percurrit. cũ
17 ctæ earum regionum præfecturæ libentissimis animis eum recipiunt, exercitumq; eius omnibus rebus iuuãt. Etiã ex
Cingulũ. Cæs. recepit. Cingulo, quod oppidum Labienus constituerat, suaq; pecunia exædificauerat, ad eum legati ueniunt, quæq; imperauerit, sese cupidissimè facturos pollicentur. Milites imperat: mittunt. Interea legio duodecima Cæsarẽ consequi-
Asculũ Picenum. tur: cũ his duabus Asculum Picenũ proficiscitur. Id oppidum Lẽtulus Spinther x cohortibus tenebat: qui Cæsaris aduentu cognito, profugit ex oppido: cohortesq; secũ abducere conatus, à magna parte militum deseritur. Relictus in itinere, cũ paucis incidit in † Vibulliũ Rufum, missum à Pompeio in agrum Picenum, confirmãdorum hominũ causa: à quo factus Vibullius certior, quæ res in Picæno gererẽtur, milites ab eo accipit, ipsum dimittit. † Ité ex finitimis regionibus quas potest contrahit cohortes ex delectibus Pompeianis: in ijs Camerino fugientẽ † Vlcillẽ

al. Iubilium

al. Ipse

al. Lucetium

Hirum

Hirum cũ sex cohortibus, quas ibi in præsidio habuerat, excipit: quibus coactis, tredecim efficit: cum ijs ad Domitium Aenobarbum Corfiniũ magnis itineribus pernenit, Cæsaremq; adesse cum legionibus duabus nunciat. Domitius per se circiter xx cohortes ex Alba, et Marsis, et Pe- 18
lignis, & † finitimis ab regionibus coëgerat. Recepto A al. finit. regioni-
sculo, expulsoq; Lentulo, Cæsar conquiri milites qui ab bus.
eo discesserant, delectumq; institui iubet: ipse unũ diem ibi
rei frumentariæ causa moratus, Corfiniũ contendit. eò cũ Cæs. Corfiniũ contendit.
ueniisset, cohortes quinq; præmisse à Domitio ex oppido
pontem fluminis interrumpebant, qui erat ab oppido mil-
lia passuum circiter tria. Ibi cum antecursoribus Cæsa-
ris prælio cõmisso, celeriter Domitiani à põte repulsi, se
in oppidũ receperũt. Cæsar, legionibus traductis, ad op-
pidũ cõstitit, iuxtaq; murũ castra posuit. Re cognita, Do- Domitij ad
mitius ad Pompeiũ in Apuliam peritos regionum magno pomp. literæ.
proposito præmio cũ literis mittit, qui petant atq; orent
ut sibi subueniat: Cæsarem duobus exercitibus & locorũ
angustijs facilè intercludi posse, frumentoq; prohiberi:
quod nisi fecerit, se cohortesq; amplius triginta, magnũq;
numerum senatorũ atq; equitũ Romanorum in periculũ
esse ueniturũ. Interim suos cohortatus, tormenta in muris
disponit, certasq; cuiq; partes ad custodiã urbis attribuit:
militibus in cõcione agros ex suis possessionib. pollicetur 19
† quadraginta in singulos iugera, et pro rata parte cẽturi al. quaternia
onibus, euocatisq;. Interim Cæsari nũciatur, Sulmonenses
(quod oppidũ à Corfinio septẽ millium interuallo abest) Sulmo.
cupere ea facere quæ uellet, sed à Qu. Lucretio senatore
et Actio Peligno prohiberi, qui id oppidũ septẽ cohortiũ
præsidio tenebant. Mittit eò M. Antonium cum legionis

octauæ cohortibus quinq;. Sulmonenses simul atq; nostra signa uiderunt, portas aperuerunt, uniuersiq; & oppidani & milites obuiam gratulantes Antonio exierunt. Lucretius & Actius de muro se deiecerunt. Actius ad Antionium deductus, petit ut ad Cæsarem mitteretur. Antonius cum cohortibus & Actio eodem die quo profectus erat, reuertitur. Cæsar eas cohortes cum exercitu suo coniunxit, Actium incolumem dimisit. Cæsar tribus primis diebus castra magnis operibus munire, & ex finitimis municipijs frumentum comportare, reliquasq; copias expectare instituit. Eo triduo legio octaua ad eũ uenit, cohortésque ex nouis Galliæ delectibus XXII. equitesq; à rege Norico circiter trecenti: quorum aduẽtu altera castra ad alteram oppidi partem ponit. ijs castris Curionem præfecit: reliquis diebus oppidum uallo castellisq; circummunire instituit. cuius operis maxima parte effecta, eodẽ ferè tẽpore missi ad Pompeiũ reuertũtur. Literis perlectis, Domitius dissimulans in concilio pronunciat, Pompeium celeriter subsidio uenturum: hortaturq; eos ne animo deficiant, quæq; usui ad defendendum oppidum sint, parent. Ipse arcanè cum paucis familiaribus suis colloquitur, cõsiliumq; fugæ capere constituit. Cùm uultus Domitij cum oratione non consentiret, atque omnia trepidantius timidiusq; ageret, quàm superioribus diebus consuêsset, multumq; cum suis * consulendi causa secretò præter consuetudinem colloqueretur, concilia conuentusq; hominũ fugeret, res diutius tegi dissimulariq; non potuit. Pompeius enim rescripserat, sese rem in summum periculũ deducturum non esse, neq; suo consilio aut uoluntate Domitiũ se in oppidum Corfinium cõtulisse. Proinde si qua facultas fuisset,

Cæs: clementia.

Domitius dissimulator.

al. consultandi

Pompeius. suos in summo periculo deserior. et petitor.

fuisset, ad se cũ omnibus copijs ueniret. Id ne fieri posset, obsidione atq; oppidi circummunitione fiebat. Diuulgato Domitij consilio, milites qui erant Corfinij, prima uespera secessionem faciunt, atq; * inter se per Trib. militũ centuriones q; atq; honestissimos sui generis colloquuntur: obsideri se à Cæsare, opera munitiones q; propè esse perfectas: ducem suum Domitium, cuius spe atque fiducia permanserint, proiectis omnibus, fugæ consilium capere: debere se suæ salutis rationem habere. Ab his primò Marsi dissentire incipiunt, eam q; oppidi partem quæ munitissima uideretur, occupant: tanta q; inter eos dissensio extitit, ut manum cõserere, atq; armis dimicare conarentur. pòst paulò tamen, internuncijs ultrò citró q; missis, quæ ignorabant, de L. Domitij fuga cognoscunt. Itaque omnes uno consilio Domitium productum in publicum circumsistunt & custodiunt, legatos q; ex suo numero ad Cæsarem mittunt, se se paratos esse portas aperire, quæ q; imperauerit facere, & L. Domitiũ uiuum in eius potestatem tradere. Quibus rebus cognitis, Cæsar etsi magni interesse arbitrabatur, quam primũ oppido potiri, cohortes q; ad se in castra traducere, ne qua aut largitionibus, aut animi confirmatione, aut falsis nuncijs commutatio fieret uoluntatis, quòd sæpe in bello paruis momẽtis magni casus intercederent: tamen ueritus ne militum introitu, & nocturni temporis licentia, oppidum diriperetur, eos qui uenerant, collaudat, atq; in oppidũ dimittit: portas muros q; asseruari iubet: ipse ijs operibus quæ facere instituerat, milites disponit, non certis spacijs intermissis, ut erat superiorum dierum cõsuetudo, sed perpetuis uigilijs stationibus q;, ut contingant inter se, atq; omnem munitionem ex-

al. ita inter se

Dissensio militum Corfinij.

Cæs. prudentia.

pleant. Tribunos militum & præfectos circummittit, atq; hortatur, non solũ ab eruptionibus caueant, sed etiam singulorum hominũ occultos exitus* asseruẽt. neq; eorũ tam remisso ac languido animo quisquam omnium fuit, quĩ ea nocte conquieuerit. tanta erat summa rerum expectatio, ut † nullus in aliã partem mente atque animo traheretur, quid ipsis Corfiniensibus, quid Domitio, quid Lentulo, quid reliquis accideret, qui quosque euentus † exciperet. Quarta uigilia circiter Lentulus Spinther de muro cum uigilijs custodibusq; nostris colloquitur, uelle, si sibi fiat potestas, Cæsarem conuenire. Facta potestate, ex oppido mittitur, neque ab eo prius Domitiani milites discedunt, quàm in conspectum Cæsaris deducatur. Cum eo de salute sua agit, atq; obsecrat sibi ut parcat, ueteremq; amicitiam commemorat: Cæsarisq; in se beneficia exponit, quæ erãt maxima, quòd per eum in collegium pontificum uenerat: quòd prouinciã † Hispaniæ ex prætura habuerat: quòd in petitione consulatus ab eo erat subleuatus. Cuius orationem Cæsar interpellat, se nõ maleficij causa ex prouincia egressum, sed uti se à cõtumelijs inimicorũ defenderet: ut Trib. Pleb. † ea re ex ciuitate expulsos, ad suã dignitatem restitueret: ut se & pop. Ro. paucorũ factione oppressum in libertatem uindicaret. Cuius oratione cõfirmatus Lentulus, ut in oppidũ reuerti liceat, petit. Quod de sua salute impetrauerit, fore etiam reliquis ad suã spẽ solatio: adeò esse perterritos nõnullos, ut suæ uitæ durius consulere cogãtur. Facta potestate, discedit. Cæsar, ubi illuxit, omneis Senatores, Senatorũq; liberos, Tribunos militũ, equitesq; Romanos ad se produci iubet. Erant Senatorij ordinis L. Domitius, P. Lentulus Spinther, L. Cæcilius, Vibullius Rufus,

obseruẽt

al. alius

21

al. excis perent.

L. Spinther

al. Hispaniam

Causæ

al. iniuria

fus, Sextus Quintilius Varus quæstor, L. Rubrius: præterea filius Domitij, alijq; cõplures adolescentes, & magnus numerus equitũ Rom. & Decurionum, quos ex municipijs Domitius euocauerat: hos omnes productos à cõtumelijs militum conuicijsq; prohibet: pauca apud eos loquitur, quòd sibi † apertè eorum gratia relata non sit pro suis in eos maximis beneficijs: dimittit omnes incolumes. † H-S. LX. quod aurũ adduxerat Domitius, atq; in publicum deposuerat, allatum ad se ab Duumuiris Corfiniensibus, Domitio reddit: ne cõtinentior in uita hominũ, quàm in pecunia * fuisse uideatur: etsi eam pecuniã publicã esse constabat, datamq; à Pompeio in stipendium. Milites Domitianos sacramentũ apud se dicere iubet: atq; eo die castra mouet, iustumq; iter conficit, septem omnino dies ad Corfinium commoratus: & per fines Marrucinorum, † Ferentinorũ, Larinatium, in Apuliã peruenit. Põpeius, his rebus cognitis quæ erant ad Corfinium gestæ, Luceria proficiscitur † Danusiũ, atq; inde Brundusiũ: copias undiq; oẽs ex nouis delectibus ad se cogi iubet: seruos, pastores armat, atq; his equos attribuit: ex ijs circiter CCC equites cõficit. L. Manlius prætor Albã cũ cohortibus sex profugit: Rutilius Lupus prætor Tarracinã cum tribus: quæ procul equitatũ Cæsaris conspicatæ, cui præerat Biuius Curius, relicto prætore signa ad Curium transferũt, atq; ad eum transeunt. Item reliquis itineribus nonnullæ cohortes in agmẽ Cæsaris, aliæ in equites incidunt. Reducitur ad eũ † deprehensus in itinere Cn. Magius Cremona, præfectus fabrûm Cn. Pompeij: quẽ Cæsar ad eum remittit cum mandatis: Quoniam ad id tempus facultas colloquendi non fuerat, atque ad Brundusium sit uenturus, inter-

Cæs. clementia

al. à parte 22

al. Sestertium sexagies q̃ aduexerat

al. fuisse uideretur

Continentia

Cæs. in Apuliã.

al. Frentanorũ et Larin.

al. Canusium. 23

Pomp. fugit.

Defectio pomp. militum.

al. reprehẽsus ex itin.

Cn. Magius

Cæs. clementia et studium pacis.

intereſſe Reip. & communis ſalutis, ſe cum Pompeio colloqui. Neq; uerò idem perfici longo itineris ſpacio, quum per alios conditiones ferantur, ac ſi coràm de omnib. conditionibus diſceptetur. His datis mandatis, Brunduſiũ cum legionibus VI. peruenit, ueteranis IIII. reliquis quas ex nouo delectu confecerat, atq; in itinere compleuerat. Domitianas etiam cohortes protinus à Corfinio in Siciliam miſerat. Reperit conſules Dyrrachium profectos cũ magna parte exercitus: Pompeium remanere Brunduſij cum cohortibus x x. neq; certum inueniri poterat, obtinendine cauſa Brunduſij ibi remanſiſſet, quo facilius omne Adriaticum mare extremis Italiæ partibus, regionibúsque Græciæ, in * poteſtate haberet, atq; ex utraq; parte bellum adminiſtrare poſſet: an inopia nauium ibi reſtitiſſet: ueritusq; ne Italiam ille dimittendam nõ exiſtimaret, exitus adminiſtrationesq; Brũduſini portus * impedire inſtituit. Quorum operum hæc erat ratio: Quà fauces erant * anguſtißimæ portus, molẽ atq; aggerem ab utraq; parte littoris iaciebat, quòd his locis erat mare uadoſum: longius progreſſus, cùm agger altiore aqua cõtineri nõ poſſet, rates duplices quoquouerſus pedum x x x. eregionè molis collocabat: has quaternis anchoris ex quatuor angulis diſtinebat, ne fluctibus mouerẽtur. His perfectis collocatisq;, alias deinceps pari magnitudine rates iungebat: has terra atq; aggere contegebat, ne aditus atq; incurſus ad defendendum impediretur: à fronte atq; ab utroque latere cratibus ac pluteis protegebat. In quarta quaque earum turres binorum tabulatorum excitabat, quò commodius ab impetu nauium incendijsq; defenderet. Contra hæc Pompeius naues magnas onerarias, quas in portu

Brunda-

Caeſ. Brũduſium ſeruat.

poteſtatẽ

Caeſ. portum Bruſ. impedit.

al. impediri

al. auguſtißimæ

+ Conſtat ex hiſtoriis antiquis, uix genus nauium fuiſſe, in quo non aliquando Cæſarem, uel Cæſaris exercitum nauigaſſe. Strabo lib. 17. de Alexandria: ἐκ δὲ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπὶ μὲν τὴν Ἑσπερίαν εἰς Ἰβηρίαν καὶ τὸν Ἀτλαντικὸν πόντον ἐκπλέουσιν ἐν ἡμέραις ἑβδομήκοντα μάλιστα. Et in eodem libro paulo ante: ἐκ δὲ τοῦ Κοπτίτου ἐπὶ Βερενίκην ἡμερῶν ἑπτὰ πλοῦς. Thucydides in VI: Σικελοὶ οὐ πολλῷ ὕστερον ἐπεραιώθησαν ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐκ τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ ὃς ἐλάχιστον ἔχει τοῦ πόντου ἐπὶ διάβασιν, ἐπειδὴ ἐκ τοῦ Ἀδρίου κόλπου ὁ αὐτὸς ἐλάχιστος ἔχει ὀκτὼ ἡμερῶν πλοῦν τοῦ πορθμοῦ κατὰ στόμα τοῦ ἄρκτου.

Brundusino deprehenderat, adornabat. ibi turres cum ternis tabulatis erigebat, easque multis tormentis & omni genere telorum completas ad opera Cæsaris appellebat, ut rates perrũperet, atq; opera disturbaret: sic quotidie utrinq; eminus fundis, sagittis, reliquisq; telis pugnabatur. Atq; hæc ita Cæsar administrabat, ut conditiones AB. pacis dimittendas non existimaret. Ac tametsi magnopere admirabatur, Magium, quem ad Pompeium cum mandatis miserat, ad se non remitti: atque ea res sæpe tentata, etsi impetus eius consiliaq; tardabat: tamen omnibus rebus in eo perseuerandum putabat. Itaq; Caninium* Rebilium legatũ, familiarẽ necessariumq; Scribonij Libonis, mittit ad eum colloquij causa: mandat ut Libonẽ de cõcilianda pace hortetur: in primis ut ipse cum Pompeio colloqueretur, postulat: magnopere sese confidere demonstrat, si eius rei sit potestas facta, fore ut æquis conditionibus ab armis discedatur: cuius rei magnam partem laudis atq; existimationis ad Libonem peruenturã, si illo autore atq; agente ab armis sit discessum. Libo à colloquio Caninij digressus, ad Pompeium proficiscitur. Paulò pòst renunciat, quòd Coss. absint, nihil sine illis de compositione agi posse. Ita sæpius rem frustra tentatam Cæsar aliquando dimittendam sibi iudicabat, & de bello agendum. Propè dimidia parte operis à Cæsare effecta, diebusq; in ea re consumptis nouem, naues à Coss. Dyrrachio remissæ, quæ priorẽ partem exercitus eò deportauerant, Brundusiũ reuertuntur. Pompeius siue operibus Cæsaris permotus, siue etiam quòd ab initio Italia excedere constituerat, aduentu nauium profectionem parare incipit: & quò facilius impetum Cæsaris tardaret, ne sub ipsa profectione

al. Rebilum

Pomp. Brundusio excedit.

ne milites oppidum irrumperent, portas obstruit, uicos plateasq; inædificat, fossas transuersas uijs perducit, atque ibi sudes stipitesq; præacutos defigit: hæc leuibus cratibus terraq; inæquat: aditus autẽ, atq; itinera duo, quæ extra murum ad portum ferebant, maximis defixis trabibus atq; eis præacutis præsepit. His paratis rebus, milites silentio naues conscendere iubet: expeditos autem ex euocatis sagittarijs funditoribusq; raros in muro turribusq; disponit: hos certo signo reuocare cõstituit, cũ omnes milites naues conscendissent: atq; ijs expedito loco actuaria

Brundusini Cæs. recipiunt.

nauigia relinquit. Brundusini Pompeianorũ militũ iniurijs, atq; ipsius Pompeij contumelijs permoti, Cæsaris rebus fauebant. Itaq; cognita Pompeij profectione, concur-

al. ignib. signifi.

santib. illis, atq; in ea re occupatis, uulgò ex tectis † significabant. Per quos re cognita, Cæsar scalas parari, militesq; armari iubet, ne quã rei gerendæ facultatẽ dimittat. Pompeius sub noctẽ naues soluit. Qui erãt in muro custo-

al. quo

diæ causa collocati, eo signo † quod cõuenerat, reuocãtur, notisq; itineribus ad naues decurrunt. Milites positis scalis muros ascendunt: sed moniti à Brundusinis, ut uallum cæcum fossasq; caueant, subsistunt, & longo itinere ab ijs circunducti ad portum perueniunt, duasq; naues cum militibus, quæ ad moles Cæsaris adhæserant, scaphis lintribusq; deprehendũt, deprehensasq; excipiũt. Cæsar, etsi ad

al. pertinebat.

spem cõficiendi negotij maximè † probabat, coactis nauibus mare transire, & Pompeium sequi, priusquã ille sese transmarinis auxilijs cõfirmaret: tamẽ rei eius morã, tem-

al. longitudinem

porisq; † lõginquitatẽ timebat, quòd omnibus coactis nauibus, Pompeius præsentẽ facultatẽ insequendi sui ademerat. Relinquebatur, ut ex lõginquioribus regionibus Gal-

liæ,

liæ, Piceniq́; , & à freto naues essent expectandæ: sed id propter anni tẽpus, longum atq; impeditũ uidebatur. Interea ueterem exercitum, duas Hispanias confirmari, quarũ altera erat maximis beneficijs Põpeij † deuicta: auxilia, equitatũ parari: Galliam Italiamq́; tentari se absente nolebat. Itaq; in præsentia Pompeij insequẽdi rationẽ omittit, in Hispaniã proficisci cõstituit. Duumuiris municipiorum omnium imperat, ut naues conquirant, Brundusiumq́; deducendas curẽt. Mittit in Sardiniã cum legione una Valerium legatum: in Siciliam Curionem propræto- 24.
rem cum legionibus tribus. Eundem, cùm Siciliã recepisset, protinus in Africam traducere exercitum iubet. Sardiniam obtinebat M. Cotta, Siciliam M. Cato: Africam sorte Tubero obtinere debebat. Caralitani simul ad se Valerium mitti audierũt: nondũ profecto ex Italia, sua sponte ex oppido Cottã eijciũt. Ille perterritus, quòd omnẽ prouinciam cõsentire intelligeret, ex Sardinia in Africã profugit. Cato in Sicilia naues lõgas ueteres reficiebat, nouas ciuitatibus imperabat: hæc magno studio agebat: in Lucanis Brutijsq́; per legatos suos ciuium Romanorũ delectus habebat: equitum peditumq́; certum numerum à ciuitatibus Siciliæ exigebat. Quibus reb. penè perfectis, aduentu Curionis cognito, queritur in concione sese proiectũ ac proditum à Cn. Pompeio, qui omnibus rebus imparatißimus non necessariũ bellum suscepisset, & ab se reliquisq́; in Senatu interrogatus, omnia sibi esse ad bellum apta ac parata cõfirmasset. Hæc in concione questus, ex prouincia fugit. Nacti uacuas ab imperijs, Sardiniã Valerius, Curio Siciliã, cum exercitibus eò perueniũt. Tubero cùm in Africã uenisset, inuenit in prouincia cum imperio Actium

Varum,

al. deuicta:

Sardiniã Cæsar recipit.

Sicilia.

Pomp. suorũ proditor. et imparatus

Actius Varus in Africa. Varum, qui ad Auximũ, ut suprà demonstrauimus, amissis cohortibus, protinus ex fuga in Africam peruenerat, atque eam sua sponte uacuam occupauerat, delectúq; habito duas legiones effecerat, hominum & locorum notitia, & usu eius prouinciæ, nactus aditus ad ea conanda, quòd paucis antè annis ex prætura eam prouinciã obtinuerat. Hic uenientem Vticam cum nauibus Tuberonem, portu atq; oppido prohibet, neq; affectum ualetudine filium exponere in terrã patitur: sed sublatis anchoris, excedere eo loco cogit. His rebus cõfectis, Cæsar, ut reliquũ tẽpus à labore intermitteretur, milites in proxima municipia deducit: ipse ad urbem proficiscitur. Coacto Senatu, iniurias inimicorum cõmemorat: docet se nullum extraordinariũ honorẽ appetisse, sed expectato legitimo tempore consulatus, eo fuisse contentum, quod omnibus ciuibus pateret: latum ab decem Trib. pleb. contradicentibus inimicis, Catone uerò acerrimè repugnante, & pristina cõsuetudine dicendi mora dies extrahente, ut sui ratio abesset, ipso consule Põpeio: qui si improbasset, cur *fieri passus esset? si probasset, cur se uti populi beneficio prohibuisset? Patientiã proponit suã, cùm de exercitibus dimittendis ultrò postulauisset, in quo iacturam dignitatis atq; honoris ipse facturus esset. Acerbitatẽ inimicorum docet, qui quod ab altero postularent, in se recusarent: atq; omnia permisceri mallẽt, quàm imperium exercitusq; dimittere. Iniuriam in eripiendis legionibus prædicat: crudelitatẽ & insolentiã in circunscribendis Trib. pl. Conditiones à se latas, & expetita colloquia & denegata cõmemorat. Prò quib. reb. orat ac postulat, ut Rempublicam susc ipiant, atq; unà secum administrent. Sin timore desi-

Tubero.

Cæs. Romam uenit.

Senatus habet.

Dilemma.

al. fieri

giant,

giant, illis se * honori non defuturum, & per se Rempub. administraturum. Legatos ad Pompeium de compositione mitti oportere: neq; se reformidare, quòd in Senatu paulo antè Pompeius dixisset, Ad quos legati mitterentur, ijs autoritatem attribui, timoremq; eorũ qui mitterẽt significari: tenuis atq; infirmi hoc animi uideri: se uerò, ut operib. anteire studuerit, sic iusticia & æquitate uelle superare. Probat rem Senatus de mittendis legatis: sed qui mitterentur, non reperiebantur: maximeq; timoris causa pro se quisq; id munus legationis recusabat. Pompeius enim discedens ab urbe in Senatu dixerat, eodem se habiturũ loco, qui Romæ remansissent, & qui in castris Cæsaris fuissent. Sic triduum disputationibus excusationibusq; extrahitur. Subijcitur etiam L. Metellus Trib. pleb. ab inimicis Cæsaris, qui hanc rem distrahat, reliquasq; res quascunq; agere instituerat, impediat. Cuius cognito consilio, Cæsar frustra diebus aliquot consumptis, ne reliquum tempus omittat, infectis ijs quæ agere destinauerat, ab urbe proficiscitur, atq; in ulteriorem Galliam peruenit. Quò cũ uenisset, cognoscit missum in Hispaniã à Pompeio Vibullium Rufum, quem paucis diebus antè Corfinio captũ ipse dimiserat. Profectum item Domitiũ ad occupandum Maßiliã nauibus actuarijs septem, quas Sicilia & * Sardinia priuatis coactis seruis, libertis, colonis suis compleuerat. Præmissos etiam legatos Maßilienses domum nobiles adolescentes, quos ab urbe discedẽs Pompeius erat adhortatus, ne noua Cæsaris officia ueterum suorum beneficiorum in eos memoriam expellerẽt. Quibus mandatis acceptis, Maßilienses portas Cæsari clauserũt: Albicos barbaros homines, qui in eorum fide antiquitùs erant, montesq;

al. oneri
al. oneri non futurum

L. Metellus.

Cæs. in Galliã.

al. & in Cosano à priuatis coactis, seruis

Massilienses.

tesq; supra Maßiliam incolebant, ad se uocauerant: frumentum ex finitimis regionibus, atq; ex omnibus castellis in urbem conuexerant: armorum officinas in urbe instituerant: muros, classem & portas refecerant. Euocat ad se Cæsar Maßiliensium xv primos: cum his agit, ne initium inferendi belli à Maßiliensibus oriatur: debere eos Italiæ totius autoritatẽ sequi potius, quàm unius hominis uoluntati obtemperare: reliquaq; quæ ad eorum sanandas mentes pertinere arbitrabatur, cõmemorat. Cuius orationem domum legati referunt, atq; ex autoritate hæc Cæsari renunciant: intelligere se, diuisum esse pop. Rom. in partes duas: neq; sui iudicij, neq; suarum esse uirium, discernere, utra pars iustiorẽ habeat causam. Principes uerò esse earum partium Cn. Pompeium, & C. Cæsarem, patronos ciuitatis: quorũ alter agros Volcarum, Arecomicorum,
al. Heluiorum & * Iluorũ publicè his concesserit: alter bello uictas Gallias attribuerit, uectigaliaq; auxerit: quare paribus eorum
27 beneficijs parem se quoq; uoluntatem tribuere debere, et
28 al. ac neutrum eorum cõtra alterũ iuuare, aut urbe * aut portubus recipere. Hæc dum inter eos aguntur, Domitius nauibus Maßiliam peruenit, atq; ab ijs receptus, urbi præficitur. Summa ei belli administrandi permittitur. Eius imperio classem quoquouersus dimittũt: onerarias naues quas ubiq; possunt, deprehendunt, atque in portum deducunt:
al. parũ * earũ clauis, aut materia, atque armamentis instructis ad reliquas armandas reficiendasq; utuntur: frumenti quod inuentum est, in publicum conferũt: reliquas merces commeatusq; ad obsidionem urbis, si accidat, reseruant. Quibus iniurijs permotus Cæsar, legiones treis Maßiliã adducit: turres uineasq; ad oppugnationem urbis agere, naues

ues lõgas Arelate numero duodecim fácere instituit. Quibus effectis armatisq; diebus triginta, à qua die materia cæsa est, adductisq; Maßiliam, his Decium Brutum præficit: C. Trebonium legatum ad oppugnationem Maßiliæ relinquit. Dum hæc parat atq; administrat, C. Fabium legatum cum legionibus tribus, quas Narbone, circumq; ea loca hyemandi causa dispo ſuerat, in Hiſpaniam præmittit, celeriterq; Pyrenæos ſaltus occupari iubet, qui eo tempore ab L. Afranio legato præſidijs tenebantur: legiones reliquas, quæ longius hyemabant, ſubſequi iubet. Fabius, ut erat imperatum, adhibita celeritate, præſidium ex ſaltu deiecit, magnisq; itineribus ad exercitum Afranij contendit. Aduentu Vibullij Rufi, quẽ à Pompeio miſſum in Hiſpaniam demonſtratum eſt, Afranius & Petreius, & Varro legati Pompeij, quorum unus tribus legionibus Hiſpaniam citeriorem, alter à ſaltu Caſtulonẽſi ad Anam duabus legionibus, tertius ab Ana Vectonum agrum Luſitaniamq; pari numero legionum obtinebat, officia inter ſe partiuntur, ut Petreius ex Luſitania per Vectones cum omnibus copijs ad Afranium proficiſcatur: Varro cum his quas habebat legionibus omnem ulteriorem Hiſpaniam tueatur. His rebus conſtitutis, equites auxiliaq; totius Luſitaniæ à Petreio, Celtiberis, Cantabris, Barbarisq; omnibus qui ad Oceanum pertinent, ab Afranio imperantur. Quibus coactis, celeriter Petreius per Vectones ad Afraniũ peruenit. conſtituũt cõmuni cõſilio bellũ ad Ilerdã, propter ipſius loci opportunitatẽ, gerere. Erant, ut ſuprà demonſtratũ eſt, legiones Afranij tres, Petreij duæ: præterea ſcutatæ citerioris prouinciæ & cetratæ ulterioris Hiſpaniæ cohortes circiter octoginta,

29 D. Brutus. C. Trebonius. Cæſar c. Fabium in Hiſpaniam præmittit. Legati Pompeij 30 31 Ilerda.

equitũ utriusq; prouinciæ circiter quinq; millia. Cæsar legiones in Hispaniam præmiserat, ad sex millia auxilia peditum, equitũ tria millia, quæ omnibus superioribus bellis habuerat, & parẽ ex Gallia numerũ, * quem ipse petiuerat, nominatim ex omnibus ciuitatib. nobilißimo & fortißimo quoq; euocato. Hinc optimi generis * hominũ ex Aquitanis, montanisq́; , qui Galliam prouinciam attingunt. Audierat Pompeium per Mauritaniã cum legionibus iter in Hispaniã facere, cõfestimq́; esse uenturũ. Simul à tribunis militum centurionibusq́; mutuas pecunias sumpsit, has exercitui distribuit. Quo facto duas res cõsecutus est, quòd pignore animos centurionũ deuinxit, & largitione militũ uoluntates redemit. Fabius finitimarum ciuitatũ animos literis nuncijsq́; tentabat. In Sicore flumine pontes effecerat duos, inter se distãtes millia passuũ quatuor: his pontibus pabulatum mittebat, quòd ea quæ citra flumen fuerant, superioribus diebus consumpserat. Hoc idem ferè, atque eadem de causa Pompeiani exercitus duces faciebant, crebroq́; inter se equestribus prælijs cõtendebant. Huc quũ quotidiana consuetudine congressæ pabulatoribus præsidio proprio legiones Fabianæ duæ flumen transissent, impedimẽtaq́; & omnis equitatus sequeretur, subito ui * iumentorũ & aquæ magnitudine põs est interruptus, & reliqua multitudo equitũ interclusa. Quo cognito à Petreio & Afranio ex aggere atq; cratib. quæ flumine ferebãtur, celeriter suo ponte Afranius, quẽ oppido castrisq́; coniunctum habebat, legiones quatuor, equitatumq́; omnem transiecit, duabusq́; Fabianis occurrit legionibus. cuius aduentu nunciato, L. Plancus, qui legionibus præerat, necessaria re coactus, locũ capit superiorẽ, diuer-

quã ipse pacauerat, 32 homines

Sicoris

Pons ruptus. al. uentorum

aduersamq; aciem in duas partes constituit, ne ab equitatu circumueniri posset. Ita congressus impari numero, magnos impetus legionũ equitatusq; sustinet. Cõmisso ab equitib. prælio, signa duarũ legionũ procul ab utrisq; conspiciuntur, quas C. Fabius ulteriore ponte subsidio nostris miserat: suspicatus fore id quod accidit, ut duces aduersariorũ, occasione et beneficio fortunæ ad nostros opprimẽdos uterentur: quarũ aduentu prælium dirimitur, ac suas uterq; legiones reducit in castra. Eo biduo Cæsar cũ equitibus nongentis, quos sibi præsidio reliquerat, in castra peruenit. Pons qui fuerat tẽpestate interruptus, penè erat refectus: hunc noctu perfici iußit. Ipse cognita locorũ natura, ponti castrisq; præsidio sex cohortes reliquit, atque omnia impedimenta: & postero die omnib. copijs triplici 33 instructa acie, ad Ilerdã proficiscitur, & sub castris Afranij constitit: & ubi paulisper sub armis moratus, facit æquo loco pugnandi potestatem. Potestate facta, Afranius copias educit, & in medio colle sub castris * constitit. Cæsar ubi cognouit per Afraniũ stare, quò minus prælio dimicaretur, ab infimis radicibus mõtis, intermißis circiter paßibus quadringentis, castra facere constituit: & ne in opere faciendo milites repentino hostiũ incursu exterrerẽtur, atq; opere prohiberẽtur, uallo muniri uetuit, quod eminere, et procul uideri necesse erat, sed à fronte contra hostem pedum xv. fossam fieri iußit. Prima & secunda acies in armis, ut ab initio cõstituta erat, permanebat: post hos opus in occulto acies tertia faciebat. Sic omne prius est perfectũ, quàm intelligeretur ab Afranio castra muniri. Sub uesperũ Cæsar intra hanc fossam legiones reducit. atq; ibi * armis proxima nocte conquiescit. Postero die

Pugna Afranij cum L. Planco.

Cæsar in castra in Hisp. uenit.

cõstituit.

Afranius tergiuersatur.

Cæsar castra munit.

al. sub armis

omnem exercitum intra fossam cõtinet, & quòd longius erat agger petendus, in præsentia similem rationẽ operis instituit, singulaq; latera castrorum singulis attribuit legionibus munienda, fossasq; ad eandẽ magnitudinẽ perfici iubet: reliquas legiones in armis expeditas cõtra hostẽ constituit. Afranius Petreiusq; terrendi causa, atq; operis impediendi, copias suas ad infimas montis radices producunt, & prælio lacessunt. Neq; idcirco Cæsar opus intermittit, cõfisus præsidio legionũ triũ, & munitione fossæ. Illi non diu commorati, nec longius ab infimo colle progreßi, copias in castra reducũt. Tertio die Cæsar uallo castra cõmunit: reliquas cohortes, quas in superiorib. castris reliquerat, impedimentaq; ad se traduci iubet. Erat* inter oppidũ Ilerdã, & proximũ collẽ, ubi castra Petreius atq; Afranius habebãt, planicies circiter passuũ CCC. atq; in hoc ferè medio spacio tumulus erat paulò editior: quem si occupasset Cæsar, & cõmunisset, ab oppido,* & põte, et cõmeatu omni, quẽ in oppidũ contulerãt, se interclusurũ aduersarios cõfidebat. Hoc sperãs, legiões treis ex castris educit: acieq; in locis idoneis instructa, unius legionis antesignanos præcurrere, atq; occupare eum tumulũ iubet. Qua re cognita, celeriter, quæ in statione pro castris erãt Afranij cohortes, breuiore itinere ad eundẽ occupandum locum mittuntur. Contenditur prælio: & quòd prius in tumulum Afraniani uenerãt, nostri repelluntur, atq; alijs summißis præsidijs terga uertere, seq; ad signa legionum recipere cogũtur. Genus erat pugnæ militũ illorũ, ut magno impetu primò procurrerẽt, audacter locum caperẽt, ordines suos nõ magnopere seruarent, rari dispersiq; pugnarent: si premerentur, pedem referre, & loco excedere

al. in oppido Ilerda, et proximo

al. à põte,

Cæsar aduersarios cõmeatu et ospicio interclusurũ conatur.

Pugna de tumulo.

non

non turpe existimarent: cum Lusitanis reliquisq; barbaris genere quodam pugnæ assuefacti: quod ferè fit, quibus quisq; in locis miles inueterauerit, uti multũ earum regionum consuetudine moueatur. Hæc tum ratio nostros perturbauit, insuetos huius generis pugnæ: circumiri enim sese ab aperto latere procurrentib. singulis arbitrabãtur: ipsi autem suos ordines seruare, neq; ab signis discedere, neq; sine graui causa eum locum quẽ ceperãt, dimitti censuerant oportere. Itaq; perturbatis antesignanis, legio quæ in eo cornu cõstiterat, locum nõ tenuit, atq; in proximum collẽ sese recepit. Cæsar penè omni acie perterrita, quòd præter opinionẽ consuetudinemq; acciderat, cohortatus suos legionẽ nonã subsidio ducit: hostem* insolentẽ, atq; acriter nostros insequentẽ supprimit, rursusq; tergauertere, seq; ad oppidum Ilerdam recipere, & sub muro cõsistere cogit. Sed nonæ legionis milites elati studio, dũ sarcire acceptum detrimentum uolunt, temerè insequuti longius fugiẽtes, in locum iniquum progrediuntur, et sub montem, in quo erat oppidum positum Ilerda, succedunt: hinc se recipere quum uellẽt, rursus illi ex loco superiore nostros premebãt. Præruptus locus erat, utraq; ex parte directus, ac tantum in latitudinem patebat, ut tres instructæ cohortes eum locum explerent, et neq; subsidia à lateribus summitti, neq; equites laborantib. usui esse possent: ab oppido autem decliui fastigio uergebat in longitudinem passuum circiter quadringentorum: hàc nostris erat receptus, quòd eo incitati studio incõsultius processerant. Hoc pugnabatur loco & propter angustias iniquo, & quòd sub ipsis radicibus montis constiterant, ut nullum frustra telum in eos mitteretur: tamen uirtute &

Lusitani milites.

Cæsar reprimit hostes.

al. insolẽter atq;

Cæsariani ex oppido Ilerda opprimuntur.

τοποτραφία elegans

patientia nitebantur, atq; omnia uulnera sustinebant. Augebantur illis copiæ, atq; ex castris cohortes per oppidũ crebrò summittebãtur, ut integri defeßis succederẽt. Hoc idem Cæsar facere cogebatur, ut summißis in eundẽ locũ cohortibus, defessos reciperet. Hoc cũ esset modo pugnatum continenter horis v. nostriq́; grauius à multitudine premerentur, consumptis omnibus telis, gladijs districtis impetum aduersus montem in cohortes faciunt, paucisq́; deiectis, reliquos sese cõuertere cogũt. Summotis sub murum cohortibus, ac nõnulla parte propter terrorẽ in oppidũ compulsis, facilis est nostris receptus datus. Equitatus autem noster ab utroq; latere, etsi deiectis atq; inferioribus locis constiterat, tamen in summũ iugũ uirtute connititur, atq; inter duas acies perequitans, commodiorẽ ac tutiorẽ nostris receptum dat. Ita uario certamine pugnatum est. Nostri in primo congressu circiter LXX ceciderũt: in his Q. Fulginius * ex primo hastato legionis quartædecimæ, qui propter eximiam uirtutem ex inferioribus ordinibus * in eum locũ peruenerat: uulnerantur amplius sexcenti. Ex Afranianis interficiuntur T. Cæcilius primipili centurio, & præter eum centuriones IIII. milites amplius CC. Sed hæc eius diei præfertur opinio, ut se utriq; superiores disceßisse existimarent: Afraniani, quòd cùm esse omniũ iudicio inferiores uiderentur, cominus tamen diu stetissent, & nostrorũ impetum sustinuissent, & initio locum tumulumq́; tenuissent, quæ causa pugnandi fuerat, & nostros primo congressu terga uertere coëgissent: nostri autẽ, quòd iniquo loco atq; impari congreßi numero essent, quòd v. horis prælium sustinuissent, quòd montem gladijs districtis ascendissent, quòd ex loco superiore

Numerus interfectorum vbinq; Q. Fulginius.

al. primꝰ hastatus al. eũ locũ præuenerat:

Vtriq; tam Cæsaris quam Afraniani se superiores fuisse existimant.

Totius pugnæ summa.

riore terga uertere* aduersarios coëgissent, atq; in oppidum compulissent. Illi eum tumulũ pro quo pugnatũ est, magnis operibus munierunt, præsidiumq; ibi posuerunt. Accidit etiã repentinum incommodũ biduo quo hæc gesta sunt. tanta enim tempestas cooritur, ut nunquã illis locis maiores aquas fuisse constaret: tum autem ex omnibus montibus nix* proluit, ac summas ripas fluminis superauit, pontesq; ambos, quos C. Fabius fecerat, uno die interrupit: quæ res magnas difficultates exercitui Cæsaris attulit. Castra enim, ut suprà demonstratum est, quũ essent inter flumina duo, Sicorim & Cingam, spacio milliũ xxx. neutrũ horũ transiri poterat, necessarioq; omnes his angustijs continebantur: neq; ciuitates quæ ad Cæsaris amicitiam accesserãt, frumentũ supportare: neq; ij qui pabulatum longius progreßi erãt, interclusi fluminibus reuerti: neq; maximi* comitatus qui ex Italia Galliaq; ueniebant, in castra peruenire poterant. Tẽpus* erat difficilimum, quo neq; frumenta in hybernis erant, neq; multũ à maturitate aberant: ac ciuitates exinanitæ, quòd Afranius penè omne frumentũ ante Cæsaris aduentũ Ilerdam conuexerat: reliqui si quid fuerat, Cæsar superioribus diebus cõsumpserat: pecora, quod secundum poterat esse inopiæ subsidiũ, propter bellum finitimæ ciuitates longius remouerant. Qui erant pabulandi aut frumentandi causa progreßi, hos leuis armaturæ Lusitani, peritiq; earum regionum cetrati citerioris Hispaniæ consectabantur: quibus erat procliue transnare flumen, quòd consuetudo eorum omnium est, ut sine utribus ad exercitũ non eant. At exercitus Afranij omnium rerum abundabat copia: multum erat frumentũ prouisum & confectum superioribus tem-

al. hostes

Ingens tempestas quæ magnam nim aquarum secum attraxit pontes interrupit &c.

al. profluit,

al. profluxit,

Difficultas exercitus Cæsaris.

35

al. commeatus

al. erat autem

Lusitani, natatores

36

Afraniani abundant.

poribus, multum ex omni prouincia cõportabatur: magna copia pabuli suppetebat. harum rerũ omniũ facultates sine ullo periculo pons Ilerdæ præbebat, & loca trãs flumen integra, quò omnino Cæsar adire nõ poterat. Eæ permanserunt aquæ dies * quamplures. Conatus est Cæsar reficere pontes: sed nec magnitudo fluminis permittebat, neq; ad ripam dispositæ cohortes aduersariorum persici patiebantur: quod illis prohibere erat facile, cùm ipsius fluminis natura, atq; aquæ magnitudine, tũ quòd ex totis ripis in unum atq; angustum locum tela iaciebantur: atq; erat difficile eodem tempore rapidißimo flumine opera perficere, & tela uitare. Nunciatur Afranio, magnos comitatus qui iter * habebant ad Cæsarem, ad flumen constitisse. Venerant eò sagittarij ex Ruthenis, equites ex Gallia, cũ multis carris, magnisq; impedimẽtis, ut fert Gallica cõsuetudo. Erãt præterea cuiusq; generis hominũ millia circiter sex cum seruis liberisq;: sed nullus ordo, nullum imperium certũ, cùm suo quisque consilio uteretur, atq; omnes sine timore iter facerent, usi superiorum temporum atque itinerum licentia. Erant complures honesti adolescentes, Senatorum filij, & equestris ordinis: erant legationes ciuitatum, erant legati Cæsaris. hos omnes flumina continebant. Ad hos opprimendos, cum omni equitatu tribusq; legionibus Afranius de nocte proficiscitur, imprudentesq; antè missis equitibus aggreditur: celeriter tamen sese Galli equites expediunt, prælium cõmittunt. Hi, dum pari certamine res geri potuit, magnum hostium numerum pauci sustinuêre: sed ubi signa legionum appropinquare cœperunt, paucis amißis, sese in montes proximos conferunt. Hoc pugnæ tempus magnum attulit nostris

al. eõplures. Conatusq;

Cæsar pontes reficere conatur.

al. habebant

Afranij cum Gallis et Ruthenis ad Cæsaris cuneos pugna.

nostris ad salutē momētū: nacti enim spaciū, se in loca superiora receperūt. Desiderati sunt eo die sagittarij circiter ducēti, equites pauci, calonū atq; impedimentorū non magnus numerus. His tamen omnibus incōmodis annona creuit: quæ ferè res inopia nō solū* præsentis, sed etiā futuri tēporis timore ingrauescere cōsueuit: iāq; ad denarios quinquaginta in singulos modios annona peruenerat, & militum uireis inopia frumenti diminuerat: atq; incōmoda indies augebantur: & tā paucis diebus magna erat rerū facta commutatio, ac se fortuna inclinauerat: ut nostri magna inopia necessariarum rerum conflictarentur, illi omnibus abūdarent rebus, superioresq; haberētur. Cæsar ijs ciuitatib. quæ ad eius amicitiā accesserāt,* quo minor erat frumenti copia, pecus imperabat: calones ad longinquiores ciuitates dimittebat: ipse præsentē inopiā quibus poterat subsidijs tutabatur. Hæc Afranius Petreiusq;, & eorum amici, pleniora etiam atq; uberiora Romam ad suos perscribebant: multa rumor fingebat, ut penè bellum confectum uideretur. Quib. literis nuncijsq; Romā perlatis, magni demū cōcursus ad Afraniū, magnæq; gratulationes fiebant. Multi ex Italia ad Cn. Pompeiū proficiscebātur: alij ut principes talem nunciū attulisse, alij ne euētum belli expectasse, aut ex omnib. nouissimi uenisse uiderentur. Cùm in illis angustijs res esset, atq; omnes uiæ ab Afranianis militibus equitibusq; obsiderentur, nec pontes perfici possent: imperat militibus Cæsar, ut naues faciant, cuius generis eum superioribus annis usus Britanniæ docuerat. Carinæ primùm * ac statumina ex leui materia fiebant, reliquum corpus nauium uiminibus contextum, corijs integebatur. Has perfectas carris iunctis deue-

Annonæ caritas.

al. p̄senti.

al. quòd

Duces pompeiani se pro victoribus uenditant

Rumor.

Cæsar fecit naues quib. fluuium traijcit. atq; pontē reficit

38

al. stramine ac leui materia, &c.

39 deuehit noctu millia passuũ à castris XXII. militesq́; his nauibus flumen transportat, continentemq́; ripæ collem improuiso occupat. Hunc celeriter, priusquã ab aduersarijs sentiatur, cõmunit: huc legionem postea traijcit, atque ex utraq; parte pontẽ institutũ perficit biduo. Ita cõmeatus, & eos qui frumenti causa processerant, tutò ad se recipit, & rem frumentariã expedire incipit. Eodẽ die equitum magnam partem flumen traiecit: qui inopinantes pabulatores, & sine ullo dißipatos timore aggreßi, quàm magnũ numerum iumentorum atq; hominum intercipiunt: cohortibusq́; centuriatis subsidio mißis, scienter in duas partes sese distribuunt: alij, ut prædæ subsidio sint: alij, ut uenientibus resistant, atq; eos propellãt: unamq́; cohortem, quæ temerè ante cæteras extra aciem procurrerat, seclusam à reliquis circumueniunt, atq; interficiunt, incolumesq́; cum magna præda eodem ponte in castra reuertuntur. Dum hæc ad Ilerdã geruntur, Maßilienses usi L. Domitij consilio, naues longas expediunt numero decem septem, quarũ erant undecim tectæ: multa his minora nauigia addũt, ut ipsa multitudine nostra claßis terreatur: magnum numerum sagittariorum, magnum Albicorum, de quibus suprà demonstratum est, imponunt, atq; hos præmijs pollicitationibusq́; incitant. Certas sibi deposcit naues Domitius, atque has colonis pastoribusq́; quos secũ adduxerat, cõplet. Sic omnibus rebus instructa classe, magna fiducia ad nostras naues procedũt, quibus præerat D. Brutus. * Hæ ad insulã quæ est contra Maßiliam, stationes * obtinebãt. Erat multò inferior numero nauiũ Brutus: sed delectos ex omnibus legionibus fortißimos uiros, antesignanos, centuriones, Cæsar ei claßi attribuerat, qui

Redit ad intermissam Massiliensium obsidionem describendam.

Massil. naues expediunt XVII.

D. Brutus.

40 al. Hic al. obtinebat.

qui sibi id muneris depoposcerant. ij manus ferreas atque harpagones parauerant, magnoq; numero pilorum, tragularum, reliquorumq; telorũ se instruxerant. Ita cognito hostiũ aduentu, suas naues ex portu educũt, cum Massiliensibus confligũt. Pugnatũ utrinq; est fortißimè, atque acerrimè: neque multum Albici nostris uirtute cedebant, homines asperi & montani, exercitati in armis: atque ij modò digreßi à Maßiliensibus, recentem eorundem pollicitationem animis cõtinebant: pastoresq; indomiti, spe libertatis * excitati, sub oculis * domini suã probare operã studebant. Ipsi Maßilienses & celeritate nauium, & scientia gubernatorum confisi, nostros eludebãt, impetusq; eorũ excipiebãt, & (quod licebat latiore spacio) producta longius acie circumuenire nostros, aut pluribus nauibus adoriri singulas, aut remos transcurrentes detergere, si possent, contendebant: cùm propius erat necessariò uentum, ab scientia gubernatorum atq; artificij ad uirtutem montanorum cõfugiebant. Nostri, * quòd minus exercitatis remigibus, minusq; peritis gubernatoribus utebãtur, quiq; repentè ex onerarijs nauibus erant producti, neque dum etiam uocabulis armamentorum cognitis, tum etiam grauitate & tarditate nauium impediebantur: factæ enim subitò ex humida materia nõ eundem usum celeritatis habebãt. itaq; dum locus cominus pugnandi daretur, æquo animo singulas binis nauibus obijciebãt: atq; iniecta manu ferrea, & retenta utraq; naue, diuersi pugnabant, atq; in hostium naues transcendebant: & magno numero Albicorum & pastorum interfecto, partem nauium deprimunt, nonnullas cum hominibus capiunt, reliquas in portum cõpellunt. Eo die naues Maßiliensium, cum ijs quæ sunt

Manus ferreæ.

D. Bruti, cum Massiliensib. conflictus.

Albici.

al. incitati, al. Domitij

al. qui

Manus ferrea, ad retinendas naues, quam ἁρπάγονα Graeci uocant. Apianus in S. καὶ κορακίας ἢ χεῖρας βιβυρὰς εὐκολύτερον ἐπιβρίπτουν. Cæsariani Massilienses uincunt.

sunt captæ, intercunt IX. Hoc primùm Cæsari ad Ilerdam nunciatur. Simul perfecto ponte celeriter fortuna mutatur. Illi perterriti uirtute equitum, minus liberè, minus audacter uagabãtur: aliàs nõ longo ab castris progressi spacio, ut celerem receptum haberent, angustius pabulabantur: aliàs lõgiore circuitu custodias stationesq; equitũ uitabãt, aut aliquo accepto detrimento, aut procul equitatu uiso, ex medio itinere proiectis sarcinis fugiebant. Postremò etiã plures intermittere dies, & præter consuetudinẽ omniũ noctu constituerãt pabulari. Interim Oscenses & Calaguritani, qui erant cum Oscensibus contributi, mittunt ad eum legatos, seseq; imperata facturos pollicentur. hos Tarraconenses, & Lacetani, & Ausetani, & paucis pòst diebus Illurgauonenses, qui flumẽ Iberum attingunt, insequũtur. Petit ab his omnibus, ut se frumẽto iuuẽt: pollicẽtur, atq; omnib. undiq; cõquisitis iumẽtis, in castra deportant. Transit etiã cohors Illurgauonensis ad eum, cognito ciuitatis consilio, & signa ex statione trãsfert. Magna celeriter fit cõmutatio rerum, perfecto põte, magnis quinq; ciuitatibus ad amicitiã adiunctis, expedita re frumentaria, extinctis rumoribus de auxilijs legionum quæ cum Pompeio per Mauritaniã uenire dicebantur: multæ longinquiores ciuitates ab Afranio desciscũt, & Cæsaris amicitiam sequuntur. Quibus rebus perterritis animis aduersariorũ, Cæsar ne semper magno circuitu per pontem equitatus esset mittendus, nactus idoneũ locum, fossas pedũ XXX. in latitudinẽ complures facere instituit, quibus partem aliquam Sicoris auerteret, uadumq; in eo flumine efficeret. His penè effectis, magnum in timorem Afranius Petreiusq; perueniunt, ne omnino frumento pabuloq; inter-

Afranianorum superato a Cæsare ponte fortuna mutatur.

Oscenses Calaguritani. Tarraconenses. Lacetani. Ausetani. et Illurgauonenses ad Cæsarem deficiunt.

Multæ ciuitates ab Afranio desciscunt. et Cæsarem sequuntur.

Afranianorum timor.

tercluderentur, quòd multum Cæsar equitatu ualebat. Itaq; constituunt ipsi locis excedere, & in Celtiberiã bellum transferre. Huic consilio suffragabatur etiã illa res, quòd ex duobus cõtrarijs generibus, quæ superiore bello cum L. Sertorio steterant, ciuitates * uictæ nomen atq; imperium absentis timebant: quæqúe in amicitia manserant Pompeij, magnis affectæ beneficijs eum diligebant: Cæsaris autem in Barbaris erat nomẽ obscurius. Hinc magnos equitatus, magnaq́; auxilia expectabant, & suis locis bellum in hyemem ducere cogitabant. Hoc inito consilio, toto flumine Ibero naues * conquiri, & Octogesam adduci iubent. Id erat oppidum positũ ad Iberum, milliaq́; passuum à castris aberat XX. Ad eum locum fluminis nauibus iunctis pontem imperant fieri, legionesq́; duas flumen Sicorim traducunt, castraq́; muniunt uallo pedũ XII. Quare per exploratores cognita, summo labore militum Cæsar cõtinuato diẽ noctemq́; opere in flumine auertendo, huc iam rẽ * duxerat, ut equites, etsi difficulter atq; ægrè fiebat, possent tamen atque auderent flumen transire: pedites uerò tantummodo humeris ac summo pectore extarent, ut tum altitudine aquæ, tum etiam rapiditate fluminis ad transeundum impedirentur. Sed tamen eodem ferè tempore pons in Ibero propè effectus nunciabatur, & in Sicori uadum repertebatur. Iam uerò eò magis illi maturandum iter existimabant. Itaque duabus auxiliaribus cohortibus Ilerdæ præsidio relictis, omnibus copijs Sicorim transeunt, & cum duabus legionibus, quas superioribus diebus traduxerant, castra coniungunt. Relinquebatur Cæsari nihil, nisi uti equitatu agmen aduersariorũ malè haberet, & carperet.

Bellum in Celtiberiam:

al. uinctæ

Octogesa.

al. conquirere

Cæsaris in auertendo Sitori labor.

al. reduxerat.

al. adduxerat.

Pons

42 Pons enim ipsius magnum circuitum habebat, ut multò breuiore itinere illi ad Iberum peruenire possent. Equites ab eo missi flumen transeunt: & cùm de tertia uigilia Petreius atq; Afranius castra mouissent, repentè se ad nouissimum agmen ostendunt, & magna multitudine circunfusa morari, atq; iter impedire incipiunt. Prima luce ex superioribus locis, quæ Cæsaris castris erant coniuncta, cernebatur equitatus nostri prælio nouissimos illorum premi uehemẽter, ac nõnunquã* substinere extremũ agmen, atq; * interrumpi: aliàs inferri signa, & uniuersarum cohortium impetu nostros propelli, deinde rursus conuersos insequi. Totis uerò castris milites* cõturbari, & dolere hostem ex manibus dimitti,* bellum necessariò longius duci: Centuriones Tribunosq; militũ adire, atq; obsecrare, ut per eos Cæsar certior fieret, ne labori suo neu periculo parceret: paratos esse sese: posse & audere eà transire flumẽ, quà traductus esset equitatus. Quorũ studio & uocibus excitatus Cæsar, etsi timebat tantæ magnitudinis flumini exercitũ obijcere, conandum tamẽ atq; experiendum iudicat. Itaq; infirmiores milites ex omnibus centurijs deligi iubet, quorum aut animus aut uires uidebantur sustinere non posse: hos cum legione una præsidio castris relinquit: reliquas legiones expeditas educit, magnoq; numero iumentorũ in flumine suprà atq; infrà cõstituto, traducit exercitũ. pauci ex his militibus ui fluminis abrepti, ab equitatu excipiuntur, ac subleuãtur: interijt tamen nemo. Traducto incolumi exercitu, copias instruit, triplicemq; aciem ducere incipit. ac tãtum fuit in militibus studiũ, ut milliũ VI ad iter addito ad uadũ circuitu, magnaq; fluminis mora interposita, eos qui de tertia uigilia exissent,

al. sustinere
al. interrumpi alas, inf. circulari
al. bellũq; non necess.
Exercitus Cæsaris promptitudo.
Cæsar exercitum per Sicorim traducit, nemine amisso.

sent, ante horã diei nonã consequerentur. Quos ubi Afranius procul uisos cum Petreio cõspexit, noua re perterritus, locis superioribus cõstitit, aciemq; instruxit. Cæsar in campis exercitũ reficit, ne defessum prælio obijciat. Rursus conãtes progredi, insequitur, & moratur. Illi necessariò maturius quàm constituerant, castra ponunt. (Suberant enim montes, atq; à millibus passuum quinq; itinera difficilia atq; angusta excipiebant: hos intra montes se recipiebant, ut equitatum effugerent Cæsaris, præsidijsq; in angustijs collocatis exercitum itinere prohiberent, ipsi sine periculo ac timore Iberum copias traducerent: quod fuit illis conandum, atq; omni ratione efficiendum) & totius diei pugna, atq; itineris labore defeßi, rem in posterum diem distulerunt. Cæsar quoq; in proximo colle castra ponit. Media circiter nocte ijs qui adaquandi causa longius à castris processerant, ab equitibus correptis; fit ab his certior Cæsar, duces aduersariorum silentio copias castris educere. Quo cognito, signum dari iubet, & uasa militari more cõclamari. Illi exaudito clamore, ueriti ne noctu impediti sub onere confligere cogerẽtur, aut ne ab equitatu Cæsaris in angustijs tenerẽtur, iter supprimunt, copiasq; in castris continent. Postero die Petreius cũ paucis equitibus occultè ad exploranda loca proficiscitur. Hoc idẽ fit ex castris Cæsaris. Mittitur L. Decidius Saxo cum paucis, qui loci naturam perspiciat. Vterq; idem suis renunciat, quinq; millia passuũ proxima intercedere itineris campestris, inde excipere loca aspera & montosa: qui prior has angustias occupauerit, ab hoc hostem prohiberi nihil esse negotij. Disputatur in concilio à Petreio & Afranio, & tempus profectionis quæritur: pleriq; cẽ-

Cæsar hostes insequitur.

Afraniani: media nocte copias castris educere volentes subsistere coguntur.

Loca utrinq; explorantur.

Afranij et Petreij de castris mouendis consultationes.

sebãt, ut noctu iter facerent: posse prius ad angustias uenìri, quàm sentiretur. Alij, quòd pridie noctu conclamatum esset in castris Cæsaris, argumenti sumebãt loco non posse clàm exiri. Circunfundi noctu equitatum Cæsaris, atq; omnia loca atq; itinera obsideri: nocturnaq; prælia esse
n. uitanda, quòd perterritus mules in ciuili dissensione timori magis, quàm religioni consulere consueuerit. At lucem multũ per se pudorem omnium oculis, multũ etiã tribunorum militum & centurionum præsentiam afferre: quibus rebus coerceri milites, & in officio cõtineri soleant. Quare omni ratione esse interdiu perrumpendum: etsi aliquo accepto detrimento, tamen summa exercitus salua, locũ quẽ petant, capi posse. Hæc uicit in concilio sentẽtia,
Cæsar mane copias castris eduxit. & prima luce postridie constituunt proficisci. Cæsar exploratis regionibus, albente cœlo omneis copias castris educit, magnoq; circuitu nullo certo itinere exercitũ ducit: nãq; itinera quæ ad Iberũ atq; Octogesam pertimebãt, castris hostium oppositis tenebantur: ipsi erant transcendendæ ualles maximæ, ac difficilimæ: saxa multis locis prærupta iter impediebãt, ut arma per manus necessariò traderẽtur, militesq; inermes, subleuatiq; alij ab alijs, magnam partem itineris conficerent. Sed hunc laborẽ recusabat nemo, quòd eum omnium laborum finẽ fore existimabant, si hostem Ibero intercludere, & frumento prohi
Afranam. bere potuissent. Ac primò Afranani milites uisendi causa læti ex castris procurrebant, cõtumeliosisq; uocibus prosequebantur, necessarij uictus inopia coactos fugere, atq; ad Ilerdam reuerti. Erat enim iter à proposito diuersum, contrariamq; in partem iri uidebatur. Duces uerò eorum suum consiliũ laudibus ferebãt, quòd se castris tenuissent:

multumq;

multumq; eorum opinionem adiuuabat, quòd sine iumentis impedimentisq; ad iter profectos uidebant, ut non posse diutius inopiam sustinere cõsiderent. Sed ubi paulatim retorqueri agmen ad dextram conspexerunt, iamq; primos superare regionem castrorum animaduerterunt: nemo erat adeò tardus, aut fugiens laboris, quin statim castris exeundum atque occurrendum putaret. Conclamatur ad arma, atque omnes copiæ, paucis præsidio relictis cohortib. exeunt, rectoq; ad Iberum itinere contendunt. Erat in celeritate omne positum certamen, utri prius angustias montesq; occuparent. Sed exercitum Cæsaris uiarum difficultates tardabant: Afranij copias equitatus Cæsaris insequens morabatur. Res tamen ab Afranianis huc erat necessariò deducta, ut si priores montes quos petebant, attigissent, ipsi periculum uitarent: impedimenta totius exercitus, cohortesq; in castris relictas, seruare non possent, quibus interclusis exercitu Cæsaris, auxilium ferri nulla ratione poterat. Confecit prior iter Cæsar, atque ex magnis rupibus nactus planiciem, in hãc * contra hostem aciem instruit. Afranius, quum ab equitatu nouissimum agmen premeretur, & ante se hostem uideret, collem quendam nactus, ibi constitit. Ex eo loco quatuor Cetratorum cohortes in montẽ, qui erat in cõspectu omniũ excelsissimus, mittit. Hunc magno cursu concitatos iubet occupare, eo consilio, uti ipse eôdem omnibus copijs contenderet, & mutato itinere, iugis Octogesam perueniret. Hunc cùm obliquo itinere Cetrati peterent, conspicatus equitatus Cæsaris in cohortes impetum facit: nec minimam partem temporis equitũ uim Cetrati sustinere potuerunt, omnesq; ab his circumuenti, in cõspectu utriusq;

Utrinq; summa celeritate de occupanctis montium angustijs contendit

Afranianis impediunt

Cæsar montes occupat

al. hac.

exercitus interficiuntur. Erat occasio bene gerendæ rei: neq; uerò id Cæsarem fugiebat, tanto sub oculis accepto detrimẽto, perterritũ exercitum sustinere non posse, præsertim circundatum undiq; equitatu, cùm in loco æquo atq; aperto cõfligeretur: idq́; ex omnibus partibus ab eo flagitabatur. Concurrebant Legati, Centuriones, Tribuniq́; militũ, ne dubitaret prælium cõmittere: omnium esse militũ paratißimos animos: Afranianos contrà multis rebus sui timoris signa misisse: quòd suis non subuenissent, quòd de colle non recederent, quòd uix equitum incursus sustinerent, collatisq́; in unũ locũ signis conferti, neq; ordines neq; signa seruarẽt: quòd si iniquitatẽ loci timeret, datum iri tamẽ aliquo loco pugnandi facultatẽ, quod certè inde decedendum esset Afranio, nec sine aqua permanere posset. Cæsar in eam spem uenerat, se sine pugna & sine uulnere suorum rem conficere posse, quòd re frumentaria aduersarios interclusisset. Cur etiam secundo prælio aliquos ex suis amitteret? Cur uulnerari pateretur optimè meritos de se milites? Cur deniq; fortunam periclitaretur? præsertim cùm nõ minus esset imperatoris, consilio superare, quàm gladio. Mouebatur etiã misericordia ciuiũ, quos interficiendos uidebat: quibus saluis atq; incolumibus rem obtinere malebat. Hoc consiliũ Cæsaris à plerisq; non probabatur. Milites uerò palàm inter se loquebãtur, quoniã talis occasio uictoriæ dimitteretur, etiã cùm uellet Cæsar, sese non esse pugnaturos. Ille in sua sententia perseuerat, & paulũ ex eo loco digreditur, ut timorem aduersarijs minuat. Petreius atq; Afranius, oblata facultate, in castra se referunt. Cæsar præsidijs montibus dispositis, omni ad Iberum intercluso itinere, quàm proximè

Cæsar prudens. Patris cupidus.

Imperator. Cæsi misericors.

xime poteſt hoſtium caſtris caſtra communit. Poſtero die duces aduerſariorum perturbati, quòd omnẽ rei frumentariæ fluminisq; Iberi ſpem amiſerãt, de reliquis rebus cõſultabant. Erat unum iter, Ilerdam ſi reuerti uellent: alterum, ſi Tarraconem peterẽt. Hæc conſultantibus eis, nunciatur aquatores ab equitatu premi noſtro. Qua re cognita, crebras ſtationes diſponunt equitum & cohortiũ alariarum, legionariaſq; interijciunt cohortes, uallumq; ex caſtris ad aquam ducere incipiunt, ut intra munitionem & ſine timore, et ſine ſtationibus aquari poſſent. Id opus inter ſe Petreius atq; Afranius partiunur, ipſiq; perficiendi operis cauſa longius progrediuntur. Quorum diſceſſu liberam nacti milites colloquiorum facultatẽ, uulgò procedunt: & quem quiſq; in caſtris notum aut municipem habebat, conquirit atq; * uocat. Primum agunt gratias omnes omnibus, quòd ſibi perterritis pridie peperciſſent: eorum ſe beneficio uiuere. Deinde imperatoris fidẽ quærunt, recténe ſe illi ſint commiſſuri: & quòd non ab initio fecerint, armaq; cum hominibus neceſſarijs & conſanguineis contulerint, conqueruntur. His prouocati ſermonibus fidem ab imperatore de Petreij & Afranij uita petunt, ne quod in ſe ſcelus concepiſſe, neu ſuos prodidiſſe uideantur. Quibus cõfirmatis rebus, ſe ſtatim ſigna trãſlaturos confirmant: legatoſq; de pace primorum ordinum centuriones ad Cæſarẽ mittunt. Interim alij ſuos in caſtra inuitandi cauſa adducunt, alij ab ſuis adducuntur, adeò, ut una caſtra iam facta ex binis uiderentur: cõpluresq; Tribuni militum & Centuriones ad Cæſarem ueniunt, ſeque ei cõmendant. Hoc idem fit à principibus Hiſpaniæ, quos illi euocauerant, & ſecum in caſtris habebant obſi-

Aduerſarij perturbati & de ſpe.

44

Milites ultro & citro inter ſe colloquuntur.

euocat

Familiaritatem militis militem contrahunt, noſtra inſtituta &c.

Tribuni, Centuriones, Hiſpaniam aut Cæſarẽ uenisse, & principibus.

dum loco: ij suos notos hospitesq; quærebant, per quem quisque eorum aditum cõmendationis haberet ad Cæsarem. Afranij etiam filius adolescens de sua & parentis sui salute cum Cæsare per Sulpitium legatum agebat. Erant plena lætitia & gratulatione omnia, eorum qui tanta pericula uitasse, & eorum qui sine uulnere tantas res cõfecisse uidebantur: magnumq; fructum suæ pristinæ lenitatis omnium iudicio Cæsar ferebat, consiliumq; eius à cunctis probabatur. Quibus rebus nunciatis Afranio, ab instituto opere discedit, seq; in castra recipit, sic paratus, ut uidebatur, ut quicunq; accidisset casus, hunc quieto & æquo animo ferret. Petreius uerò nõ deserit sese: armat familiã: cũ hac, & prætoria cohorte Cetratorũ, barbarisq; equitib. paucis, beneficiarijs suis, quos suæ custodiæ causa habere cõsueuerat, improuiso ad uallum aduolat, colloquia militũ interrumpit, nostros repellit ab castris: quos deprehendit, interficit: reliqui coeunt inter se, & repentino periculo exterriti, sinistras sagis inuoluunt, gladiosq; distringunt, atque ita se à Cetratis equitibusq; defendunt, castrorum propinquitate confisi: seq; in castra recipiunt, & ab his cohortibus quæ erant in statione ad portas, defenduntur. Quibus rebus confectis, flens Petreius manipulos circuit, militesq; appellat: neu se, neu Pompeiũ absentem imperatorem suum aduersarijs ad supplicium tradant, obsecrat. Fit celeriter cõcursus in Prætorium. Postulant, ut iurent omnes se exercitum ducesq; non desertu-

Afranij filius.

Petreius in propositio manet.

Iuramentum.

ros neq; prodituros, neq; sibi separatim à reliquis consilium capturos. Princeps in hæc uerba iurat, ipse ad diem iusiurandum adigit Afranium: subsequuntur Tribuni militum Centurionesq;. Centuriatim producti milites idem

iurant:

iurant: edicunt, penes quē quisq; sit miles Cæsaris, ut producatur: productos palā in prætorio interficiunt: sed pleriq; quos ceperant, celant, noctuq; per uallum emittunt. Sic terror oblatus à ducibus, crudelitas in supplicio, uana religio iurisiurādi, spem præsentis deditionis sustulit, mētesq; militum conuertit, & rem ad pristinam belli rationē redegit. Cæsar milites aduersariorum, qui in castra per tempus colloquij uenerant, summa diligentia conquiri & remitti iubet. Sed ex numero Tribunorum militū Centurionumq; nonnulli sua uoluntate apud eum remanserunt, quos ille postea magno in honore habuit: Cēturiones, ampliorisq; ordinis equites Romanos in tribunitium restituit honorem. Premebantur Afraniani pabulatione, aquabantur ægrè. Frumenti copiam legionarij nonnullā habebant, quòd dierum uigintiduorum ab Ilerda frumentum iussi erant efferre: Cetrati auxiliaresq; nullam, quorum erant & facultates ad parandū exiguæ, et corpora insueta ad onera portanda: itaq; magnus eorū quotidie numerus ad Cæsarem perfugiebat. In his erat angustijs res. Sed ex propositis cōsilijs duob. explicitius uidebatur ad Ilerdam reuerti, quòd ibi paululum frumenti reliquerant: ibi se reliquum consilium expleturos confidebant. Tarraco aberat longius, quo spacio plures rem posse casus recipere intelligebant. Hoc probato consilio, ex castris proficiscūtur. Cæsar equitatu præmisso, qui nouissimū agmē carperet atq; impediret, ipse cum legionibus subsequitur: nullum intercedebat tempus, quin extremi cū equitibus præliarētur. Genus erat hoc pugnæ: expeditæ cohortes nouissimū agmē claudebāt, pluresq; in locis campestrib. subsistebant: si mons erat ascendendus, facilè ipsa loci natura

Cæsariam milites interficiuntur.

Mutatio.

Cæsaris clementia.

Afraniani ad Ilerdam reuertuntur: quos Cæsar insequitur.

Pugna in itinere.

periculũ repellebat, quòd ex locis superioribus, qui antecesserant, suos ascendentes protegebant: cùm uallis aut locus decliuis suberat, neq; ij qui antecesserant, morantibus opem ferre poterãt, equites uerò ex loco superiore in aduersarios tela conijciebãt: tũ magno erat in periculo res: tum inquirebant, ut cũ eiusmodi esset locis appropinquatum, legionum signa consistere iuberẽt, magnoq́; impetu equitatum repellerẽt: eo summoto, repentè incitati cursu sese in ualles uniuersi demitterent, atq; ita transgreßi rursus in locis superioribus cõsisterent. nam tantum ab equitum suorum auxilijs aberant, quorũ numerum habebant magnũ, ut eos superioribus perterritos prælijs, in mediũ reciperẽt agmen, ultroq́; eos tuerentur: quorum nulli ex itinere excedere licebat, quin ab equitatu Cæsaris exciperetur. Tali dum pugnatur modo, lentè ac paulatim proceditur: crebroq́;, ut sint auxilio suis, subsistũt, ut tũ accidit: millia enim progreßi quatuor, uehementiusq́; peragitati ab equitatu, montẽ excelsum capiũt, ibiq́; una fronte cõtra hostẽ castra muniunt, neq; iumentis onera deponunt. Vbi Cæsaris castra posita, tabernaculaq́; constituta, & dimissos equites pabulandi causa animaduertêre, sese subitò proripiunt hora circiter sexta eiusdem diei, & spem nacti moræ, discessu nostrorũ equitum, iter facere incipiunt. Qua re animaduersa,* Cæsar relictis his legionibus subsequitur: præsidio impedimentis paucas cohortes relinquit: hora decima subsequi pabulatores, equitesq́; reuocari iubet. celeriter equitatus ad quotidianum itineris officiũ reuertitur: pugnatur acriter ad nouißimũ agmen, adeò, ut penè terga conuertant: compluresq́; milites, etiã nonnulli centuriones interficiuntur. Instabat agmẽ Cæsaris,

Peragitatus.

eductis legionbꝰ

Castra munita.

ris, atq; uniuersum imminebat. Tum uerò neq; ad explorandum idoneũ locum castris, neq; ad progrediendũ data facultate, cõsistunt necessariò, & procul ab aqua, et natura iniquo loco castra ponunt. Sed ijsdẽ de causis Cæsar, quæ suprà sunt demonstratæ, prælio nõ lacessit: & eo die tabernacula statui passus non est, quò paratiores essent ad insequendũ omnes, siue noctu, siue interdiu erumperent. Illi animaduerso uitio castrorum, tota nocte munitiones proferunt, castráq; castris conuertunt. Hoc idem postero die à prima luce faciunt, totumq; in ea re diem consumũt: sed quantum opere processerant, & castra protulerant, tanto aberãt ab aqua longius, & præsenti malo alijs malis remedia dabantur. Prima nocte aquandi causa nemo egreditur ex castris. Proximo die præsidio in castris relicto, uniuersas ad aquam copias educunt: pabulatũ emittitur nemo. His eos supplices malis Cæsar necessariã subire deditionem, quàm prælio decertare, malebat. Conatur tamen eos uallo fossáq; circummunire, ut quàm maximè repentinas eorum eruptiones demoretur, quò necessariò descensuros existimabat. Illi & inopia pabuli adducti, & quò essent ad id expeditiores, omnia sarcinaria iumẽta interfici iubent. In his operibus consilijsq; biduum cõsumitur. Tertio die magna iam pars operis Cæsaris processerat. Illi impediendæ rei quæ munitionis causa fiebat, hora circiter octaua signo dato legiones educũt, aciẽq; sub castris instruunt. Cæsar ab opere legiones reuocat, equitatũ omnem conuenire iubet, aciem instruit. Contra opinionẽ enim militum, famamq; omnium uideri prælio defugisse, magnum detrimentum afferebat: sed eisdẽ de causis, quæ sunt cognitæ, quò minus dimicare uellet, mouebatur: atq;

Legiones reuocantur.

hoc etiam magis, quòd spacij breuitas, etiã in fugam coniectis aduersarijs, non multum ad summam uictoriæ iuuare poterat. Non enim amplius pedum millibus duobus ab castris castra distabãt. Hinc duas parteis acies occupabãt duæ: tertia uacabat, ad incursum atq; impetum militũ relicta, si prælium committeretur: propinquitas castrorum celerẽ superatis ex fuga receptũ dabat. Hac de causa constituerat signa inferentibus resistere, prior prælio non lacessere. Acies erat Afraniana duplex: legio quinta & tertia in subsidijs locũ alariæ cohortis obtinebat. Cæsaris triplex: sed primam aciem ternæ cohortes ex quinta legione tenebant: has subsidiariæ ternæ, & rursus aliæ totidem suæ cuiusq; legionis subsequebantur: sagittarij funditoresq; media continebantur acie: equitatus latera cingebat. Tali instructa acie, tenere uterq; propositum uidebatur: Cæsar, ut nisi coactus prælium non cõmitteret: ille, ut opera Cæsaris impediret. Producitur tamẽ res, aciesq; ad solis occasum continentur. Inde utriq; in castra discedũt. Postero die munitiones institutas Cæsar parat perficere: illi uadũ fluminis Sicoris tentare, si transire possent. Quare animaduersa, Cæsar Germanos leuis armaturæ, equitumq; partem flumẽ traijcit, crebrasq; in ripis custodias disponit. Tandem omnibus rebus obsessi, quartum iam diem sine pabulo retentis iumentis, aquæ, ligni & frumenti inopia, colloquiũ petunt, & id, si fieri possit, semoto à militibus loco. Vbi id à Cæsare negatum, & palàm si colloqui uellent, concessum est, datur obsidis loco Cæsari filius Afranij. Venitur in eum locum quem Cæsar delegit. Audiente utroq; exercitu loquitur Afranius, non esse aut ipsi aut militibus succensendũ, quòd fidem erga imperatorem

Copia.

Pomperani inopia oratissimi rerum compulsi colloquiũ petũt.

Afranius Cæsarem colloquitur.

suum

suum Cn. Pompeium conseruare uoluerint: sed satis iam
feciſſe officio, satisq; supplicij tuliſſe, perpeſſos omnium
rerum inopiam. Nunc uerò penè ut fœminas* circum- al. circũ uentos.
munitos prohiberi aqua, prohiberi ingreſſu: neq; corpo-
re dolorem, neq; animo ignominiam ferre poſſe. Itaq; se
uictos confiteri: orare atq; obſecrare, si quis locus miseri-
cordiæ relinquatur, ne ad ultimum supplicium progredi
neceſſe habeant. Hæc quàm poteſt demiſsiſsimè atq; subie
ctiſsimè exponit. Ad ea Cæſar reſpondit, Nulli omniũ has 49 Cæsaris responsio.
parteis uel querimoniæ uel miserationis minus conueniſ-
ſe: reliquos enim omneis ſuum officium præſtitiſſe: se, qui
etiam bona conditione, & loco & tempore æquo confli-
gere noluerit, ut quàm integerrima eſſet ad pacẽ omnia:
exercitum ſuum, qui iniuria etiam accepta, ſuisq; interfe-
ctis, quos in ſua poteſtate habuit, conſeruarit & texerit:
illius deniq; exercitus milites, qui per se de cõcilianda pa-
ce egerint, qua in re omniũ ſuorũ uitæ conſulendum pu-
tarunt: ſic omnium ordinum parteis in miſericordia cõſti-
tiſſe, ipſos Duces à pace abhorruiſſe: eos neq; colloquij,
neq; inducíarum iura ſeruaſſe, & homines imperitos, &
per colloquium deceptos, crudeliſsimè interfeciſſe. Acci-
diſſe igitur his, quod plerunq; hominibus nimia pertina-
cia atq; arrogantia accidere ſoleat, ut eò recurrant, & id
cupidiſsimè petant, quod paulo antè contemſerint: neq; humanitate.
nunc ſe illorũ* humilitate, neq; aliqua temporis opportu-
nitate poſtulare, quibus rebus augeãtur opes ſuæ, ſed eos
exercitus quos contra ſe multos iam annos aluerint, uel-
le dimitti: neq; enim ſex legiones alia de cauſa miſſas in
Hiſpaniam, ſeptimamq; ibi conſcriptam: neq; tot tantas q;
claſſes paratas, atq; ſummiſſos duces rei militaris peritos:

nihil

nihil horum ad pacandas Hispanias, nihil ad usum Prouinciæ prouisum, quæ propter diuturnitatẽ pacis nullum auxilium desiderarit: omnia hæc iampridem contra se parari: in se noui generis imperia constitui, ut idem ad portas urbanis præsideat rebus, & duas bellicosissimas prouincias absens tot annos obtineat: in se iura magistratuum commutari, ne ex prætura & consulatu, ut semper, sed
50 per paucos probati & electi in prouincias mittantur: in se ætatis excusationẽ nihil ualere, quòd superioribus bellis probati, ad obtinendos exercitus euocentur: in se uno non seruari, quod sit omnibus datum semper imperatoribus, ut rebus feliciter gestis, aut cum honore aliquo, aut certè sine ignominia domum reuertantur, exercitumq; dimittant. Quæ tamen omnia & se tulisse patienter, & esse laturum: neq; nunc id agere, ut ab illis abductum exercitum teneat ipse, quod tamen sibi difficile non sit: sed ne illi habeant, quo cõtra se uti possint. Proinde ut esset dictum, prouincijs cederent, exercitumq; dimitterent, si id sit factum, nociturum se nemini: hanc unam atq; extremã pacis esse conditionem. Id uerò militibus fuit pergratum & iucundũ, ut ex ipsa significatione potuit cognosci, ut qui aliquid uicti incõmodi expectauissent, ultrò inde præmiũ missionis ferrent. Nam cùm de loco & tempore eius rei controuersia inferretur, & uoce & manibus uniuersi ex uallo, ubi constiterant, significare cœperunt, ut statim dimitterẽtur: neq;* omni interposita fide firmũ esse posse, si
omnia
in aliud tempus differretur. Paucis quum esset in utranq; partem uerbis disputatum, res huc deducitur, ut ij qui habeant domicilium aut possessiones in Hispania, statim: re-
51 liqui ad Varum flumen dimittantur: ne quid eis noceatur,

neue

neue quis inuitus sacramento cogatur, à Cæsare cauetur. Cæsar ex eo tempore, dum ad flumẽ Varum ueniatur, se frumentũ daturum pollicetur. Addit etiam, ut quid quisq; eorũ in bello amiserit, quæ sint penes milites suos, ijs qui amiserint, restituatur: militibus, æqua facta æstimatione, pecuniam pro his rebus soluit. Quascunq; postea controuersias inter se milites habuerant, sua sponte ad Cæsarem introduxerunt. Petreius atq; Afranius, quum stipendium ab legionibus, penè seditione facta, flagitaretur, cuius illi diem nondum uenisse dicerent: Cæsar ut cognosceret, postulatum est: eoq; utrique quod statuit, contenti fuerunt. Parte circiter tertia exercitus eo biduo dimissa, duas legiones suas antecedere, reliquas subsequi iussit, ut nõ longo inter se spacio castra facerẽt: eiq; negocio Q. Fusiũ Calenum legatum præfecit. Hoc eius præscripto ex Hispania ad Varum flumen est iter factum, atq; ibi reliqua pars exercitus dimissa est.

IN C. IV.

IN C. IVLII CAESARIS COMMENTARIORVM DE BELLO CIVILI LIbrum I. Henr. Glar. Annotationes.

Argumentum Libri 1. de bello Ciuili.

IN primo libro de bello Ciuili, hæc ordine habẽtur. Cõtẽtio in senatu Rom. de imperio Cæsaris. S. cõsulta aduersus Cæsarẽ. Intercessio tribunorũ pro Cęsare. Cæsaris apud milites concio. Biusdẽ à Rauẽna, discessus ad Ariminũ, ac reliqua superi maris oppida, quæ præsidijs firmat. Multi à Cęsare capiũtur, sed omnes dimittuntur. Quæ ad Corfiniũ acta ac Brũdusium, profusius explicantur: quòd illic Domitius captus, hic Pompeĩ uix euasit. Diuisio exercitus Cæsariani. Curio in Africã, Cęsar Romam proficiscitur, atq; inde Massiliam. Massilienses, recepto Domitio, Cæsari portas clauserunt. Relictis itaq; ad eius urbis obsidionem C. Trebonio & D. Bruto, Cæsar in Hispanias proficiscitur. Erant Afranius, Petreius ac Varro, Pompeĩ legati tres, qui Hispaniã septem legionibus obtinebant, præter Prouinciæ auxilia. C. Fabius tribus legionibus præcesserat Cæsarẽ. Ad Ilerdã omnis belli uis conuersa: hic cùm multis diebꝫ pugnis aliquot cõtendissent, tẽpestas Cęsarẽ omni cõmeatu intercluso, propè obruisset uicit patiẽtia. Nõ minꝰ tamẽ interea Massilia oppugnatur, & ipsos quidẽ Massilienses Brutus uicit nauali pugna. Porrò Afraniani in Celtiberiam abire conati, à Cæsarianis impediuntur, tandẽ ad deditionẽ cogũtur: quãmirũ in modũ tamẽ Petreius impedire conatus, res absq; multorũ sanguine tandẽ ad felicẽ exitũ peruenit. Clementiã suã Cæsar ostendit, exercituũq; dimissionẽ fecit, partim in Hispania, partim ad Varũ flumẽ.

In eandem sententiam loquitur Scipio. 1.

Hic fuit Metellus Scipio, C. Pompeĩ socer.

Dixerat aliquis leniorem sententiam. 2.

Leniores tres adfert dictas sententias, quanquam in unam duæ posteriores concedunt.

Item

Item L. Roſcius prætor. 3.

Videtur hic Roſcius eſſe, de quo Florus 99. lib. & Otho cognomine, de quo Horat. lib. Epod. Ode 4.

Dicuntur etiam à nonnullis. 4.

Pulchrè, ſed mordaciter inimicorum cauſas narrat.

Et dolor repulſæ. 5.

Huius repulſæ meminit Florus lib. 108.

Ipſe Pompeius. 6.

Nec quenquam iam ferre poteſt Cæſarue priorem,
Pompeiúsue parem. *Lucanus.*

Sylla reliquerat. 7.

L. Sylla tribunitiã poteſtatẽ propè deleuerat, ſed ius tamen intercedendi reliquerat, ut ſtatim poſt Cæſar apud milites conqueritur.

Decurritur ad illud extremum atq; ultimum. 8.

Senſus eſt: Nullus unquam lator huius legis tã audax fuit, ut hanc ferret, niſi penè in ipſo urbis incendio.

Lictoresq; habent in Vrbe. 9.

Hîc ſunt multæ incertæ diſtinctiones.

Quibus rebus cognitis. 10.

Oratio eſt accuſatoris, maximè aũt in amicos Cęſaris, hoc eſt, Catonẽ & Scipionẽ inuehitur. Pompeiũ propter ſummã autoritatẽ primùm nõ auſus directè petere, at ſumpta audacia, deinde notat: primùm quòd falſò gloriaretur de reſtituta poſt Syllæ tẽpora tribunitia poteſtate, quũ nũc eã prorſus obruat: ſecundò, quòd ſenat⁹ decretũ, q̃ in ultima tãtùm neceſsitate populus Romanus utebatur inuerterit.

Expiata Saturnini. 11.

De hoc Saturnino uide Florum in Epitome lib. 69. & de Gracho lib. 58. ac tribus ſequentibus.

Ariminum cum ea legione proficiſcitur. 12.

Hic Cæſar tranſiuit Rubiconem amnem armata manu contra S. C. dicens, Iacta alea: ut refert Suetonius.

Tamen hanc honoris iacturam. 13.

Hic exponit beneficium populi Romani.

Interea certior factus, Tignium, &c. 14.

Pro Tignium, uide ne ſit legendum Firmium, oppidum in Piceno ad ſuperum mare, ut ſunt alia hic enumerata.

Auxi-

Auximumq; proficiscitur. 15.

Auximatum meminit Plin. lib. 3. capite decimotertio, proximè Anconam.

Deseritur à suis Varus. 16.

Hic Varus protinus ex hac fuga in Africam uenit, quam prouinciam prætor antea possedit, ac illam à Cæsare auertit.

Etiam ex Cingulo. 17.

Cingulanorum meminit Plin. bis: semel in Latio, cap. 5. lib. 3. semel in tractu Piceno, cap. 13. eiusdem libri.

Ex Alba, & Marsis, & Pelignis. 18.

Albensium Albam ad Fucinum lacum ponit Plin. lib. 3. cap. 12. Ptolomæus Albam Bucelim uocat, ac Marsis attribuit.

Pollicetur quadraginta in singulos iugera. 19.

Vide ne Quaterna legendum pro Quadraginta, Quomodo enim hoc tot cohortibus senator unus daret?

Lucretius & Actius de muro se, &c. 20.

Hic Actius Pelignus fuit, non Varus ille, de quo paulo antè.

Quid ipsis Corfinienſibus, quid Domitio. 21.

Expectatio erat quid accideret Corfinienſibus, Domitio, &c. Nam existimabant Cæsarem sæuiturum in eos.

H-S. LX. Quod aurum adduxerat Domitius. 22.

Si legas Sestertia sexaginta, summa erit coronatorum mille quingentorum. Quæ summa uidetur nimis parua. Quare legendum existimo, Sestertium sexagies, quæ summa crescit in centena quinquaginta millia coronatorum.

Ferentinorum. 23.

Frentanorum legendum uidetur ex Plin. lib. 3. cap. 11. & 12.

In Siciliam Curionem proprætorem cum legionibus tribus. 24.

Intelligit triginta cohortes Domitianas, quas Corfinij nactus erat.

Sin timore defugiant, illis se honori. 25.

Legendum puto: Sin timore defugiant illi, se suo honori non defuturum, sed per se Rempub. administraturum.

Albi-

Albicos barbaros homines. 26.

Strabo lib. 4. ita habet: Post Sallyes tenent Albienses, & Albici, & Vocontij montana in Septentrionem uergentia.

Et Iluorum. 27.

Non satis clarum qui sint Ilui, quum Ilua apud Ptolemæum sit duarum insularum nomen: alterius inter Corsicam & Sardiniam: alterius Hetruriæ, decem millia passuum à Populonia, ut ait Plinius. De his non uideo ut hic locus intelligi queat.

Alter bello uictas Gallias attribuerit. 28.

Et hoc quoq; suspectum est, de uictis Gallijs Massilienſibus attributis: nisi intelligamus, ideò Cæsarem quoq; suspiciendum, quòd uictas Gallias Romanis attribuerit. Verùm quid hoc ad Massilienses, erga quos Pompeij priuata erant beneficia?

Naues longas Arelate numero, &c. 29.

Ptolemæus Arelatum Sallium & oppidum & coloniam facit.

Alter à saltu Castulonensi. 30.

Castulonem Ptolemæus facit urbem Oretanorum ad Anam flumen: Vectones autem inter Tagum & Dorium flumina ponit.

Bellum ad Ilerdam. 31.

Ilerda oppidum est citerioris Hispaniæ ad Sicorim flumen, uiginti millibus passuum ab Ibero amne.

Hinc optimi generis hominum ex Aquitanis. 32.

Intelligit de ijs qui ad Gebennam & Cœnomanorum montes habitant.

Et postero die omnibus copijs, &c. 33.

Hoc in loco Cæsar uidetur transisse Sicorim, quamuis loca superiora cum hoc non admodum quadrent: ita enim huius historiæ difficultas inde pendet, quòd ubi Afranij castra, citrane Sicorim fuerint, an ultra, scire planè non possumus. Ex superioribus citra flumen fuisse uidentur, sed ex sequentibus ultra. Lucanus tamen dicit, Sicorim medium fuisse inter castra Cæsaris & Afranij: Medius dirimit tentoria gurges.

Erat in oppido Ilerda & proximo. 34.

Vide num legendum sit, Erat inter oppidum Ilerdam & proximum collem: atq; ita legit Sulpitius Verulanus Lucani commentator.

Sicorim & Cingam. 35.

De Cinga suprà nihil dictum est: sed uidetur hic locus significare satis luculenter Cæsarem Sicorim transiecisse.

Cetrati citerioris Hispaniæ. 36.

Hic Cetratos uocat citerioris Hispaniæ, cùm superius ulterioris uocasset: & citerioris Scutatos.

Et loca trans flumen integra. 37.

Vide quomodo dicat trans flumẽ, si Ilerda ultra Sicorim fuit, cùm Fabius superius pabulatum miserat trans pontes, quòd ea quæ citra flumen fuerant, superioribus diebus consumpserat.

Imperat militibus Cæsar ut naues faciant. 38.

Vide ab initio lib. 5. & deinceps per aliquot folia: quanquam ne his quidem similes erant, opinor.

Militesq; his nauibus flumen transportat. 39.

Sicorim hîc trajicit, quandoquidem hunc postea auertere pluribus fossis annititur, ne magno circuitu per pontem equitatus esset mittendus.

Hæ ad insulam quæ est contra Massiliam. 40.

Strabo lib. 4. Stœchadas uocat tres insulas. Lucanus autem lib. 3. unam uocat.

Interim Oscenses & Calagurritani. 41.

Osca, oppidum Ilergetum, autore Ptolemæo. Plin. lib. 3. cap. 3. Calagurritanos duplices facit, alteros Nascisços, alteros Fibularenses cognominatos. Cæterùm Lascetani & Ausetani citra Iberum populi, apud Ptolemæum corruptè Leitani ac Autetani nominantur. Ilurgauonenses qui sint, non est certum. Plin. Illuronem eodem loco ponit, oppidum ciuium Romanorum.

Pons enim ipsius magnum circuitum, &c. 42.

Viginti enim millibus duobus à castris Cæsaris aberat, ut superius habitum est.

Impedimentisq; ad iter profectos uidebant. 43.

Reliquerant enim legionem unam præsidio castris apud Ilerdam, ut suprà dixit.

Alterum, si Tarraconem peterent. 44.

Vel hoc suspectum est nomen, uel Afranius ac Petreius ignorabãt Tarraconenses ad Cæsarem defeciisse, quod ipse tamen Cæsar superius scripsit.

Non

Non enim amplius pedum millibus, &c. 45.

Tutum nanq; receptum dabant castra propinqua, ut statim subiungit Cæsar.

Si prælium committeretur, &c. 46.

Tertiam partem interiectæ planiciei intelligit.

Illi uadum fluminis Sicoris tentare. 47.

Vide & hic Ilerdam citra Sicorim.

Audiente utroq; exercitu loquitur Afranius. 48.

Oratio deiecti animi, enumerantis quæ omnes sciebant, scilicet ut purgatus apud summum imperatorem uideretur.

Ad ea Cæsar respondit. 49.

Magnanima responsio est, nec minus ingeniosa, qua omnem huius belli culpam in aduersariorum duces deriuat. Primùm enim & se & suum exercitum, deinde & illorum exercitum purgat, quòd omnes in officio manserint: solos ipsos duces, Afranium ac Petreium, in culpa esse omnium harum calamitatum. Inuehit inde in Pompeium ac suos complices, ostendens, quanta iniuria ipsum affecerint. In fine breuem quidem, sed amaram ducibus, gratam exercitui ponit conclusionem.

In se ætatis excusationem nihil ualere. 50.

Quia Pompeius etiam emeritos coegit ad bellum.

Ad Varum flumen dimittantur. 51.

Id flumen est, Italiam à Gallia Transalpina separans.

ANNOT. HENR. GLAR.
IN LIB. I. FINIS.

C. IVLII CÆSARIS COMMENTARIORVM DE BELLO CIVILI, LIB. II.



VM hæc in Hiſpania geruntur, C. Trebonius legatus, qui ad oppugnationem Maßiliæ relictus erat, duabus ex partibus aggerem, uineas, turresq; ad oppidum agere inſtituit, una erat proxima portui naualibusq;, altera ad partem qua eſt aditus ex Gallia atq; Hiſpania ad id mare quod attingit ad oſtiũ Rhodani. Maßilia enim ferè ex tribus oppidi partibus mari alluitur: reliqua quarta eſt, quæ aditum habet à terra: huius quoq; ſpacij pars ea quæ ad arcem pertinet, loci, natura & ualle altißima munita, longam & difficilem habet oppugnationem. Ad ea perficienda opera C. Trebonius magnam iumentorum atque hominum multitudinẽ ex omni prouincia uocat, uimina, materiáq; comportari iubet. Quibus comparatis rebus, aggerem in altitudinem pedum octoginta extruit. Sed tanti erant antiquitus in oppido omniũ rerum ad bellum apparatus, tantaq; multitudo tormentorum, ut eorum uim nullæ contextæ uiminibus uineæ ſuſtinere poſſent. Aſſeres enim pedum duodecim cuſpidib. præfixi, atq; hi maximis baliſtis miſſi, per quatuor ordines cratium in terra defigebãtur: Itaq; pedalib. lignis coniunctis inter ſe porticus integebãtur, atq; hac agger inter manus proferebatur: antecedebat teſtudo pedũ ſexaginta, æquãdi loci cauſa facta, itẽ ex fortiſſimis

tißimis lignis, euoluta omnibus rebus quibus ignis iactus & lapides defendi possent. Sed magnitudo operum, altitudo muri atq; turrium, multitudo tormentorũ, omnẽ administrationem tardabat. Crebræ tamen per Albicos eruptiones fiebant ex oppido, ignesq; aggeri & turribus inferebantur: quæ facilè nostri repellebãt milites, magnisq; ultrò illatis detrimẽtis, eos qui eruptionem fecerãt, in oppidum reijciebãt. Interim L. Nasidius ab Cn. Pompeio cũ classe nauiũ sedecim, in quibus paucæ erant æratæ, L. Domitio Maßilienſibusq; subsidio missus, freto Siciliæ, imprudente atq; inopinãte Curione, prouehitur: appulsisq; Messanã nauibus, atq; inde propter repentinum terrorẽ principum ac senatus fuga facta, ex naualibus eorũ unam deducit. Hac adiuncta ad reliquas naues cursum Maßiliã uersus perficit, præmissaq; clàm nauicula Domitiũ Maßilienſesq; de suo aduentu certiores facit: eosq; magnopere hortatur, ut rursus cum Bruti classe, additis suis auxilijs, confligant. Maßilienſes post superius incõmodũ ueteres ad eundem numerum ex naualibus productas naues refecerãt, summaq; industria armauerant: remigũ gubernatorumq; magna copia suppetebat: piscatoriasq; adiecerant, atq; contexerãt, ut essent ab ictu telorũ remiges tuti: has sagittarijs tormentisq; compleuerant. Tali modo instructa classe, omniũ seniorũ, matrũfamilæ, uirginũq; precibus & fletu excitati, ut extremo tẽpore ciuitati subuenirent, nõ minore animo ac fiducia quàm antè dimicauerant, naues conscendunt. Communi enim fit uitio naturæ, ut inuisis, latitantibus atq; incognitis reb. magis confidamus, uehementiusq; exterreamur: ut tum accidit. Aduentus enim L. Nasidij summa spe & uoluntate ciuitatẽ

æratæ naues. Alias nominatur Vestrinæ, quia ex ære fiebant. Vide in quot partes erant distributi ad ictum arcendum. Nonnulli mit et rostra, non solum maiora nãq; sed et minora albatis ut in Sicilia Strabo de bello Alex. refert

complexerat. Nacti idoneum uentum, ex portu exeũt, & Taurenta, quod est castellum Maßilienſium, ad Naſidiũ perueniũt: ibiq; naues expediunt, rurſusq; ſe ad cõfligendum animo confirmant, & cõſilia communicant. Dextera pars Maßilienſib. attribuitur, ſiniſtra Naſidio. Eôdem Brutus cõtendit, aucto nauiũ numero. Nam ad eas quæ factæ fuerãt Arelatæ per Cæſarẽ, captiuæ Maßilienſium acceſſerant ſex. Has ſuperioribus refecerat diebus, atq; omnibus rebus inſtruxerat. Itaq; ſuos cohortatus, quos integros ſuperauiſſent, ut uictos contemnerent, plenus ſpei bonæ atq; animi aduerſus eos proficiſcitur. Facile erat ex caſtris C. Trebonij, atq; omnib. ſuperioribus locis proſpicere in urbẽ, ut omnis iuuentus quæ in oppido remanſerat, omnesq; ſuperioris ætatis cum liberis atq; uxoribus, ex publicisq; cuſtodijs, aut ex muro ad cœlũ manus tenderent, aut templa deorum immortaliũ adirent, et ante ſimulachra proiecti uictoriam ab Dijs expoſcerent. Neq; erat quiſquã omniũ, qui non in eius diei caſu ſuarum omniũ fortunarũ euentũ conſiſtere exiſtimaret. Nã & honeſti ex iuuẽtute, & cuiuſq; ætatis ampliſſimi nominatim euocati atq; obſecrati naues conſcenderãt: ut, ſi quid aduerſi accidiſſet, ne ad conandum quidem ſibi quicquam reliqui fore uiderẽt: ſi ſuperauiſſent, uel domeſticis opib. uel externis auxilijs de ſalute urbis confiderent. Commiſſo prælio, Maßilienſib. res nulla ad uirtutem defuit: ſed memores eorum præceptorũ, quæ paulò antè ab ſuis acceperant, hoc animo decertabant, ut nullũ aliud tẽpus ad conandũ habituri uiderẽtur: & quibus in pugna uitæ periculum accideret, non ita multò ſe reliquorum ciuiũ fatum antecedere exiſtimarẽt, quibus urbe capta, eadẽ eſſet

belli fortuna patienda: diductisq́; nostris paulatim nauibus, & artificio gubernatorum mobilitati nauium locus dabatur: & si quando nostri facultatem nacti, ferreis iniectis manibus nauē religauerant, undiq; suis laborantibus succurrebant. Neq; uerò coniuncti Albicis cominus pugna deficiebant, neq; multum cedebāt uirtute nostris: simul ex minoribus nauibus magna uis eminus missa telorum, multa nostris de improuiso imprudentibus atq; impeditis uulnera inferebant. Conspicatæq́; naues triremes duæ, nauem D. Bruti, quæ ex signo facilè agnosci poterat, duabus ex partibus sese in eam incitauerant: sed tanta, reprouisa, Brutus celeritate nauis enisus est, ut paruo momēto antecederet. Illæ adeò grauiter inter se incitatæ conflixerunt, ut uehementißimè utræq; ex concursu laborarent, altera uerò perfracto rostro tota collabefieret. Quare animaduersa, quæ proximæ ei loco ex Bruti classe naues erant, in eas impeditas impetū faciunt, celeriterq́; ambas deprimūt. Sed Nasidianæ naues nulli usui fuerunt, celeriterq́; pugna excesserunt. Non enim has aut cōspectus patriæ, aut propinquorum præcepta ad extremum uitæ periculum adire cogebant. Itaq; ex eo numero nauiū nulla desiderata est, ex Maßiliensium classe v. sunt depressæ, IIII. captæ: una cum Nasidianis profugit: quæ omnes citeriorem Hispaniam petiuerunt. At ex reliquis una præmissa Maßiliam huius nuncij perferendi gratia, cùm iam appropinquaret urbi, omnis sese multitudo ad cognoscendum effudit: ac re cognita, tantus luctus excepit, ut urbs ab hostibus capta eodem uestigio uideretur. Maßilienses tamen nihilo segnius ad defensionem urbis reliqua apparare cœperūt. Est aūt animaduersum ab legionarijs.

D. Bruti nauem Hexerem fuisse ex Lucano apparet, dicente in III. Celsior at cunctis Bruti Pistoria puppis, Verberibus semis agitur, molemque profundo, Tinxit et sulmis longe petit æquora remis. Hæc tamen D. Bruti Hexeres triremes statim antecessit: unde conijcere licet nec maiores naues, ut Hexeres. Quinqueremes ac minoribus triremibus tardiores esse, ut quidam non indocti perperam arbitrati sunt.

qui dextram partem operis administrabant, ex crebris hostium eruptionibus, magno sibi esse præsidio posse, si pro castello ac receptaculo turrim ex latere sub muro fecissent: quã primò ad repentinos incursus humilẽ paruãq; fecerunt. huc se referebant: hinc, si qua maior oppressérat uis, propugnabant: hinc ad repellendum, & prosequendũ hostem procurrebant. Patebat hæc quoquo uersus pedes xxx. sed parietũ crassitudo pedes v. Postea uerò (ut est rerum omnium magister usus) hominum adhibita solertia, inuentum est magno esse usui posse, si hæc esset in altitudinem turris elata. Id hac ratione perfectum est: Vbi turris altitudo perducta est ad contabulationem, eam in parietes instruxerunt, ita ut capita tignorum, extrema parietum structura tegerentur, ne quid emineret, ubi ignis hostium adhærescéret. Hanc insuper contignationẽ, quantum tectũ plutei ac uinearum passum est, laterculo astruxerunt: supraq; eum locum tigna transuersa iniecerunt, non longè ab extremis parietibus, quibus susp enderẽt eã cõtignationẽ, quæ turri tegumẽto esset futura: supraq; ea al. axib. tigna directò transuersas trabes iniecerunt, easq; * asseribus religauerunt: has trabes paulò longiores atq; eminentiores, quàm extremi parietes erant, effecerunt, ut esset ubi tegumenta præpendêre possent ad defendendos ictus uel repellendos, dum inter eam contignationem parietes extruerentur: eamq; contabulationem summã laterib. lutoq; constraxerunt, ne quid ignis hostium nocere 2 posset: centonesq; insuper iniecerunt, ne aut tela tormẽtis missa tabulationẽ perfringerent, aut saxa ex catapultis lateritium discuterent. Storias aũt ex funibus anchorarijs tres in longitudinẽ parietũ turris, latas quatuor pedes fecerunt,

cerunt, easq; ex tribus partib. quæ ad hostes uergebant, eminentibus trabibus circũ turrem præpendentes religa-uerunt: quod unũ genus tegumenti alijs locis erant experti nullo telo neq; tormento traijci posse. Vbi uerò ea pars turris quæ erat perfecta, tecta atq; munita est ab omni ictu hostiũ, pluteos ad alia opera * abduxerunt: turris tectum per seipsum prehensionibus ex contignatione prima suspendere ac tollere cœperunt: ubi quantũ storiarum demißio patiebatur, tantũ eleuabant. Intra hæc tegumenta abditi atq; muniti, parietes lateribus extruebant: rursus alia prehensione ad ædificandum sibi locum expediebant. ubi tẽpus alterius contabulationis uidebatur, tigna itẽ, ut primò, tecta extremis lateribus instruebant: exq; ea contignatione rursus summã contabulationẽ, storiasq; eleuabant. Ita tutò ac sine ullo uulnere ac periculo sex tabulata extruxerunt: fenestrasq;, quibus in locis uisum est, ad tormenta mittenda in struẽdo reliquerũt. Vbi ex ea turri, quæ circũ essent opera tueri se posse cõfisi sunt, musculum pedũ LX. longũ, ex materia bipedali, quẽ à turri lateritia ad hostiũ turrẽ murumq; perducerent, facere instituerunt: cuius musculi hæc erat forma: Duæ primũ trabes in solo æquè lõgæ distantes inter se pedes IIII. collocãtur: inq; eis columnellæ pedum in altitudinẽ V. defigũtur: has inter se capreolis molli fastigio cõiungunt, ubi tigna quæ musculi tegendi causa ponant, collocentur: eò super tigna bipedalia iniiciũt, eaq; laminis clauisq; religant: ad extremum musculi tectum, trabesq; extremas, quadratas tegulas, IIII. patẽtes digitos, defigunt, quæ lateres qui super musculos struãtur, cõtineant. Ita fastigiato atq; ordinatim structo, ut trabes quæ erant in capreolis collocatæ, lateri-

adduxerunt.

3.

bus lutoq; musculus, ut ab igne qui ex muro iaceretur, tutus esset, cõtegitur. Super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immissa lateres diluere posset. Coria autem, ne rursus igni ac lapidibus corrumpantur, centonib. conteguntur. Hoc opus omne tectum uineis ad ipsam turrim perficiunt, subitoq; inopinantibus hostibus, machinatione
4 nauali, phalangis subiectis, ad turrim hostium admouent, ut ædificio iungatur. Quo malo perterriti subitò oppidani, saxa quàm maxima possunt uectib. promouẽt, præcipitataq; muro in musculum deuoluunt. Tectum firmitas materiæ sustinet, & quicquid incidit fastigio musculi delabitur. Id ubi uident, mutant consilium. Cupas tæda ac pice refertas incendunt, easq; de muro in musculũ deuoluũt. Inuolutæ labuntur: delapsæ ab lateribus, longurijs furcisq; ab opere remouentur. Interim sub musculo milites uectibus infima saxa turris hostium, quibus fundamenta cõtinebantur, conuellunt. Musculus ex turri lateritia à nostris telis tormẽtisq; defenditur, hostesq; ex muro ac turribus submouentur: non datur libera muri defendendi facultas: cõpluribus iam lapidibus ex ea quæ suberat turri subductis, repentina ruina pars eius turris cõcidit, pars reliqua consequens procumbebat. Tum hostes turris repentina ruina cõmoti, inopinato malo turbati, deorũ ira perculsi, urbis direptione perterriti, inermes cũ infulis sese porta foras uniuersi proripiunt, ad legatos atque exercitum supplices manus tendunt. Qua noua re oblata, omnis administratio belli consistit: militesq; auersi à prælio, ad studium audiendi & cognoscendi feruntur. Vbi hostes ad legatos exercitumq; peruenerũt, uniuersi se ad pedes proijciunt: orant ut aduentus Cæsaris expectetur: captã suam

urbem

urbem uidere, opera perfecta, turrem subrutam: itaq; à defensione desistere: nullam exoriri morã posse, quò minus cùm ueniſſet, ſi imperata non facerent, ad nutum è ue stigio diriperẽtur. Docent, ſi omnino turris cõcidiſſet, nõ poſſe milites cõtineri, quin ſpe prædæ in urbem irrumpe rent, urbemq; delerent. Hæc atq; eiuſdem generis cõplura, ut ab hominibus doctis, magna cum miſericordia fletuq; pronunciantur. Quibus rebus commoti legati, milites ex opere deducunt, oppugnatione deſiſtunt, operibus cuſtodias relinquunt. Induciarum quodam genere miſericordia facto, aduentus Cæſaris expectatur: nullum ex muro, nullum à noſtris mittitur telum: ut re confecta, omnes curam & diligentiam remittunt. Cæſar enim per literas Trebonio magnopere mandauerat, ne per uim oppidum expugnari pateretur: ne grauius permoti milites, & defectionis odio, & contemptione ſui, & diutino labore omnes puberes interficerent: quod ſe facturos minabantur: ægreq; tunc ſunt retenti, quin oppidũ irrumperent: grauiterq; eam rem pertulerunt, quòd ſtetiſſe per Trebonũ, quò minus oppido potirentur, uidebatur. At hoſtes ſine fide tempus atq; occaſionem fraudis ac doli quærunt. Interiectis aliquot diebus, noſtris languentibus atq; animo remiſſis, ſubitò meridiano tempore, cùm alius diſceſſiſſet, alius ex diutino labore in ipſis operibus quieti ſe dediſſet, arma uerò omnia repoſita contectaq; eſſent, portis ſe foras erumpunt, ſecundo magnoq; uento ignem operib. inferunt. Hunc ſic diſtulit uentus, uti uno tempore agger, pluteí, teſtudo, turris, tormentaq; flammã conciperẽt, & prius hæc omnia conſumerentur, quàm quemadmodum accidiſſet, animaduerti poſſet. Noſtri repentina fortuna per-

permoti, arma quæ possunt arripiunt: alij ex castris sese incitant: fit in hostes impetus eorũ: sed muro, sagittis tormentisq; fugientes persequi prohibentur. Illi sub murum se recipiunt, ibiq; musculum turrimq; lateritiã liberè incendunt: ita multorum mensium labor, hostium perfidia, & ui tempestatis puncto temporis interijt. Tentauerunt hoc idem Maßilienses postero die eandem nacti tempestatem, maioriq; cum fiducia ad alteram turrem aggeremq; eruptione pugnauerunt, multumq; ignem intulerunt. Sed ut superioris temporis contentionem nostri omnem remiserant, ita proximi diei casu admoniti, omnia ad defensionem parauerant. Itaq; multis interfectis, reliquos infecta re in oppidum repulerũt. Trebonius ea quæ sunt amissa, multo maiore studio militũ administrare & reficere instituit. Nam ubi tantos suos labores & apparatus malè cecidisse uiderunt, inducijsq; per scelus uiolatis, suam uirtutem irrisui fore perdoluerũt, quòd unde agger omnino comportari posset, nihil erat reliquum, omnibus arboribus longè lateq; in finibus Maßilienſium excisis & conuectis, aggerem noui generis atq; inauditum & lateritijs duobus muris senũm pedum crassitudine, atq; eorum mu-
5 rorum contignationẽ facere instituerunt, æqua fere* lati
al. altitudine, magnitudine. tudine, atq; ille congestus ex materia fuerat agger. Vbi autem spacium inter muros, aut imbecillitas materiæ po-
6 stulare uideretur, pilæ interponuntur, trãsuersaria tigna injciuntur, quæ firmamento esse possint. Et quicquid est contignatum, cratibus cõsternitur, crates q; luto integuntur. Sub tecto miles dextera ac sinistra muro tectus, aduersus plutei obiectu operi quæcũq; usui sunt, sine periculo supportat. Celeriter res administratur: diuturni laboris detri-

detrimentum, solertia & uirtute militum breui reconcinnatur. Portæ quibus locis uidetur eruptionis causa in muro relinquũtur. Quod ubi hostes uiderunt, ea quæ diu longq; spacio refici non posse sperassent, paucorum dierũ opera & labore ita refecta, ut nullius perfidiæ, neq; eruptioni locus esset, neq; quicquam omnino relinqueretur, quo aut ui militibus, aut igni operibus noceri posset: eodemq; exemplo sentiunt totam urbẽ, quà sit aditus ab terra, muro turribusq; circumiri posse, sic ut ipsis consistẽdi in suis munitionibus locus non esset, cùm penè ædificata in muris ab exercitu nostro mœnia uiderentur, ac tela manu conijcerentur: suorumq; tormentorũ usum, quibus ipsi* magna sperassent, spacio propinquitatis interire: pariq; conditione è muro ac turribus bellandi data, uirtute se nostris adæquare non posse intelligunt: ad easdem deditionis conditiones recurrunt. M. Varro in ulteriore Hispania initio cognitis his rebus, quæ sunt in Italia gestæ, diffidens Põpeianis rebus, amicissimè de Cæsare loquebatur, præoccupatũ sese legatione, ab Cn. Pompeio teneri obstrictũ fide: necessitudinẽ quidem sibi nihilo minorẽ cum Cæsare intercedere: neq; se ignorare quod esset officium legati, qui fiduciariam operam obtineret, quæ uires suæ, quæ uoluntas erga Cæsarem totius Prouinciæ. Hæc omnibus referebat sermonibus, neq; se in ullam partẽ mouebat. Postea uerò cùm Cæsarem ad Massiliam detineri cognouit, copias Petreij cum exercitu Afranij esse coniũctas, magna auxilia conuenisse, magna esse in spe atq; expectatione, & consentire omnem citeriorẽ prouinciam, quæq; postea acciderant de angustijs ad Ilerdam rei frumentariæ, accepit, atq; hæc ad eum latius atque inflatius

magna ui superauissent.

Afra-

Afranius perſcribebat: ſe quoq; ad motũ fortunæ mouere cœpit. delectum habuit tota Prouincia: legionibus cõpletis duabus, cohortes circiter 30. alarias addidit: frumẽti magnum numerũ coegit, quod Maßilienſibus, itẽ quod Afranio Petreioq; mitteret: naues longas x. Gaditanis, ut facerent, imperauit. Cõplures præterea in Hiſpali faciendas curauit. Pecuniam omnem, omniaq; ornamenta ex fano Herculis in oppidum Gades contulit. Eò ſex cohortes præſidij cauſa ex prouincia miſit: Caiũq; Galloniũ equitem Romanum, familiarem Domitij, qui eò procurandæ hæreditatis cauſa uenerat, miſſus à Domitio, oppido Gadibus præfecit: arma omnia priuata & publica in domũ Gallonij contulit. Ipſe habuit graues in Cæſarẽ cõciones. Sæpe ex tribunali prædicauit, aduerſa Cæſarem præliaſſe ciſſe, magnum numerum ab eo militum ad Afranium perfugiſſe: hæc ſe certis nuncijs, certis autoribus comperiſſe. Quibus rebus perterritos ciues Romanos eius prouin-
7 ciæ, ſibi ad Remp. adminiſtrandã * H-S. CXC. millia, & argenti põdo XX. millia, tritici modios CXX. millia polliceri coegit. Quas Cæſari eſſe amicas ciuitates arbitrabatur, ijs grauiora onera iniungebat, præſidiaq; eò deducebat, & iudicia in priuatos reddebat: qui uerba atq; oratio nem aduerſus Rempub. habuiſſent, eorum bona in publicum addicebat. Prouinciã omnem in ſua & Pompeij uerba per iuſiurandũ adigebat. Cognitis his rebus, quæ ſunt geſtæ in citeriore Hiſpania, parabat bellum. Ratio autem hæc erat belli, ut ſe cũ duab. legionib. Gades cõferret, naues frumentumq; omne ibi contineret. Prouinciam enim omnem Cæſaris rebus fauere cognouerat. In inſula frumento nauibusq; comparatis, bellum duci non difficile exiſti-

Seſtertiũ nonagies

existimabat. Cæsar etsi multis necessarijsq; rebus in Italiã reuocabatur, tamen constituerat nullam partem belli in Hispanijs relinquere, quòd magna esse Põpeij beneficia, & magnas clientelas in citeriore Prouincia sciebat. Itaq; duabus legionibus missis in ulteriorẽ Hispaniam cũ Qu. Cassio Trib. pleb. ipse cum equitibus sexcentis magnis itinerib. progreditur, edictumq; præmittit, ad quã diem magistratus principesq; omnium ciuitatum sibi esse præstò Cordubæ uellet. Quo edicto tota Prouincia* peruulgato, nulla fuit ciuitas, quin ad id tempus partẽ senatus Cordubã mitteret.* Nõ ciuis Romanus paulò notior, quin ad statutũ diẽ conueniret. Simul ipse Cordubæ cõuentus per se portas Varroni clausit, custodias uigiliasq; in muro turribusq; disposuit. Cohortes duas, quæ Colonicæ appellabantur, cum eò casu uenissent, tuendi oppidi causa apud se retinuit. Iisdem diebus Carmonenses, quæ est longè firmissima totius prouinciæ ciuitas, deductis tribus in arcem oppidi cohortib. à Varrone præsidio, per se cohortes eiecit, portasq; præclusit. Hoc uerò magis properare Varro, ut cum legionibus quàm primùm Gades contenderet, ne itinere aut traiectu intercluderetur: tanta ac tam secunda in Cæsarem uoluntas prouinciæ reperiebatur. Progresso ei paulò longius, literæ à Gadibus redduntur, simulatque cognitum sit de edicto Cæsaris, consensisse Gaditanos principes cum Tribunis cohortium, quæ essent ibi in præsidio, ut Gallonium ex oppido expellerent, urbem insulamq; Cæsari seruarent. Hoc imito consilio, denunciasse Gallonio, ut sua spõte, dum sine periculo liceret, excederet Gadibus: si id non fecisset, sibi consilium capturos. Hoc timore adductum Galloniũ Gadibus excessisse.

promulgato.

nullus ue.

His

His cognitis rebus, altera ex duabus legionibus, quæ Vernacula appellabatur, ex castris Varronis, astãte & inspectante ipso, signa sustulit, seseq; Hispalim recepit, atque in foro & porticibus sine maleficio cõsedit: quod factũ adeò eius conuẽtus ciues Rom. comprobauerũt, ut domũ ad se quisq; hospitio cupidissimè reciperet. Quibus rebus perterritus Varro, cùm itinere cõuerso sese in Italiam uenturũ promisisset, certior à suis factus est præclusas esse portas: tum uerò omni intercluſus itinere ad Cæsarem mittit, paratũ se esse legionem cui iusserit, tradere. Ille ad eum Sex. Cæsarem mittit, atq; huic tradi iubet. Tradita legione, Varro Cordubam ad Cæsarẽ uenit: relatis ad eũ * publicis rationibus, cum fide, quod penes eũ est pecuniæ tradit, & quot ubiq; habeat frumenti ac nauiũ, ostendit. Cæsar habita cõcione Cordubæ, omnibus generatim gratias agit: ciuibus Rom. quòd oppidum in sua potestate studuissent habere: Hispanis, quòd præsidia expulissent: Gaditanis, quòd conatus aduersariorum infregissent, seseq; in libertatem uindicassent: Tribunis mil. centurionibusq;, qui eò præsidij causa uenerant, quòd eorum consilia sua uirtute confirmassent. Pecunias quas erãt in publicũ Varroni ciues Rom. polliciti, remittit: bona restituit ijs quos liberius locutos, hanc pœnam tulisse cognouerat: tributis quibusdam publicis priuatisq; præmijs, reliquos in posterum bona spe cõplet: biduumq; Cordubæ cõmoratus, Gades proficiscitur: pecunias monumentaq; quæ ex phano Herculis collata erant in priuatã domum, referri in templũ iubet: Prouinciæ Qu. Cassiũ præficit, huic quatuor legiones attribuit: ipse his nauib. quas M. Varro, quasq; Gaditani iussu Varronis fecerãt, Tarraconem paucis diebus

publicis cũ fide rationib.

bus peruenit: ibi totius ferè citerioris Prouinciæ legationes Cæsaris aduentum expectabant. Eadem ratione priuatim ac publicè quibusdã ciuitatibus habitis honoribus, Tarracone discedit, pedibusq; Narbonẽ, atq; inde Maßiliam peruenit: ibi legem de dictatore latam, seseq; Dictatorem dictum à M. Lepido prætore, cognoscit. Maßilienses omnibus defeßi malis, rei frumentariæ ad summam inopiã adducti, bis prælio nauali superati, crebris eruptionibus fusi, graui etiã pestilentia cõflictati ex diutina conclusione, & mutatione uictus (panico enim uetere, atque hordeo corrupto omnes alebãtur, quod ad huiusmodi casus antiquitùs paratum in publicum contulerant) deiecta turri, labefacta magna parte muri, auxilijs prouinciarum & exercituum desperatis, quos in Cæsaris potestatem uenisse cognouerant, seseq; dedere sine fraude cõstituunt. Sed paucis antè diebus L. Domitius cognita Maßilienßiũ uoluntate, nauibus tribus comparatis, ex quibus duas familiaribus suis attribuerat, unam ipse conscenderat, nactus turbidam tempestatem, est profectus. Hunc conspicatæ naues, quæ iussu Bruti consuetudine quotidiana ad portum excubabant, sublatis anchoris sequi cœperunt. Ex ijs unã ipsius nauigium contendit, & fugere perseuerauit, auxilioq; tempestatis ex conspectu abijt: duo perterrita concursu nostrarum nauiũ, seseq; in portum receperunt. Maßilienses arma tormentaq; ex oppido, ut est imperatũ, proferunt: naues ex portu naualibusq; educunt: pecuniam ex publico tradunt. Quibus rebus confectis, Cæsar magis eos pro nomine & uetustate, quàm pro meritis in se ciuitatis, cõseruans, duas ibi legiones præsidio relinquit: cæteras in Italiam mittit: ipse ad Vrbem proficiscitur. Iisdem

temporibus C. Curio in Africã profectus ex Sicilia, etiam ab initio copias P. Actij Vari despiciens, duas legiones ex quatuor, quas à Cæsare acceperat, & quingentos equites transportabat: biduoq; & noctibus tribus nauigatione consumptis, appulit ad eum locum, qui appellatur Aquilaria. Hic locus abest à Clupeis passuum uiginti duo millia, habetq; non incommodam æstate stationem, & duobus eminentibus promontorijs continetur. Huius aduentum * L. Cæsar filius cũ decem longis nauibus ad Clupeã præstolans (quas naues Vticæ ex prædonum bello subductas P. Actius reficiẽdas huius belli causa curauerat) ueritusq; nauium multitudinem, ex alto refugerat, appulsaq; ad proximum littus triremes cõstrata, & in littore relicta, pedibus * Adrumẽtum profugerat. Id oppidũ C. Considius Longus unius legionis præsidio tuebatur. Reliquæ Cæsaris naues eius fuga Adrumentũ se receperunt. Hunc secutus M. Rufus quæstor nauibus duodecim, quas præsidio onerarijs nauibus Curio ex Sicilia eduxerat, postquam relictam in littore nauem conspexit, hãc remulco abstraxit, ipse ad Curionem cum classe redit. Curio * Martium Vticam nauibus præmittit, ipse eódẽ cum exercitu proficiscitur: biduiq; iter progressus, ad flumen Bagradam peruenit: * C. Caninium Rebilum legatum cum legionibus relinquit: ipse cum equitatu antecedit ad castra explorandi Corneliana, quòd is locus peridoneus castris habebatur. Id autem est iugum directum, eminens in mare, utraq; ex parte præruptum atq; asperum, sed paulò tamen leniore fastigio ab ea parte quæ ad Vticam uergit: abest directo itinere ab Vtica paulò amplius passus mille: sed hoc itinere est sinus, quò mare succedit longius, lateq; is locus restagnat

L. Cassius cum decem

Adrume tum

M. Rufum

al. ibi C.

gnat: quem si quis uitare uoluerit, sex millium circuitu in oppidum perueniet. Hoc explorato loco, Curio castra Vari cõspicit, muro oppidoq; coniuncta, ad portam quæ appellatur Bellica, admodum munita natura loci, una ex parte ipso oppido Vtica, altera theatro, quod est ante oppidum, substructionibus eius operis maximis, aditu ad castra difficili & angusto: simul animaduertit multa undique portari atq; agi plenissimis uijs, quæ repentini tumultus timore ex agris in urbem † conferantur: huc equitatũ mittit, ut diriperet, atq; haberet loco prædæ: eodemq; tẽpore his rebus subsidio sexcenti equites Numidæ ex oppido, peditesq; cccc. mittuntur à Varo, quos auxilij causa rex Iuba paucis diebus antè Vticam miserat. Huic & paternum hospitium cum Pompeio, & simultas cum Curione intercedebat: quòd tribunus plebis legem promulgauerat, qua lege regnum Iubæ publicauerat. Cõcurrunt equites inter se: neq; uerò primum impetum nostrorum Numidæ ferre potuerunt: sed interfectis circiter cxx, reliqui se in castra ad oppidum receperunt. Interim aduentus longarum nauiũ, Curio pronunciari onerarijs nauibus iubet, quæ stabant ad Vticam numero circiter cc, se in hostium habiturum loco, qui non euectigiò ad castra Corneliana uela direxisset. Qua pronũciatione facta, temporis puncto sublatis anchoris, omnes Vticã relinquunt, & quò imperatum est, transeunt: quæ res omnium rerum copia compleuit exercitum. His rebus gestis, Curio se in castra ad Bagradam recepit, atq; uniuersi exercitus conclamatione Imperator appellatur. Postero die Vticam exercitum ducit, & prope oppidum castra ponit. Nondum opere castrorum perfecto, equites ex statione nunciant,

conferebantur.

† Alij: Duxisset legunt. Curio direxit. Quæ denet. Quæ: Vela dabat lætus. Et Turbine subita ostia vrbis. Impleuerantur mala nauibus ardentibus. Item: Fortuna mala. Cæsar. Pote q. direxit. Virg: Vela dabat. Vela dare. Sic tamen dixerit. Dare vela a Plin. capit. Terrorem nouorbia. Oculis cymba, decedunt. Oculis fruuntes. Ingere.

ciant, magna auxilia equitum peditumq; ab rege missa Vticam uenire: eodemq; tempore uis magna pulueris cernebatur, & ueſtigio temporis primum agmẽ erat in conſpectu. ~~Nouitate rei Curio permotus~~, præmittit equites, qui primũ impetũ ſuſtineant, ac morentur. Ipſe celeriter ab opere deductis legionibus, aciẽ inſtruit, equitesq; committunt prælium: & prius quàm planè legiones explicari & conſiſtere poſſent, tota auxilia Regis impedita ac perturbata, quòd nullo ordine & ſine timore iter fecerant, in fugam ſe conijciunt: equitatuq; omni ferè incolumi, quòd ſe per littora celeriter in oppidum recepit, magnum peditum numerum interficiunt. Proxima nocte Centuriones Marſi duo ex caſtris Curionis cũ manipularibus ſuis uigintiduobus ad Actium Varum perfugiũt. Ii ſeu uerè quã habuerant opinionẽ ad eũ perferũt, ſeu etiã auribus Vari ſeruiũt (nam quæ uolumus, & credimus libenter: & quæ ſentimus ipſi, reliquos ſentire ſperamus) confirmant quidem certè totius exercitus animos alienos eſſe à Curione, maximeq; opus eſſe in conſpectum exercitum uenire, & colloquendi dare facultatem. Qua opinione adductus Varus, poſtero die manè legiones ex caſtris educit: facit idem Curio, atq; una ualle non magna interiecta, ſuas utercq; copias inſtruit. Erat in exercitu Vari Sext. Quintilius Varus, quẽ fuiſſe Corfinij ſuprà demonſtratũ eſt. Hic dimiſſus à Cæſare, in Africam uenerat: legionesq; eas traduxe-
11 rat Curio, quas ſuperioribus tẽporibus Corfinio receperat Cæſar: adeò ut paucis mutatis Centurionibus, ijdem ordines manipuliq; conſtarent. Hanc nactus appellationis cauſam Quintilius, circumire aciẽ Curionis, atq; obſecrare milites cœpit, ne primã ſacramenti quod apud Domitium

mitium atq; apud se quæstorem dixissent, memoriã deponerent: neu contra eos arma ferrent, qui eâdem essent usi fortuna, eadẽq; in obsidione perpessi: neu pro his pugnarent, à quibus in contumeliã perfugæ appellarentur. His pauca ad spem largitionis addit, quæ ab sua liberalitate, si se atq; Actium secuti essent, expectare deberẽt. Hac habita oratione, nullam in partem ab exercitu Curionis fit significatio. atq; ita suas utrasq; copias reducit: * atq; in castris Curionis magnus omnium incessit timor. nam is uarijs hominũ sermonibus celeriter augetur, unusquisq; enim opiniones fingebãt, et ad id quod ab alio audierat, sui aliquid timoris addebãt. Hoc ubi uno autore ad plures permanauerat, atq; * alius alij tradiderat, plures autores eius rei uidebantur: ciuile bellũ, genus hominũ quod liceret liberè facere, & sequi quod uellent: legiones hæ quæ paulò antè apud aduersarios fuerãt: (nam etiã Cæsaris beneficiũ mutauerat consuetudo) quæ offerrentur municipia etiam diuersis partibus coniuncta. Neq; enim ex Marsis Peligniscq; ueniebant, ut qui superiore nocte in contubernijs, * cõmilitesq; nonnulli grauiores sermones militum uulgò durius accipiebant: nonnulla etiam ab ijs qui diligentiores uideri uolebant, fingebantur. Quibus de causis concilio conuocato, de summa rerũ deliberare incipit. Erant sententiæ, quæ conandum omnibus modis, castraq; Vari oppugnanda censerẽt, quòd huiusmodi militum consilijs ocium maximè contrarium esse arbitrarentur. Postremò præstare dicebãt, per uirtutẽ in pugna belli fortunã experiri, quàm desertos et circumuentos à suis, grauissimũ supplicium pati. Porrò erant qui censerent, de tertia uigilia in castra Corneliana recedendũ, ut maiore

al. at

al. aliis aliij tradiderant.

al. cõmilitonesque

ſpacio temporis interiecto, militum mentes ſanarentur: ſimul, ſi quid grauius accidiſſet, magna multitudine nauiũ & tutius & facilius in Siciliam receptus daretur. Curio utrunq; improbans cõſilium, quantũ alteri ſententiæ deeſſet animi, tantũ alteri ſupereſſe dicebat: hos turpiſſimæ fugæ rationẽ habere, illos etiam iniquo loco dimicandum putare. Qua enim, inquit, fiducia, & opere & natura loci munitiſſima caſtra expugnari poſſe cõfidimus? aut uerò quid proficimus, ſi accepto magno detrimẽto, ab oppugnatione caſtrorum diſcedimus? Quaſi nõ & felicitas rerum gestarum, exercitus beneuolentiã imperatoribus, & res aduerſæ odia conciliẽt. Caſtrorum aũt mutatio quid habet, niſi turpem fugam, & deſperationem omnium, & alienationẽ exercitus? Nam neq; prudẽtes ſuſpicari oportet, ſibi parũ credi: neq; improbos, ſcire ſeſe timeri: quòd illis licentiã timor augeat, noſtris ſtudia diminuat. Quòd ſi iam, inquit, hæc explorata habemus, quæ de exercitus alienatione dicuntur (quæ quidem ego aut omnino falſa, aut certè minora opinione eſſe confido:) quãto hæc* diſſimulare & occultare, quàm per nos confirmari præſtat? An non uti corporis uulnera, ita exercitus incommoda ſunt tegenda, ne ſpem aduerſarijs augeamus? At etiam, ut media nocte proficiſcamur, addunt: quò maiorem, credo, licentiã habeant qui peccare conentur. Nam huiuſmodi res aut pudore aut metu tenẽtur: quibus rebus nox maxime aduerſaria eſt. Quare neq; tanti ſum animi, ut ſine ſpe caſtra oppugnanda cenſeã: neq; tanti timoris, ut ipſe deficiam: atq; omnia prius experienda arbitror, magnaq; ex parte iam me unà uobiſcũ de re iudiciũ facturum cõfido.

Sententia

*diſſimulari et occultari,

12 Dimiſſo concilio, concionẽ aduocat militum: cõmemorat quo

quo sit eorũ usus studio ad Corfiniũ Cæsar: ut magnã partem Italiæ beneficio atq; autoritate eorũ suã fecerit. Vos enim, uestrumq; factũ, inquit, omnia deinceps municipia sunt sequuta: neq; sine causa & Cæsar amicissimè de uobis, & illi grauissimè iudicauerũt. Pompeius enim nullo prælio pulsus, uestri facti præiudicio demotus, Italia excesſit. Cæsar me, quẽ sibi charissimũ habuit, prouinciamq; Siciliam atq; Africã, sine quibus urbem atq; Italiã tueri non potest, uestræ fidei cõmisit. Adsunt qui uos hortentur, ut à nobis desciscatis. Quid enim est illis optatius, quàm uno tempore & nos circumuenire, & uos nefario scelere obstringere? Aut quid irati grauius de uobis sentire possunt, quàm ut eos prodatis, qui se uobis omnia debere iudicãt? & in eorum potestatẽ ueniatis, qui se per uos periisse existimant? An uerò in Hispania res gestas Cæsaris non audistis? duos pulsos exercitus? duos superatos duces? duas receptas prouincias? Hæc acta diebus XL. quibus in conspectũ aduersariorũ uenerit Cæsar: an qui incolumes resistere nõ potuerũt, perditi resistant? Vos autẽ* incerta uictoria Cæsarem secuti, dijudicata iam belli fortuna, uictũ sequimini, cùm uestri officij præmia percipere debeatis? Desertos enim se ac proditos à uobis dicũt, & prioris sacramẽti mentionẽ faciũt. Vósne uerò L. Domitiũ, an uos L. Domitius deseruit? nónne extremã pati fortunã paratos proiecit ille? nõ sibi clam uobis salutẽ fuga petiuit? nõ produti per illum, Cæsaris beneficio estis conseruati? Sacramento quidem uos tenere qui potuit? cùm proiectis fascibus, & deposito imperio, priuatus & captus ipse in alienã ueniſſet potestatem? Relinquitur noua religio, ut eo neglecto sacramento quo nunc tenemini, respiciatis illud

* certa

13 quod deditione ducis, & capitis diminutione sublatũ est. At, credo, si Cæsarem probatis, iam me offenditis: qui de meis in uos meritis prædicaturus nõ sum, quæ sunt adhuc & mea uoluntate, & uestra expectatione leuiora. Sed tamen sui laboris milites semper euentu belli præmia petiuerunt: qui qualis sit futurus, ne uos quidem dubitatis. Diligentiam quidem nostram, aut quem ad finem adhuc res processit, fortunamq; cur prætream? An pœnitet uos, quòd saluũ atq; incolumem exercitum, nulla omnino naue desiderata, traduxerim? quòd classem hostiũ primo impetu aduenientem profligauerim? quòd bis per biduũ equestri prælio superauerim? quòd ex portu sinuq; aduersariorũ c c. naues onerarias adduxerim? eoq; illos cõpulerim, ut neq; pedestri itinere, neque nauibus commeatu iuuari possint? Hac uos fortuna atq; his ducibus repudiatis, Corfinienſem ignominiã,* an Italiæ fugam, an Hispaniarum deditionẽ,* an Africi belli præiudicia sequimini? Equidem me Cæsaris militem dici uolui: uos me imperatoris nomine appellauistis: cuius si uos pœnitet, uestrum uobis beneficium remitto: mihi meum restituite nomẽ, ne ad contumeliam honorem dedisse uideamini. Qua oratione permoti milites, crebrò etiam dicentem interpellabant, ut magno cum dolore infidelitatis suspicionẽ sustinere uiderentur. Discedentẽ uerò ex concione, uniuersi cohortantur, magno sit animo, neu dubitet prælium cõmittere, & suam fidem uirtutemq; expediri. Quo facto cõmutata omnium & uoluntate & opinione, consensu suo constituit Curio, cùm primùm sit data potestas, prælio rem committere. Postero die productos loco eodem quo superioribus diebus cõstiterant, in acie collocat. Ne Varus quidẽ Actius dubi-

al. in Italia fuga, al. ī Afr. bel. præiudicio

dubitat copias producere, siue solicitandi milites, siue æquo loco dimicandi detur occasio, ne facultatẽ prætermittat. Erat uallis inter duas acies, ut suprà demonstratũ est, non ita magno aut difficili & arduo ascensu. Hanc uterq; si aduersariorũ copiæ trãsire conarẽtur, expectabat, quò æquiore loco prælium cõmitteretur: simul à sinistro cornu P. Actij equitatus omnis, & unà leuis armaturæ interiecti* plures, cùm se in uallem demitterent, cernebantur. Ad eos Curio equitatum, & duas Marrucinorum cohortes mittit: quorum primum impetum equites hostium non tulerunt, sed amissis equis ad suos refugerunt: relicti ab ijs, qui unà procurrerãt leuis armaturæ, circumueniebantur, atq; interficiebantur ab nostris. Huc tota Vari cõuersa acies, suos fugere & concidi uidebat. Tum Rebilus legatus Cæsaris, quẽ Curio secũ ex Sicilia duxerat, quòd magnum habere usum in re militari sciebat: Perterritum, inquit, hostem uides Curio, quid dubitas uti temporis opportunitate? Ille unum elocutus, ut memoria tenerent milites ea quæ pridie sibi confirmassent, sequi sese iubet, & præcurrit ante omnes: adeoq; erat impedita uallis, ut in ascensu, nisi subleuati à suis primi, non facilè eniterentur. Sed præoccupatis animis Actianorum militum timore, & fuga, & cæde suorum, nihil de resistendo cogitabant, omnesq; iam se ab equitatu circũueniri arbitrabãtur. Itaq; prius quàm telũ adijci posset, aut nostri propius accederent, omnis Vari acies terga uertit, seq; in castra recipit. Qua in fuga Fabius Pelignus quidam ex infimis ordinibus de exercitu Curionis, primum agmen fugientiũ consecutus, magna uoce Varum nomine appellans requirebat, uti unus esse ex eius militibus, & monere aliquid uel-

* al. coma plures.

le ac dicere uideretur. Vbi ille sæpius appellatus aspexit ac restitit, & quis esset, aut quid uellet, quæsiuit: humerum apertum gladio appetit, paulumq; abfuit quin Varum interficeret: quod ille periculum sublato ad eius conatũ scuto uitauit. Fabius à proximis militibus circumuentus interficitur:* ac fugientium multitudine ac turba portæ castrorũ occupãtur, atq; * iter impeditur: pluresq; in eo loco sine uulnere, quàm in prælio aut fuga interierũt. Neq; multum abfuit, quin etiã castris expellerentur: ac nonnulli protinus eodem cursu in oppidum contenderunt. Sed cùm loci natura & munitio castrorum aditum prohibebat, tum quòd ad prælium egreßi Curionis milites, his rebus indigebant, quæ ad oppugnationem castrorum erant usui. Itaq; Curio exercitũ in castra reducit, suis omnibus præter Fabium incolumibus, ex numero aduersariorum circiter sexcentis interfectis atq; uulneratis: qui omnes discessu Curionis, multiq; præterea per simulationẽ uulnerum ex castris in oppidum propter timorem sese recipiunt. Quare animaduersa Varus, & terrore exercitus cognito, buccinatore in castris, & paucis ad speciem tabernaculis relictis, de tertia uigilia silentio exercitum in oppidum reducit. Postero die Curio Vticã obsidere, & uallo circummunire instituit. Erat in oppido multitudo insolens belli, diuturnitate otij: Vticenses pro quibusdã Cæsaris in se beneficijs, illi amicißimi: conuentus qui ex uarijs generibus constarent: terror ex superioribus prælijs magnus. Itaq; de deditione omnes palàm loquebantur: & cum P. Actio agebant, ne sua pertinacia omnium fortunas perturbari uellet. Hæc cùm agerẽtur, nuntij præmißi ab rege Iuba uenerũt, qui illũ cum magnis copijs adesse dicerent,

à fug. ac refugientium impediuntur

14

rent,& de custodia ac defensione urbis hortarẽtur. Quæ res eorum perterritos animos cõfirmauit. Nunciabantur hæc eadem Curioni, sed aliquandiu fides fieri nõ potcrat: tantam habebat suarum rerum fiduciã. Iamq; Cæsaris in Hispania res secundæ, in Africam nuncijs ac literis perferebantur. Quibus omnibus rebus sublatus nihil contra se regem * ausurum existimabat. Sed ubi certis autoribus comperit, minus v & x x millibus longè ab Vtica eius copias abesse, relictis munitionibus sese in castra Corneliana recepit. Huc frumentum comportare, castra munire, materiam conferre cœpit. Statimq; in Siciliam misit, uti duæ legiones, reliquusq; equitatus ad se mitteretur. Castra erant ad bellum ducendum aptissima, natura, & loci munitione, & maris propinquitate, & aquæ & salis copia, cuius magna uis iam ex proximis erat salinis cò congesta: non materia multitudine arborum, nõ frumentum, cuius erant plenissimi agri, deficere poterat. Itaq; suorum omniũ consensu Curio reliquas copias expectare, & bellum ducere parabat. His constitutis rebus, probatisq; consilijs, ex * perfugis quibusdã oppidanis audit, Iubã reuocatum finitimo bello & cõtrouersijs Leptitanorũ, restitisse in regno: Saburã eius præfectũ cũ mediocrib. copijs missum Vticæ appropinquare. His autoribus temerè credẽs, consiliũ cõmutat, & prælio rem cõmittere cõstituit. Multum ad hãc rẽ probandã adiuuat adolescẽtia, magnitudo animi, superioris temporis prouentus, fiducia rei bene gerendæ. His rebus impulsus, equitatum omnẽ prima nocte ad castra hostiũ mittit ad flumẽ Bagradam, quibus præerat Sabura, de quo antè erat auditũ. Sed rex cũ omnib. copijs insequebatur, et VI. milliũ passuũ interuallo à Sabura

nisurum

profugis

conse-

conſederat. Equites miſsi noctu iter conficiunt: imprudentes atq; inopinantes hoſtes aggrediuntur. Numidæ enim quadã barbara conſuetudine nullis ordinibus paſsim conſederant. Hos oppreſſos ſomno & diſperſos adorti, magnum eorum numerũ interficiunt: multi perterriti profugiunt. Quo facto ad Curionem equites reuertuntur, captiuosq; ad eum reducunt. Curio cum omnibus copijs quarta uigilia exierat, cohortibus v. caſtris præſidio relictis. Progreſſus millia paſſuũ ſex, equites * cõuenit, rem geſtã cognouit: ex captiuis quærit, quis caſtris ad Bagradam præſit: reſpondẽt, Saburã. reliqua ſtudio itineris cõficiendi quærere prætermittit: proximaq; reſpiciens ſigna: Videtisne, inquit, milites, captiuorum orationem cum perfugis cõuenire? abeſſe regẽ, exiguas eſſe copias miſſas, quæ paucis equitibus pares eſſe nõ potuerũt? Proinde ad prædam, ad gloriam proparate, ut iam de præmijs ueſtris, & de referenda gratia cogitare incipiamus. Erant per ſe magna quæ geſſerãt equites, præſertim cùm eorum exiguus numerus cum tanta multitudine Numidarũ conferretur. Hæc tamen ab ipſis inflatius cõmemorabantur: ut de ſuis homines laudibus * libẽter prædicãt. Multa præterea ſpolia præferebantur: capti homines equitesq; producebantur: ut quicquid intercederet temporis, hoc omne uictoriam morari uideretur. Ita ſpei Curionis, militum ſtudia non deerant. Equites ſequi iubet ſeſe: iterq; accelerat, ut quàm maximè ex fuga perterritos adoriri poſſet. At illi itinere totius noctis confecto, ſubſequi non poterant, atq; alij alio loco reſiſtebant. Ne hæc quidem res Curionem * ad ſpem morabatur. Iuba certior factus à Sabura de nocturno prælio, duo millia Hiſpanorũ & Gallorũ equitũ, quos

al. inuenit,

al. inſolẽter gdẽ, ſed iub.

al. ab ſpe

quos suæ custodiæ causa circum se habere cõsueuerat, & pedituũ eam partẽ cui maximè confidebat, Saburæ submittit: ipse cum reliquis copijs elephantisq; XL. lentius subsequitur, suspicatus præmißis equitibus ipsum affore Curionem. Sabura copias equituũ peditumq; instruit, atq; his imperat, ut simulatione timoris paulatim cedant, ac pedẽ referant: se se, cùm opus esset, signum prælij daturum, & quod rem postulare cognouisset, imperaturum. Curio ad superiorem spem addita præsentis temporis opinione, hostes fugere arbitratus, copias ex locis superiorib. in campum deducit: quibus ex locis cũ longius esset progressus, confecto iã labore* exercitu, XVI. milliũ spacio cõsistit. Dat signũ suis Sabura, aciem constituit, & circũire ordines atq; hortari incipit: sed peditatu duntaxat procul ad speciem utitur, equites in aciem mittit. Non deest negotio Curio, suosq; hortatur, ut spem omnẽ in uirtute reponãt. Nec militibus quidem ut defessis, neq; equitibus ut paucis, & labore confectis, studiũ ad pugnandũ uirtusq; deerat. Sed ij numero CC (reliqui in itinere substiterant) quancunq; in partem impetũ fecerant, hostes loco cedere cogebant. Sed neq; longius fugientes prosequi, nec uehementius equos incitare poterant. At equitatus hostium ab utroq; cornu circũire aciem nostrã, & auersos proterere incipit. Cùm cohortes ex acie procurrissent, Numidæ integri celeritate impetũ nostrorũ effugiebant: rursusq; ad ordines suos se recipientes circumibãt, & ab acie excludebãt. Sic neq; in loco manere, ordinesq; seruare, neq; procurrere, & casum subire, tutũ uidebatur. Hostium copiæ, summißis ab rege auxilijs, crebrò augebantur: nostris uires laßitudine deficiebãt: simul ij qui uulnera acceperant,

* al. exercitus

neq;

neq; acie excedere, neq; in locũ tutum referri poterant, quod tota acies equitatu hostiũ circundata tenebatur. Hi de sua salute desperantes, ut extremo uitæ tempore homines facere consuêrunt, aut suam mortem miserabãtur, aut parenteis suos cõmendabant, si quos ex eo periculo fortuna seruare potuisset. Plena erãt omnia timoris & luctus. Curio ubi perterritis omnibus, neq; cohortationes suas, neq; preces audiri intelligit: unam, ut miseris in rebus, spem reliquã salutis esse arbitratus, proximos colles capere uniuersos, atq; eò inferri signa iubet. Hos quoq; præoccupat missus à Sabura equitatus. Tum uerò ad summã desperationẽ nostri perueniunt, & partim fugientes ab equitatu interficiuntur, partim integri procumbũt. Hortatur Curionẽ Cn. Domitius præfectus equitũ, cum paucis equitibus circunsistens, ut fuga salutẽ petat, atq; in castra contendat: et se ab eo nõ discessurum pollicetur. At Curio nunquã amisso exercitu, quẽ à Cæsare fidei suæ commissum acceperit, se in eius conspectũ reuersurũ confirmat: atq; ita prælians interficitur: equites perpauci ex prælio se recipiunt. Sed ij quos ad nouissimum agmen equorũ reficiendorum causa substitisse demonstratũ est, fuga totius exercitus procul animaduersa, sese incolumes in castra cõferunt. milites ad unum omnes interficiuntur. His rebus cognitis, M. Rufus Quæstor in castris relictus à Curione, cohortatur suos ne animo deficiant: illi orant atq; obsecrant, ut in Siciliam nauibus reportentur. Pollicetur, magistrisq; imperat nauiũ, ut primo uespere omneis scaphas ad littus appulsas habeant. Sed tantus fuit omnium terror, ut alij adesse copias Iubæ dicerent, alij cum legionibus instare Varum, iamq; se paluerẽ uenientium cernere

Curio interficitur.

re (quarum rerũ nihil omnino acciderat) alij classem hostium celeriter aduolaturam suspicarentur. Itaq; perterritis omnibus, sibi quisq; consulebat. Qui in classe erant, proficisci properabant. Horum fuga nauium onerariarũ magistros incitabat. Pauci lenunculi ad officium imperiumq; conueniebant. Sed tanta erat completis littoribus contentio, qui potißimùm ex magno numero conscenderent, ut multitudine atq; onere nonnulli deprimerentur, reliqui hoc timore propius adire tardarentur. Quibus rebus accidit, ut pauci milites patresq; familiæ, qui aut gratia aut misericordia ualerent, aut naues adnare possent, recepti, in Siciliã incolumes peruenirent: reliquæ copiæ, mißis ad Varum noctu* legatorũ numero centurionibus sese ei dediderunt: quorum cohortes militum Iuba postero die ante oppidum conspicatus, suã esse prædicans prædam, magnam partem eorum interfici iußit: paucos electos in regnum remisit. Cùm Varus suam fidem ab eo lædi quereretur, neque resistere auderet, ipse equo in oppidum uectus, prosequentibus cõpluribus senatoribus (quo in numero erat Ser. Sulpitius, & Licinius Damasippus) paucis diebus quæ fieri uellet, Vticæ constituit atq; imperauit, diebusq; æquè pòst paucis se in regnum cum omnibus copijs recepit.

legatis cũ cẽturionibus.

Appianus lib. XXIII et XXI Leunculos piscatorios uocat. Sed hic Cæsar uidetur non pro naue piscatoria, sed pro scapho nauium resurpare, quod ex superiori M. Rufi ad Magistros nauium oratione et imperio liquido constat.

IN C.

IN C. IVLII CAESARIS COMMENTARIORVM DE BELLO GALLICO LIbrum II. Henr. Glar. Annotationes.

Argumentum secundi Libri.

TRia hoc in libro tractantur. Primum, Massiliæ oppugnatio mari ac terra. Mari rursus uicit D. Brutus: terra perdifficilis fuit oppugnatio, operibus sanè mirandis, quæ diligentissimè descripsit Cæsar, quæ hostes datis inducijs perfidia deleuerunt. Reparatur rursus inauditus agger à Trebonio. Tandē Massilienses omnibus uicti malis sese Cæsari, qui iam ex Hispania denuò uictor redierat, dedidēre. Secundum, ut M. Varro Pompeij legatus Hispaniam ulteriorem à Cæsare auertere conatus sit, sed frustra. Nam prouinciæ consensus, ciuiumq; Rom. Cordubæ officium obstabant Varroni: demum unius legionis secessio coëgit eum, ut sese Cæsari dederet. Tertium, ut in Africa aduersam fortunā Cæsaris exercitus, Curioni Tribuno traditus, passus sit. Nam cùm primo aduentu prælijs aliquot Curio aduersus Actium Varum, Pompeij legatum, prosperè pugnasset, Vticamq; oppidum oppugnare conatus esset, subito aduentu Iubæ Maurorum regis, cùm Curio Saburam eius præfectum cum paucis subsidijs adesse, ex perfugis captiuisq; percepisset, oppressus est ēū toto propè exercitu. Pauci enim naurbus in Siciliam effugerunt: reliqui facta deditione, ac in fidem accepti, à rege Iuba trucidati sunt.

In hac ratione perfectum est. 1.

Duas res hīc Cæsar describit. Primò, turrim latericiam: secundò, musculum. Turris ad repentinos hostium incursus reprimendos facta erat: Musculus autem aduersus rerum grauissimarum lapsum, ut turris aut totius muri. Ab turri hostes à muris deturbabantur: sub musculo uerò milites murum Massilienſem, ac turrium fundamenta uellebant. In descriptione turris, singulis contabulationibus singulas contignationes subiungit, cum munitionibus desuper structis.

Centonesq; insuper iniecerunt. 2.

Centones stragula sunt crassiora, uillis passim pendentibus, quibus & lecti pauperum sternuntur, & tabernacula, omnisq; ca-

strensis

ſtreuſis ſupellex pluuio tempore uelantur. Vide adagium, Farcire centones.

Has inter ſe capreolis molli faſtigio, &c. 3.

Capreoli ligna ſunt à tranſuerſis trabibus ad columen uſq; erecta, quæ totum culmen ſuſtinendo colligunt. Vide Vitruuium libro 4. cap. 2.

Phalangis ſubiectis, ad turrim, &c. 4.

Phalangæ, ſunt ligna teretia, qualia ſunt quæ nauigijs dum uel ſub ducuntur, uel deducuntur, ſupponi ſolent.

Aequa ferè latitudine. 5.

Altitudinem initio huius libri prædixit, latitudinem nuſquã: quare pro latitudine ſuſpicor altitudinem legendum.

Pilæ interponuntur. 6.

Pila dicitur quæ parietem ſuſtentat, ab opponendo, ut Varro ſentit, ita uocata.

Sibi ad Rempublicam adminiſtrandam H-S. CXC. 7.

Legendum puto Seſtertiũm nonagies, ut efficiant ducenta ac uigintiquinq; millia coronatorum. Veri enim ſimile eſt, maximã ſummam primùm poſuiſſe: & in uetuſtis codicibus illud millia, nõ eſt poſitum, poſt centũ nonaginta. Quanquam ſi quis ſeſtertiũ n cẽties nonagies legat, habet quo ſe defendat. Erat autem ſumma ingens quadringẽtorũ ſeptuaginta quinq; millium coronatorum. Atq; id magis ueriſimile ad fidem codicum, & ad eam quæ ſequitur ſummam.

Panico enim uetere. 8.

De Panico uide Plinium lib. 18. cap. 7.

Hanc remulco abſtraxit. 9.

Remulco eſt, cùm ſcaphæ remis, nauis magna trahitur. Feſtus Pompeius.

Quod eſt ante oppidum ſubſtructionibus eius operis. 10.

Subſtructio eſt fabrica quæ in fundamentis fit. Fundamenta autem ſunt foſſæ, in quibus ſubſtruitur.

Quas ſuperioribus temporibus Corfinio receperat. 11.

Loquitur de triginta cohortibus, de quibus ſuprà,

Dimisso concilio, concionem aduocat, &c. 12.

Oratio est laudatoria dissuasoriaq;. In primis enim laudat militem deinde inuehit in hostes, maximè in L. Domitium: postremè de se ac militibus & eorum rebus gestis disserit.

Et capitis diminutione. 13.

Capitis diminutio, est prioris status permutatio. Caius.

Erat in oppido multitudo insolens. 14.

Alibi legitur, Illi amicissimi erant, cùm etiam ex uarijs generibus constarent.

Et controuersijs Leptitanorum, restitisse. 15.

Omnes autores Leptas ad Orientem Vticæ ponunt, & Numidiæ ab Occasu. Considerandum igitur Lectori, quo pacto hunc locum intelligat.

ANNOT. HENR. GLAR. IN LIB. II. FINIS.

C. IVLII CAESARIS COMMENTARIORVM DE BELLO GALLICO LIB. III.



Dictatore habente comitia Cæsare, consules creantur Iulius Cæsar, & P. Seruilius. Is enim erat annus, quo per leges * in consulem fieri liceret. His rebus confectis, cùm fides tota Italia esset angustior, neq; creditæ pecuniæ soluerentur, constituit ut arbitri darentur: per eos fierent æstimationes possessionum & rerum, quanti quæq; earum ante bellum fuissent, atq; eæ creditoribus traderentur. Hoc & ad timorem nouarum tabularum tollendum minuendumq;, qui ferè bella & ciuileis dissensiones sequi consueuit, & ad debitorum tuendam existimationem esse aptissimum existimauit. Item Prætoribus Tribunisq; plebis rogationes ad oppidum ferentibus, nonnullos ambitus Pompeia lege damnatos, illis temporibus quibus in * urbem præsidia legionum Pompeius habuerat (quæ iudicia alijs audientibus iudicibus, alijs sententiã ferentibus, singulis diebus erant perfecta) in integrum restituit: qui se illi * initio ciuilis belli obtulerant, si sua opera in bello uti uellet, * proinde æstimans, ac si usus esset, quoniam sui feciſſent potestatẽ. Statuerat enim hos prius iudicio populi debere restitui, quàm suo beneficio uideri receptos: ne aut ingratus in referẽda gratia, aut arrogãs in * præcipiẽdo populi beneficio uideretur. His rebus, et ferijs Latinis, comitijsq;

ei

i

urbe

in odio

2

perinde

præripiendo

omnibus perficiundis XI. dies tribuit, dictaturaq; se abdicat, & ab Vrbe proficiscitur, Brunduſiumq; peruenit. Eo legiones XII. equittatum omnem uenire iuſſerat. Sed tantum nauium reperit, ut anguſte XV. millia legionariorum militum, & * quingentos equites transportare poſſent. Hoc unum inopia nauiũ Cæſari ad conficiendi belli celeritatẽ defuit: atq; eæ ipſæ copiæ hoc infrequẽtiores imponuntur, quòd multi Gallicis tot bellis defecerant, longumque iter ex Hiſpania magnum numerum diminuerat, & grauis autumnus in Apulia circum q; Brunduſium, ex ſaluberrimis Galliæ & Hiſpaniæ regionibus, omnem exercitum ualetudine tentauerat. Pompeius anni ſpacium ad comparandas copias nactus, quod uacuum à bello atq; ab hoſte ocioſum fuerat, magnam ex Aſia, Cycladibusq; inſulis, Corcyra, Athenis, Ponto, Bithynia, Syria, Cilicia, Phœnice et Aegypto claſſem coẽgerat, magnã* omnibus locis ædificandam curauerat: magnã imperatam* Aſiæ, Syriæ,* Regibusq; omnibus, et Dynaſtis, & Tetrarchis, & liberis Achaiæ populis pecuniã exegerat, magnam ſocietates earum prouinciarũ, quas ipſe obtinebat, ſibi numerare coẽgerat. Legiones effecerat ciuium Roman. IX. quinq; ex Italia, quas traduxerat: unam ex Sicilia ueteranam, quã factam ex duabus Gemellam appellabat: unã ex Creta & Macedonia ex ueteranis militibus, qui dimiſſi à ſuperioribus imperatoribus, in ijs Prouincijs conſederãt: duas ex Aſia, quas Lentulus conſul cõſcribendas curauerat. Præterea magnum numerum ex Theſſalia, Bœotia, Achaia, Epiroq;, ſupplementi nomine in legiones diſtribuerat. His Antonianos milites admiſcuerat. Præter has expectabat cũ Scipione ex Syria legiones duas. Sagitta-

quingẽti equites tranſportari

quoque in om. Aſſyriæ. regionibusq;

riorum

riorũ ex Creta, Lacedæmone, Ponto atq; Syria, reliquisq; ciuitatibus, tria millia numero habebat: funditorũ cohortes * sex, mercenarias duas, * equites septẽ millia, ex quib. * sexcẽtos Gallos Deiotarus adduxerat, quingentos Ariobarzanes ex Cappadocia: ad eundem numerum Cotus ex Thracia dederat, & Sasalem filium miserat. Ex Macedonia CC. erant, quibus Rascipolis præerat, excellenti uirtute: quingentos ex Gabinianis Alexandria Gallos Germanosq;, quos ibi A. Gabinius præsidij causa apud Regem Ptolemæũ reliquerat. Pompeius filius cũ classe adduxerat DCCC. quos ex seruis suis pastorumq; suorum coëgerat: * CCC. Tarcũdarius Castor, et Donilaus ex Gallogræcia dederãt. Horũ alter unà uenerat, alter filium miserat. CC. ex Syria à Comageno Antiocho, cui magna præmia Pompeius tribuit, missi erãt: in his plerique hippotoxotæ. * Huc Dardanos, Bessos, partim mercenarios, partim imperio aut gratia comparatos, item Macedonas, Thessalos, & reliquarum gentium & ciuitatum adiecerat, atq; eum quem suprà demonstrauimus numerum expleuerat. Frumenti uim maximam ex Thessalia, Asia, Aegypto, Creta, Cyrenis, reliquisq; regionibus cõparauerat. Hyemare Dyrrhachij, Apolloniæ, omnibusq; oppidis maritimis constituerat, ut mare Cæsarem transire prohiberet: eiusq; rei causa omni in ora maritima classem disposuerat. Præerat Aegyptijs nauibus Pompeius filius, Asiaticis Decius Lælius & C. Triarius, Syriacis C. Cassius, Rhodijs C. Marcellus cũ C. Pomponio, Liburnicæ atq; Achaicæ classi Scribonius Libo & M. Octauius: toti tamen officio maritimo M. Bibulus præpositus cuncta administrabat: ad hunc summa imperij respiciebat. Cæsar ut Brundusium uenit,

sexenarias duas. 3

delectorũ equitũ sept. duo millia Deiot. 1

DCC. 4

Huic etiã Dardanos atq; Bessos. 5

Liburnicæ a Liburnis populis in Illyrico, qui Ionium mare, et finitimi ipsius Adriatici accolunt. Strabo. Liburnis nomen dedit Liburnus quidam, qui Hostilio Lucretio Ostiam condente, ibi primum piratica exercuit. Hinc Liburnicæ naues dictæ. Florus Ioannes in Illyrico. Victor et Lucianus in Dialogo qui Epoptas inscribitur. et Plutarchus in Catone. qui uidetur Liburnicas nõnumquam uocare eas naues, q̃ non erant aptæ ad expeditionem sed ad pugnandum fortes.

concionatus apud milites, quoniã propè ad finẽ laborum ac periculorum esset peruentum, æquo animo mancipia atq; impedimenta in Italia relinquerent, ipsi expediti naues conscenderẽt, quo maior numerus militũ posset imponi, omniaq; ex uictoria & ex sua liberalitate sperarent: conclamantibus omnibus, imperaret quod uellet, quodcunq; imperauisset, se æquo animo esse facturos: II. Non. Ian. naues soluit, impositis, ut suprà demonstratum est, legionibus VII. postridie terrã attigit* Græcorum: saxa inter & alia loca periculosa quietam nactus stationem, & portus omnes timẽs, quos teneri ab aduersarijs arbitrabatur, ad eum locum qui appellatur Pharsalia, omnibus nauibus ad unam incolumibus, milites exposuit. Erat Orici Lucretius Hispilo, & Minutius Rufus cum Asiaticis nauibus XVIII. quibus iussu D. Lælij præerat: M. Bibulus cũ nauibus CX. Corcyræ: sed neq; ij sibi confisi ex portu prodire sunt ausi: quum Cæsar omnino XII. naues lõgas præsidio duxisset, in quibus erat & ipse: neq; illi Bibulus, impeditis nauibus, dispersisq; remigibus, satis maturè occurrit: quòd prius ad continentem uisus est Cæsar, quàm de eius aduentu fama omnino in eas regiones perferretur. Expositis militibus, naues eadem nocte Brundusiũ à Cæsare remittuntur, ut reliquæ legiones equitatusq; trãsportari possent. Huic officio præpositus erat Fusius Calenus legatus, qui celeritatẽ in transportandis legionibus adhiberet: sed serius à terra prouectæ naues, neq; usæ nocturna aura, in redeundo offenderunt. Bibulus enim Corcyræ certior factus de aduẽtu Cæsaris, sperans se alicui parti onustarum nauium occurrere posse, inanibus occurrit: & nactus circiter XXX. in eas diligẽtiæ suæ ac doloris iracũ-

Ceraunijorum:

dia

dia erupit, omnesq; incendit, eodemq; igne nautas dominosq; nauium interfecit, magnitudine pœnæ reliquos deterrere sperans. Hoc confecto negocio, à Salonis ad Orici portũ stationes littoraq; omnia longè lateq; classibus occupauit: custodijsq; diligentius dispositis, ipse grauissima hyeme in nauibus excubabat, neq; ullũ laborẽ aut munus despiciens, neq; subsidiũ expectans, si in Cæsaris * consp ectum ueniret. Sed post discessum Liburnarũ ex Illyrico, M. Octauius cum ijs quas habebat nauibus Salonas peruenit, ibiq; concitatis Dalmatis, reliquisq; barbaris, Hissam à Cæsaris amicitia auertit: cõuentũq; * Salonis cùm neq; pollicitationibus neq; denunciatione periculi permouere posset, oppidũ oppugnare instituit. Est autẽ oppidum & loci natura & colle munitum. Sed celeriter ciues Rom. ligneis effectis turribus sese munierũt: & cũ essent infirmi ad resistendũ, propter paucitatẽ hominũ, crebris confecti uulneribus ad extremũ auxiliũ descenderunt, seruosq; omneis puberes liberauerunt, & præfectis omniũ mulierũ crinibus tormenta effecerũt. Quorum cognita sententia, Octauius quinis castris oppidũ circundedit, atq; uno tempore obsidione & oppugnationibus eos premere cœpit. Illi omnia perpeti parati, maximè re frumentaria laborabant. Qua de re missis ad Cæsarem legatis, auxiliũ ab eo petebant: reliqua ut poterãt per se incõmoda sustinebant: & longo interposito spacio, cũ diuturnitas oppugnationis negligentiores Octauianos effecisset, nacti occasionẽ meridiani temporis discessu eorum, pueris mulieribusq; in muro dispositis, ne quid quotidianæ cõsuetudinis desideraretur, ipsa manu facta cũ ijs quos nuper manumissos liberauerant, in proxima Octauij castra irruperunt. His

complea xũ ueniẽre posset. 8

9 Salonarum

expugnatis, eodem impetu altera sunt adorti, inde tertiã & quarta, & deinceps reliqua: omnibusq; eos castris expulerunt: & magno numero interfecto, reliquos atque ipsum Octauiũ in naueis confugere coëgerũt. hic fuit oppugnationis exitus. Iamq; hyems appropinquabat, & tãtis detrimentis receptis, Octauius desperata oppugnatione oppidi, Dyrrhachiũ sese ad Pompeiũ recepit. Demonstratum est L. Vibullium Rufum Pompeij præfectũ bis in potestatem peruenisse Cæsaris, atq; ab eo esse dimissum: semel ad Corfiniũ, iterum in Hispania. Hunc pro suis beneficijs Cæsar iudicauerat idoneum, quem cum mandatis ad Cn. Pompeiũ mitteret: eundemq; apud Cn. Pompeium autoritatem habere intelligebat. Erat autem hæc summa mandatorum: debere utrunq; pertinaci æ finem facere, & ab armis discedere, neq; amplius fortunam periclitari: satis esse magna utrinq; incommoda accepta, quæ pro disciplina & præceptis habere possent, ut reliquos casus timerent. Illũ ab Italia expulsum, amissa Sicilia & Sardinia, duabusq; Hispanijs, & cohortibus in Italiã atque Hispania ciuium Rom. centum atq; triginta: se morte Curionis, & detrimento Africani exercitus tanto, militumq; deditione ad Corcyram. Proinde sibi ac Reipub. parcerent: quantumq; in bello Fortuna posset, iam ipsi incommodis suis satis essent documento. Hoc unum esse tempus de pace agendi, dum sibi uterq; confideret, & pares ambo uiderentur. Si uerò alteri paulùm modò tribuisset Fortuna, nũ esse usurum conditionibus pacis eum qui superior uideretur: neq; fore æqua parte contentum, qui se omnia habiturum confideret. Conditiones pacis, quoniam antea conuenire non potuissent, Romæ à Senatu & à populo peti debere.

debere. Interea & Reipub. & ipsis placere oportere, si uterq; in cõcione statim iurauisset, se triduo proximo exercitum dimissurum: depositisq; armis auxilijsq; quibus nunc confiderent, necessariò populi Senatusq; iudicio fore utrunq; contentum. Hæc quo facilius Pompeio probari possent, omnes suas terrestres urbiumq; copias dimissurum. Vibullius his expositis † Corcyræ, nõ minus necessa 12
rium esse existimauit, de repentino aduentu Cæsaris Pom è Cęsare
peium fieri certiorem, uti ad id cõsiliũ capere posset antè quàm de mandatis agi inciperet: atq; ideo continuato & die & nocte itinere, atq; mutatis ad celeritatem iumentis, ad Pompeium contendit, ut adesse Cæsarem omnibus copijs nunciaret. Pompeius erat eo tẽpore in Candauia, iterq; ex Macedonia in hyberna Apolloniam Dyrrhachiumq; habebat. Sed re noua perturbatus, maioribus itineribus Apolloniam petere cœpit, ne Cæsar oræ maritimæ ciuitates occuparet. At ille expositis militibus, eodem 13
die Oricum proficiscitur. Quò cũ uenisset, L. Torquatus, qui iussu Pompeij oppido præerat, præsidiumq; ibi Par- 14
thinorum habebat, conatus portis clausis oppidum defendere, Græcos murũ ascendere, atq; arma capere iubet. Illi autem quum se contra* imperium pop. Rom. pugnaturos esse negarent, oppidani autem sua sponte Cæsarem re imperatorem
cipere conarentur, desperatis omnibus auxilijs, portas aperuit, & se atq; oppidum Cæsari dedidit, incolumisq; ab eo conseruatus est. Recepto Cæsar Orico, nulla interposita mora Apolloniam proficiscitur. Eius aduentu audito, L. Straberius, qui ibi præerat, aquã comportare in aciẽ, atq; eã munire, obsidesq; ab Apolloniatibus exigere cœpit. Illi uerò daturos se negare, neq; portas cõsuli præclu-

ſaros, neq; ſibi iudiciũ ſumpturos contra id, quod omnis
ualia populusq; Ro. iudicaſſet: quorum cognita uolunta-

Ab. cũm profugit ab Apollonia Strabo nius.
te, clàm profugit. Apolloniates ad Cæſarem legatos mit-*
*tunt, oppidoq; recipiunt. Hos ſequuntur * Bellidenſes,*
Amãtini quoq;, & reliquæ finitimæ ciuitates, totaq; Epi-
rus: & legatis ad Cæſarem miſſis, quæ imperaret facturos

Illi ad Sullidẽ. te pollicentur.
** pollicentur. At Pompeius cognitis his rebus quæ erant*
Orici atq; Apolloniæ geſtæ, Dyrrhachio timens, diurnis
eò nocturnisq; itineribus cõtendit. Simul ac Cæſar appro-*

Quẽ fiũ.
pinquare dicebatur, tantus terror incidit eius exercitui,
quòd properans noctẽ diei cõiunxerat, neq; iter intermi-
ſerat, ut penè omnes in Epiro finitimisq; regionibus ſig-
na relinquerẽt, complures arma proijcerent, ac fugæ ſi-
mile iter uideretur. Sed cùm prope Dyrrhachiũ Põpeius
cõſtitiſſet, caſtraq; metari iußiſſet, perterrito etiã tũ exer-
citu, princeps Labienus procedit, iuratq; ſe eum nõ deſer-
turum, eundemq; caſum ſubiturũ, quemcunq; ei Fortuna
tribuiſſet. Hoc idẽ reliqui iurãt legati. Hos tribuni miliũ
Centurionesq; ſequũtur: atq; idem omnis exercitus iurat.
Cæſar perfecto occupato itinere ad Dyrrhachium, finem
properandi facit, caſtraq; ad flumen Apſum ponit, in fini-
bus Apolloniatium, ut uigilijs caſtellisq; benemeritæ ciui-
tates tutæ eſſent præſidio: ibiq; reliquarũ ex Italia legio-
num aduentũ expectare, & ſub pellibus hyemare conſti-
tuit. Hoc idem Pompeius facit, & trãs flumen Apſum po-

Impoſſibilis,
ſitis caſtris, eò copias omneis auxiliaq; conducit. Calenus
legionibus equitibusq; Brũduſij in naueis poſitis, ut erat*
præceptum à Cæſare, quantum nauium facultatem habe-
bat, naues ſoluit: paulumq; à portu progreſſus, literas à
Cæſare accipit: quibus eſt certior factus, portus littoraq;

omnia

omnia claßibus aduersariorũ teneri. Quo cognito, se in portum recipit, nauesq; omnes reuocat. Vna ex his quæ perseuerauit, neq; imperio Caleni obtẽperauit (quòd erat sine militibus, priuatoq; cõsilio administrabatur) delata Oricum, atq; à Bibulo expugnata est: qui de seruis liberisq; omnibus ad impuberes supplicium sumit, & ad unum interficit. Ita exiguo tempore, † magno casu, totius exercitus salus constitit. Bibulus, ut suprà demonstratum est, erat cum classe ad Oricum: & sicut mari portubusq; Cæsarem prohibebat, ita ipse omni terra earũ regionum prohibebatur. Præsidijs enim dispositis omnia littora à Cæsare tenebãtur: neq; lignandi, neq; aquandi, neq; naueis ad terrã religandi potestas fiebat. Erat res in magna difficultate, summisq; angustijs rerum necessariarũ premebantur, adeò ut cogerentur, sicuti reliquum commeatum, ita ligna atq; aquam Corcyra nauibus onerarijs supportare. Atq; † uno tempore accidit, ut difficilioribus usi tẽpestatibus, ex pellibus quibus erant tectæ naues, nocturnum excipere rorem cogerentur: quas tamen difficultates patienter & æquo animo ferebãt, neq; sibi nudanda littora, & relinquendos portus existimabant. Sed cùm essent in quibus demõstraui angustijs, ac se Libo cũ Bibulo coniunxisset, loquuntur ambo ex nauibus cũ M. Acilio et Statio Murco legatis, quorũ alter oppidi muris, alter præsidijs terrestribus præerat, uelle se de maximis rebus cũ Cæsare loqui, si sibi eius facultas detur. Huc addũt pauca rei confirmandæ causa, ut de compositione acturi uiderẽtur. Interim postulãt ut sint induciæ, atq; ab his impetrãt: magnum enim quod offerebant, uidebatur, & Cæsarem id summè sciebant cupere: & * perfectum aliquid de Bibuli mandæ-

magnoq;

etiã uno

profectũ aliquid Bibuli mand.

mandatis existimabatur. Cæsar eo tempore cum legione una profectus erat ad recipiendas ulteriores ciuitates, & rem frumentariam expediendam, qua angustè utebatur. Erat autẽ ad Buthrotum * oppositũ Corcyræ. Ibi ab Acilio certior, et Murco per literas factus de postulatis Libonis & Bibuli, legionẽ relinquit: ipse Oricum reuertitur. Eò quum uenisset, euocantur illi ad colloquiũ. prodit Libo, atq; excusat Bibulum, quòd is iracundia summa erat, inimicitiasq; habebat etiam priuatas cum Cæsare, ex ædilitate & prætura conceptas: ob eam rem colloquium uitasse, ne res maximæ spei, maximæq; utilitatis, eius iracũdia impedirentur. Pompeij summam esse ac fuisse semper uoluntatem, ut componerentur, atq; ab armis discederetur: sed potestatem se eius rei nullam habere, propterea quòd de consilij sententia summam belli rerumq; omnium Põpeio permiserint: sed postulatis Cæsaris cognitis, missuros ad Pompeium, atq; illum reliqua perfecturum, hortantibus ipsis. Interea manerẽt induciæ, dum ab illo rediri posset, néue alter alteri noceret. Huc addit pauca de causa, & de copijs auxilijsq; suis. Quibus rebus neq; tum respondendum Cæsar existimabat, neq; nunc ut memoriæ prodatur, satis causæ putamus. Postulabat Cæsar, ut legatos sibi ad Pompeium sine periculo mittere liceret: idq; ipsi fore reciperent, aut acceptos per se ad eum perducerent. Quod ad inducias pertineret, sic belli rationem esse diuisam, ut illi classe naues auxiliaq; sua impedirent, ipse ut aqua terraq; eos prohiberet: & si hoc sibi remitti uellent, remitterent ipsi de maritimis custodijs: si illud tenerent, se quoq; id retenturum: nihilominus tamen agi posse de compositione, ut hæc non remitterentur: neq; hanc

al. oppidum

rem

rem esse impediměti loco. Illi neq; legatos Cæsaris recipere, neq; periculum præstare eorũ, sed totam rem ad Pompeium reijcere: unũ instare de inducijs, uehementißimeq; contendere.* Quẽ ubi Cæsar intellexit præsentis pericu- Quos
li atq; inopiæ uitandæ causa omnem orationem instituisse, neq; ullam spem aut conditionem pacis afferre, ad reliquam cogitationem belli sese recepit. Bibulus multos dies terra prohibitus, et grauiore morbo ex frigore ac labore implicitus, cùm neq; curari posset, neq; susceptũ officium deserere uellet, uim morbi sustinere non potuit. Eo mortuo ad neminem unum summa imperij redit, sed separatim suam quisq; classem ad arbitriũ suum administrabat. Vibullius sedato tumultu, quẽ repentinus aduentus Cæsaris concitauerat, ubi primùm rursus adhibito Libone, & L. Luceio, & Theophane (quibus communicare de maximis rebus Põpeius cõsueuerat) de mandatis Cæsaris agere instituit: eum ingressum in sermonem Pompeius interpellauit, et loqui plura prohibuit: Quid mihi, inquit, aut uita aut ciuitate opus est, quam beneficio Cæsaris habere uidebor? Cuius rei opinio tolli non poterit, nisi cùm in Italiam, ex qua profectus sum, reductus existimabor bello perfecto. Ab his Cæsar hæc dicta cognouit, qui sermoni interfuerunt: conatus tamen nihilominus est alijs rationibus per colloquia de pace agere. Inter bina castra Pompeij atq; Cæsaris unum flumen tantùm intererat Apsus, crebraq; inter se colloquia milites habebant, neq; ullum interim telum per pactiones colloquẽtium traijciebatur. Mittit P. Vatinium legatum ad ripam ipsam fluminis, qui ea quæ maximè ad pacẽ pertinere uiderentur, ageret, & crebrò magna uoce pronunciaret, licerétne ciuibus ad ci-

ues

ues de pace legatos mittere, quod etiam fugitiuis ab saltu Pyrenæo, prædonibusq; licuisset: præsertim ut id agerẽt, ne ciues cum ciuibus armis decertarẽt. Multa supplicíter locutus, ut de sua atq; omniũ salute debebat, silentioq; ab utrisq; militib. facto, auditũ respõsum est ab altera parte, A. Varronem profiteri se altera die ad colloquium uenturum: atq; unà etiam utrinq; admodum tutò legati uenire, & quæ uellent, exponere possent: certumq; ei rei tempus constituitur. Quò quum esset postero die uentum, magna utrinq; multitudo conuenit, magnaq; erat eius rei expectatio: atq; omnium intenti animi ad pacem esse uidebantur. Qua ex frequentia T. Labienus prodijt, summissa oratione loqui de pace, atq; altercari cum Vatinio incipit, quorum mediam orationem interrumpunt undiq; subitò tela immissa, quæ ille obtectus armis militum uitauit. uulnerantur tamen complures: in his Cornelius Balbus, M. Plotius, L. Tiburtius, Centuriones militesq; nonnulli. Tũ Labienus: Desinite ergo de compositione loqui: nam nobis, nisi Cæsaris capite relato, pax esse nulla potest. Iisdem
16 temporibus Romæ M. Cælius Rufus prætor causa debitorũ suscepta, initio magistratus tribunal suũ iuxta C. Trebonij prætoris urbani sellam collocauit: & si quis appellauisset de æstimatione & de solutionibus quæ per arbitrium fierent, ut Cæsar præsens constituerat, fore auxilio pollicebatur. Sed fiebat æquitate decreti, & humanitate Trebonij, qui his temporibus clementer & moderatè ius dicendũ existimabat, ut reperiri nõ possent, à quibus initium appellandi nasceretur. Nam fortasse inopiã excusare, & calamitatẽ aut propriam suam aut temporum queri, & difficultates auctionandi proponere, etiã mediocris

esse

est animi: integras uerò tenere possessiones, qui se debere fateantur, cuius animi, aut cuius impudētiæ est? Itaq; qui hoc postularet, reperiebatur nemo: atq; ipsis ad quorum commodum pertinebat, durior inuentus est Celius. & ab hoc profectus initio, ne frustra ingressus turpem causam uideretur, legem promulgauit, ut sexies seni dies sine usu 17
ris creditæ pecuniæ soluantur. Quum resisteret Seruilius consul, reliquiq; magistratus, & minus opinione sua efficeret, ad hominum excitanda studia, sublata priore lege duas promulgauit: unam, qua mercedes habitationū annuas conductoribus donauit: aliam tabularum nouarum. 18
impetuq; multitudinis in C. Trebonium facto, & nonnullis uulneratis, eum de tribunali deturbauit. De quibus rebus Seruilius consul ad Senatum retulit: Senatusq; Cælio ab Repub. remouendum censuit. Hoc decreto, eum cōsul senatu prohibuit, & concionari conantem de rostris deduxit. Ille ignominia & dolore permotus, palàm se proficisci ad Cæsarem simulauit: clàm nuncijs ad Milonē missis, qui Clodio interfecto, eius nomine erat damnatus. Atque eo in Italiam euocato, quòd magnis muneribus datis, gladiatoriæ familiæ reliquias habebat, sibi coniunxit: atque eum in Turinum ad solicitandos pastores præmisit. Ipse quum Caßilinum uenisset, unoq; tempore signa eius militaria, atq; arma Capuæ essent comprehensa, * et fami 19
lia Neapoli, uisaq; proditione oppidi apparere, patefactis consilijs exclusus Capua, et periculum ueritus, quòd conuentus arma ceperat, atq; eum hostis loco habendum existimabat, consilio destitit, atq; eo itinere sese auertit. Interim Milo demißis circum municipia literis, ea quæ faceret, iußu atque imperio facere Pompeij, quæ mandata

familia Neapoli uisa, atq; proditio oppidi apparere.

ad

ad se per Bibulũ delata essent: quos ex ære alieno laborare arbitrabatur, solicitabat: apud quos cùm proficere nihil posset, quibusdã solutis ergastulis, Cosam in agro Turino oppugnare cœpit. ubi cũ à Q. Pædio prætore cũ legione lapide ictus esset ex muro, perijt: & Cælius profectus, ut * dictitabat, ad Cæsarẽ, peruenit Turios. ubi quũ quosdam eius municipij solicitaret, equitibusq; Cæsaris Gallis atq; Hispanis, qui eò † prædandi causa missi erant, pecuniã pollicitaretur: ab his est interfectus. Itaq; magna rũ initia rerũ, quæ * oppugnatione magistratuũ & tẽporum solicitam Italiam habebãt, celerem & facilem exitũ habuerunt. Libo profectus ab Orico cũ classe, cui præerat, nauium quinquaginta, Brundusium uenit, insulamq; quæ cõtra Brudusinum portum est, occupauit: quòd præstare unum locũ arbitrabatur, quà necessarius nostris erat egressus, quàm omniũ littora ac portus custodia clausos tueri. Hic repentino aduentu naues onerarias quasdam nactus incendit, & unam frumento onustam abduxit, magnumq; nostris terrorem iniecit: & noctu militibus & sagittarijs in terram expositis, præsidium equitũ deiecit: & adeò loci opportunitate profecit, ut ad Põpeium litteras mitteret, naues reliquas, si uellet, subduci & refici iuberet: sua classe auxilia sese Cæsaris prohibiturũ. Erat eo tempore Antonius Brũdusij, qui uirtute militum confisus, scaphas nauium magnarum circiter sexaginta cratibus pluteisq; cõtexit, eoq; milites delectos imposuit, atq; eas in littore pluribus locis separatim disposuit: nauesq; triremes duas, quas Brundusij faciendas curauerat, per causam exercendorũ remigum, ad fauces portus prodire iussit. Has quum audacius progressas Libo uidisset, sperans

ſperans intercipi poſſe, quadriremes quinq; ad eas miſit: quæ cùm nauibus noſtris appropinquaſſent, noſtri ueterani in portum refugerunt: illi ſtudio incitati incautius ſequebantur. Iam ex omnibus partibus ſubitò Antonianæ ſcaphæ, ſigno dato, ſe in hoſtis incitauerunt, primoq; impetu unam ex his quadriremem cum remigibus defenſoribusq; ſuis ceperũt: reliquas turpiter fugere coẽgerunt. Ad hoc detrimentũ acceßit, ut equitibus per oram maritimã ab Antonio diſpoſitis, * aqua prohiberẽtur. Qua neceßitate & ignominia permotus Libo diſceßit à Brunduſio, * obſeßionemq; noſtrorũ omiſit. Multi iam menſes tranſierant; & hyems præcipitauerat, neq; Brunduſio naues legionesq; ad Cæſarem ueniebant: ac nonnullæ eius rei prætermiſſæ occaſiones Cæſari uidebantur, quòd certè ſæpe flauerant uenti, quibus neceſſariò cõmittendum exiſtimabat. Quãtoq; eius amplius proceſſerat tẽporis, tantò erant alacriores ad cuſtodias qui claßibus præerant, maioremq; fiduciã prohibendi habebant: & crebris Põpeij literis caſtigabantur, quoniam primò uenientem Cæſarem non prohibuiſſent, ut reliquos eius exercitus impedirent: duriusq; quotidie tempus ad trãſportandum lenioribus uentis expectabant. Quibus reb. permotus Cæſar, Brunduſium ad ſuos ſeuerius ſcripſit, ut nacti idoneũ uentum, ne occaſionem nauigandi dimitterent, * et ad Oricũ ſiue ad littora Apolloniatium curſum dirigerent, quòd eò naues eijcere poſſent. Hæc à cuſtodibus claßiũ loca maximè uacabant, quòd ſe * longis portubus committere non auderent. Illi adhibita audacia & uirtute, adminiſtrantibus M. Antonio, & Fuſio Caleno, multum ipſis militibus hortantibus, neq; ullum periculum pro ſalute Cæſaris re-

al. aquari

obſidionemq;

20

al. ſiuel ad littora Apoll. curſum dirigere, atq; eò al. lõgius

cusantibus, nacti Austrum naues soluũt, atq; altera die Apolloniã Dyrrhachiũq; præteruehũtur. Qui cùm essent ex cõtineti uisi, Q. Coponius, qui Dyrrhachij classi Rhodiæ præerat, naues ex portu educit: et cùm iam nostris remissiore uento appropinquasset, idem Auster increbuit, nostrisq; præsidio fuit. Neq; uerò ille ob eã causam conatu desistebat, sed labore et perseuerantia nautarum se uim tempestatis superare posse sperabat: præterectosq; Dyrrhachiũ magna ui ueti, nihilo * secius sequebatur. Nostri usi fortunæ beneficio, * tamen impetum classis timebant, si fortè uetus remisisset. Nacti portũ qui appellatur Nymphæum, ultra Lyssum millia passuum tria, cò naues introduxerunt: qui portus ab Africo tegebatur, ab Austro non erat tutus: leuiusq; tempestatis, quàm classis periculũ existimauerunt. Quò simulatq; intrò est itũ, incredibili felicitate Auster, qui per biduum flauerat, in Africum se uertit. Hic subitam cõmutationẽ Fortunæ uidere licuit. Qui modò sibi timuerãt, hos tutissimus portus recipiebat: qui nostris nauibus periculum intulerant, de suo timere cogebantur. Itaq; tempore commutato, tempestas & nostros texit, & naues Rhodias afflixit, ita ut ad unam * constratæ omnes numero XVI elliderentur, & naufragio interirent, & ex magno remigum propugnatorumq; numero pars ad scopulos allisa interficeretur, pars à nostris distraheretur: quos omneis conseruatos Cæsar domum remisit. Nostræ naues duæ, tardius cursu confecto, in noctẽ cõiectæ, cùm ignorarent quẽ locũ reliquæ cepissent, contra Lyssum in anchoris constiterunt. Has scaphis minoribusq; nauigijs compluribus sumptis, Octacilius Crassus, qui Lybi præerat, expugnare parabat: simul de deditione

regnius
tantum
21
constratæ

eorum

eorum agebat, & incolumitatem deditis pollicebatur. Harum altera nauis CCXX. ex legione tyronum fustulerat, altera ex ueterana paulò minus CC se compleuerat. Hic cognosci licuit, quantum esset hominibus præsidij in animi fortitudine. Tyrones enim multitudine nauium perterriti, & salo nauseaq; confecti, iureiurando accepto nihil his nocituros hostes, se Octacilio dediderũt: qui omnes ad eum perducti, cõtra religionem iurisiurandi, in eius conspectu crudelissimè interficiũtur. At ueteranæ legionis milites item conflictati & tempestatis & sentinæ uitijs, non ex pristina uirtute remittendum aliquid putauerunt, sed tractandis cõditionibus, & simulatione deditionis extracto primo noctis tempore, gubernatorem in terram nauem eijcere cogunt: ipsi idoneum locũ nacti, reliquam noctis partem ibi confecerũt: & luce prima missis ad eos ab Octacilio equitibus, qui eam partem oræ maritimæ adseruabant, circiter CCCC, quiq; eos armati ex præsidio secuti sunt, se defenderunt, & nonnullis eorum interfectis, incolumes ad nostros sese receperunt. Quo facto conuentus ciuium Rom. qui Lyssum obtinebat, quod oppidum his antea Cæsar attribuerat, muniendumq; curauerat, Antonium recepit, omnibusq; rebus iuuit. Octacilius sibi timens, oppido fugit, & ad Pompeium peruenit. Ex omnibus copijs Antonius, quarum erat summa ueteranorum trium legionum, uniusq; tyronum, & equitum octingentorum, pleraq; naues in Italiam remittit ad reliquos milites equitesq; transportandos. Pontones, quod est genus nauium Gallicarum, Lysi reliquit, hoc cõsilio, ut si forte Pompeius uacuam existimans Italiam, eò traiecisset exercitum (quæ opinio erat ædita in uulgus) aliquã Cæsar ad

Pontones Sic uidetur uertere has naues quas Graeci πόρπας uocant, quibus uehuntur ad hostes portandos milites, uocabulo a Græco ἁπὸ τοῦ πορθμεύειν, quod est transuehere. Et ibidem, ὅσα ἐκεῖνοι πρὸς τὴν τῶν πορθμίδων σκευασίαν τὴν ὑπ' αὐτῶν, ἐπὶ τὸν πόρον ἐκπεμφθεῖσαν, ἐποιήσαντο. Cum non satis liberet pontonibus aut hos portandos in hostes, Antonium eum misisse exercitum.

īsequendum facultatē haberet: nunciosq; ad eum celeriter mittit, quib. regionibus exercitū exposuisset, & quid militū transuexisset. Hæc eodem ferè tempore Cæsar atq; Pompeius cognoscunt. Nam præteruectas Apolloniam Dyrrhachiumq; naues uiderāt, ipsi iter secundū eas *terras direxerant. Sed quò essent eæ delatæ, primis diebus ignorabant: cognitaq; re, diuersa sibi ambo consilia capiunt: Cæsar, ut quamprimùm se cum Antonio cōiungeret: Pompeius, ut ueniētibus in itinere se opponeret, & *si imprudētes ex insidijs adoriri posset. Eodēq; die uterq; eorum ex castris statiuis à flumine Apso exercitum educūt: Pompeius clàm & noctu, Cæsar palàm atq; interdiu. Sed Cæsari circuitu maiore iter erat longius, aduerso flumine, ut uado transire posset. Pompeius, quia expedito itinere flumen ei transeundum non erat, magnis itineribus ad Antonium cōtendit. atq; ubi eum appropinquare cognouit, idoneum locum natus, ibi copias collocauit, suosq; omnes castris cōtinuit, ignesq; fieri prohibuit, quò occultior esset eius aduentus. Hæc ad Antoniū statim per Græcos deferuntur. Ille missis ad Cæsarē nuncijs, unum diem sese castris tenuit. Altero die ad eum peruenit Cæsar. Cuius aduentu cognito Pompeius, ne duobus circunclueretur exercitibus, ex eo loco discedit, omnibusq; copijs ad Asparagum Dyrrhachinorū peruenit, atq; ibi idoneo loco castra ponit. His temporibus Scipio detrimentis quibusdam circa montē Amanum acceptis, sese imperatorem appellauerat: quo facto ciuitatibus tyrannisq; magnas imperauerat pecunias. Item à publicanis suæ Prouinciæ debitam biennij pecuniā exegerat, & ab eisdem insequentis anni mutuam præceperat, equitesq; toti Prouinciæ imperaue-

al. terra

al. sic

23

rauerat: quibus coactis, finitimis hostibus Parthis post se relictis, qui paulò antè M. Crassum imperatorem interfecerant, & M. Bibulum in * obsidionem habuerant, legiones equitesq; ex Syria deduxerat: summaq; solicitudine ac timore Parthici belli in Prouinciā cùm ueniſſet, ac nōnullæ militum uoces audirentur, ſeſe contra hoſtem, ſi ducerentur, ituros, contra ciuem & conſulem arma nō laturos: deductis Pergamum atq; in locupletiſſimas urbes in hyberna legionibus, maximas largitiones fecit, & confirmandorum militum cauſſa diripendas ijs ciuitates dedit. Interim acerbiſſimè imperatæ pecuniæ tota Prouincia exigebantur: multa præterea generatim ad auaritiā excogitabantur. In capita ſingula ſeruorum ac liberorum tributum imponebatur. Columnaria, oſtiaria, frumentū, milites, remiges, arma, tormenta, uecturæ imperabantur: cuius modò rei nomen reperiri poterat, hoc ſatis eſſe ad cogendas pecunias uidebatur. Non ſolùm urbibus, ſed penè uicis caſtellisq; * ſingulis cū imperio præficiebātur: q horum quid acerbiſſimè crudeliſſimeq; fecerat, is & uir & ciuis optimus habebatur. Erat plena lictorū & imperiorum Prouincia, conferta præfectis atq; exactoribus, qui præter imperatas pecunias ſuo etiam priuato compendio ſeruiebant. Dictitabant enim ſe domo patriaq; expulſos, omnibus neceſſarijs egere rebus: ut honeſta præſcriptione rem turpiſſimam tegerent. Accedebant ad hæc grauiſſimæ uſuræ, quod in bello plerunq; accidere cōſueuit, uniuerſis imperatis pecunijs: quibus in rebus prolationem diei, donationē eſſe dicebant. Itaq; æs alienū prouinciæ eo biennio multiplicatū eſt. Nec minus ob eam cauſam ciuibus Rom. eius prouinciæ, ſed in ſingulos conuen-

obſidione

al. ſingu guli

tus, singulasq; ciuitates, certæ pecuniæ imperabantur, mutuasq; illas ex senatuscõsulto exigi dictitabãt: publicanis, uti in sorte fecerant, insequentis anni uectigal pro mutuo. Præterea Ephesi à phano Dianæ depositas antiquitùs pecunias Scipio tolli iubebat, cæterasq; eius deæ statuas. Cũ in phanũ uentũ esset, adhibitis compluribus senatorij ordinis, quos aduocauerat Scipio, literæ ei reddũtur à Pompeio, mare transisse cum legionibus Cæsarem: properaret ad se cũ exercitu uenire, *omniaq; posthaberet. His literis acceptis, quos aduocauerat, dimittit: ipse iter in Macedoniam parare incipit, paucisq; pòst diebus est profectus. hæc res Ephesiæ pecuniæ salutem attulit. Cæsar Antonij exercitu cõiuncto, deducta Orico legione, quam tuendæ oræ maritimæ causa posuerat, tentandas sibi prouincias, longiusq; procedendũ existimabat: & cùm ad eum legati uenissent ex Thessalia Aetoliaq;, qui præsidio misso pollicerẽtur earũ gentiũ ciuitates imperata facturas, L. Cassium Longinũ cum legione tyronũ, quæ appellabatur uigesimaseptima, atq; equitibus ducentis in Thessaliam, C. Caluisium Sabinũ cum cohortibus v. paucisq; equitibus in Aetoliã misit: maximeq; eos, quòd erant propinquæ regiones, de re frumentaria ut prouiderẽt, hortatus est. Cn. Domitiũ Caluisium cũ legionibus duabus, undecima & duodecima, equitibus quingentis in Macedoniam proficisci iubet: cuius Prouinciæ ab ea parte quæ Libera appellabatur, Menedemus princeps, earum regionũ missus legatus, omnium suorum excellens studium profitebatur. Ex his Caluisius primo aduentu summa omnium Aetolorum receptus uoluntate, præsidijs aduersariorũ Calidone & Naupacto *relictis, omni Aetolia potitus est. Caßius in Thessa-

al. omnibusq; quę haberet.

24 relectis.

Thessaliã cum legione* præuenit. Hic quum essent factiõnes duæ, uaria uoluntate ciuitatũ utebatur. Egesaretus ueteris homo potentiæ Pompeianis rebus studebat: Petreius summæ nobilitatis adolescẽs, suis ac suorum opibus Cæsarem enixè iuuabat. Eodemq; tẽpore Domitius in Macedoniã uenit: & cùm ad eum frequentes ciuitatum legationes conuenire cœpissent, nunciatũ est adesse Scipionẽ cũ legione, magna & opinione & fama omniũ. Nam plerũq; in nouitate fama antecedit. Hic nullo in loco Macedoniæ moratus, magno impetu contendit ad Domitium: & cùm ab eo millia passuum uiginti abfuisset, subitò se ad Cassiũ Longinũ in Thessaliam conuertit. Hoc adeò celeriter fecit, ut simul adesse, & uenire nunciaretur. Et quò iter expeditius faceret, M. Fauonium ad flumen Haliacmonem, quod Macedoniã à Thessalia diuidit, cũ cohortibus octo præsidio impedimentis legionis reliquit, castellumq; ibi muniri iussit. Eodem tempore equitatus regis Cotti ad castra Cassij aduolauit, qui circũ Thessaliã esse cõsueuerat. Tũ timore perterritus Cassius, cognito Scipionis aduẽtu, uisisq; equitib. quos Scipionis esse arbitrabatur, ad monteis se cõuertit, qui Thessaliã cingũt, atq; ex his locis Ambraciã uersus iter facere cœpit. At Scipionẽ properantem seq; literæ sunt cõsecutæ à M. Fauonio, Domitiũ cũ legionib. adesse, nec se præsidiũ ubi cõstitutus esset, sine auxilio Scipionis tenere posse. Quib. literis acceptis, cõsiliũ Scipio iterq; cõmutat: Cassiũ sequi desistit: Fauonio auxilium ferre cõtendit. Itaq; die ac nocte cõtinuato itinere, ad eum peruenit; tã opportuno tẽpore, ut simul Domitiani exercitus puluis cerneretur, & primi antecursores Scipionis uiderẽtur. Ita Cassio industria Domitij, Fauonio Scipiõis

al. peruenit.

celeritas salutẽ attulit. Scipio in castris statiuis biduo moratus ad flumẽ (quod inter eũ & Domitij castra fluebat)
al. Alisicam, * Haliacmonẽ, tertio die prima luce exercitũ uado transducit: & castris positis, postero die manè copias ante frontem castrorum struit. Domitius tum quoq; sibi dubitandũ non putauit, quin productis legionibus prælio de-
27 certaret. Sed cùm esset inter bina castra campus circiter millium passuum sex, Domitius castris Scipionis aciem suam subiecit: ille à uallo non discedere perseuerauit. Attamen ægrè retentis Domitianis militibus, est factum ut
al. contẽderetur: prælio * cõtenderent: & maximè, quòd riuus difficilibus ripis castris Scipionis subiectus, progressus nostrorũ impediebat. Quorum studium alacritatemq; pugnandi cùm cognouisset Scipio, suspicatus fore, ut postero die autimatus dimicare cogeretur, aut magna cum infamia castris se continere, qui cum magna expectatione uenisset, temerè
al. ne progressus turpẽ habuit exitum: & noctu * neq; conclamatis quidem uasis flumen transit, atq; in eandem partem ex qua uenerat, redit. Ibiq; prope flumen edito natura loco castra posuit. Paucis diebus interpositis, noctu insidias equitum collocauit, quo in loco superioribus ferè diebus
al. pabulari nostri * populari consueuerant: & quũ quotidiana cõsuetudine Q. Varus præfectus equitũ Domitij uenisset, subitò illi ex insidijs consurrexerunt: sed nostri fortiter eorum
al. conuersi impetum tulerunt, celeriterq; ad suos quisq; ordines redijt, atq; ultrò * uniuersi in hostis impetum fecerunt. Ex his circiter octoginta interfectis, reliquis in fugam cõiectis, duobus amissis, in castra se receperunt. His rebus gestis, Domitius sperans Scipionem ad pugnam elici posse, simulauit sese angustijs rei frumentariæ adductum castra

mouere:

mouere: uasisq; militari more cõclamatis, progressus mil lia passuum tria, loco idoneo & occulto omnem exercitum equitatumq; collocauit. Scipio ad sequendum paratus, equitatum, magnamq; partem leuis armaturæ ad explorandum iter Domitij & cognoscendum præmisit: qui quum essent progressi, primæq; turmæ insidias intrauissent, ex fremitu equorum illata suspicione, ad suos se recipere cœperunt: quiq; hos sequebantur, celerem eorum receptum conspicati, restiterunt. Nostri cognitis insidijs, ne frustra reliquos expectarent, duas nacti hostium turmas exceperunt: in his fuit M. Opimius præfectus equitũ. Reliquos omneis earum turmarum aut interfecerunt, aut captos ad Domitium deduxerunt. Deductis oræ maritimæ 28
præsidijs, Cæsar (ut suprà demonstratum est) treis cohortes Orici oppidi tuendi causa reliquit, ijsq; custodiam nauium longarum tradidit, quas ex Italia traduxerat. Huic officio oppidoq; præerat Caninius legatus. Is naues nostras in interiorẽ partem post oppidũ reduxit, & ad terram deligauit, faucibusq; portus nauẽ onerariam submersam obiecit, & huic alteram cõiunxit,* supra qua turrim al. super
effectã ad ipsum introitum portus opposuit, & militibus quas
compleuit, tuendamq; ad omnes repentinos casus tradidit. Quibus cognitis rebus, Cn. Pompeij filius, qui classi Aegyptiæ præerat, ad Oricũ uenit, submersamq; nauim remulco multisq; * cõtendens funibus abduxit: atq; alteram nauem, quæ erat ad custodiã ab Acilio posita, pluribus aggressus nauibus, in quibus ad libram fecerat turres, ut ex superiori pugnans loco, integrosq; semper defatigatis summittens, & reliquis partibus simul ex terra scalis, & classe mœnia oppidi tentans, ut aduersariorum manus al. collã. gans

diduceret, labore & multitudine telorum nostros uicit: deiectisq; defensoribus, qui omnes scaphis excepti * fugerant, etiam nauem expugnauit. eodemq; tempore ex altera parte molem tenuit naturalem obiectã, quæ * pene insulam contra oppidum effecerat: quatuor biremes, subiectis scutulis, impulsas uectibus in interiorẽ partẽ transduxit. * Ita ex utraq; parte naues lõgas * aggressus, quæ erãt deligatæ ad terrã, atq; * inanes, quatuor ex his abduxit, reliquas incendit. Hoc cõfecto negotio, D. Lælium ab Asiatica classe abductum reliquit, qui cõmeatus * Biblide atq; * Mãtinea importari in oppidũ prohibebat. Ipse Lyssum profectus, naues onerarias xxx. à M. Antonio relictas, intra portum aggressus, omnes incẽdit. Lyssum expugnare conatus, defendentibus ciuibus Romanis qui eius erant conuentus, militibusq; quos præsidij causa miserat Cæsar, triduum moratus, paucis in oppugnatione amissis, re infecta inde discessit. Cæsar postquam Pompeium ad Asparagum esse cognouit, eodem cum exercitu profectus, & expugnato in itinere oppido Parthinorum, in quo Pompeius præsidiũ habebat, tertio die in Macedoniã ad Pompeiũ peruenit. iuxtaq; eum castra posuit: et postridie eductis omnibus copijs, acie instructa, decertandi potestatem Pompeio fecit. Vbi eum suis locis se tenere animaduertit, reducto in castra exercitu, aliud sibi consilium capiendũ existimauit. Itaq; postero die omnibus copijs, magno circuitu, difficili angustoq; itinere, Dyrrhachium profectus est, sperans Pompeium aut Dyrrhachiũ compelli, aut ab eo intercludi posse, quòd omnẽ commeatum, totiusq; belli apparatum eò cõtulisset: ut accidit. Pompeius enim primò ignorans eius consilium, quòd diuerso ab ea regione

al. refugerant,

al. pene insulam

al. ita ut ex

al. aggre deretur,

al. naues quat.

29 Bulide Amãtia

itinere

itinere profectum uidebat, angustijs rei frumentariæ compulsum discessisse existimabat. Postea per exploratores certior factus, postero die castra mouit, breuiore itinere se occurrere ei posse sperãs. Quod fore suspicatus Cæsar, militesq; adhortatus ut æquo animo laborem ferrẽt, parua parte noctis itinere intermisso, manè Dyrrhachiũ uenit, cùm primum agmen Pompeij procul cerneretur, atq; ibi castra posuit. Pompeius intercluſus Dyrrhachio, ubi propositũ tenere nõ potuit, secundo usus cõsilio, edito loco, qui appellatur Petra, aditumq; habet nauibus mediocrem, atq; eas à quibusdã protegit uentis, castra communit: eò partẽ nauium longarũ conuenire, frumentum commeatumq; ab Asia, atq; omnibus regionibus quas tenebat, comportari imperat. Cæsar longius bellum ductũ iri existimans, & de Italicis cõmeatibus desperans, quòd tanta diligentia omnia littora à Pompeianis tenebãtur, classesq; ipsius, quas hyeme in Sicilia, Gallia, Italia fecerat, morabantur, in Epirũ rei frumentariæ causa Quintilium & L. Canuleiũ legatũ misit: quodq; hæ regiones aberãt longius, locis certis horrea constituit, uecturasq; frumẽti finitimis ciuitatibus descripsit. Item Lysso, Parthinisq;, & omnibus castellis, quod esset frumenti, conquiri iussit. Id erat perexiguum, quum ipsius agri natura, quòd sunt loca aspera & montuosa, ac plerunq; utuntur frumẽto importato: tũ quòd Pompeius hæc prouiderat, & superioribus diebus prædæ loco Parthinos habuerat, frumentumq; omne conquisitum, spoliatis effossisq; eorum domibus, per equites cõportauerat. Quibus rebus cognitis, Cæsar consilium capit ex loci natura. erãt enim circum castra Pompeij permulti editi atq; asperi colles: hos primũ præsidijs tenuit,

tenuit, castellaq; ibi communit: inde, ut loci cuiusq; natura ferebat, ex castello in castellũ perducta munitione, circumuallare Pompeium instituit: hæc spectans, quòd angusta re frumentaria utebatur, quodq; Pompeius multitudine equitum ualebat, quò minore periculo undiq; frumentum commeatumq; exercitui supportare posset: simul uti pabulatione Pompeium prohiberet, equitatumq; eius ad rem gerendam inutilem efficeret. Tertiò, ut autoritatem, qua ille maximè apud exteras nationes niti uidebatur, minueret, cùm fama per orbem terrarũ percrebuisset, illum à Cæsare obsideri, neq; audere prælio dimicare. Põpeius neq; à mari Dyrrhachioq; discedere uolebat, quòd omnẽ apparatũ belli, tela, arma, tormenta ibi collocauerat, frumentumq; exercitui nauibus supportabat: neq; munitiones Cæsaris prohibere poterat, nisi prælio decertare uellet: quod eo tempore statuerat non esse faciendum. Relinquebatur, ut extremam rationem belli sequens, quàm plurimos colles occuparet, et quàm latissimas regiones præsidijs teneret, Cæsarisq; copias, quàm maximè posset, distineret: idq; accidit. Castellis enim * xxv. effectis, xv. millia passuum circuitu amplexus, hoc spacio pabulabatur: multaq; erant intra eum locum manu sata, quibus interim iumenta pascerentur. Atq; ut nostri, qui perpetuas munitiones uidebant perductas ex castellis in proxima castella, ne quo loco erumperent Pompeiani, & nostros post tergum adorirentur, timebant: ita illi interiore spacio perpetuas munitiones efficiebant, ne quo loco nostri intrare, atq; ipsos à tergo circũuenire possent. Sed illi operibus uincebant, quòd & numero militum præstabant, & interiore spacio minorẽ circuitũ habebant. Quæ * cùm erant loca

al. xx iiii.

al. tum

Cæsari

Cæsari capienda, etsi prohibere Pompeius totis copijs, & dimicare non constituerat, tamen suis locis sagittarios funditoresq; mittebat, quorum magnum habebat numerum: multiq; ex nostris uulnerabantur: magnusq; incesserat timor sagittarũ: atq; omnes ferè milites aut ex subcoactis, aut ex centonibus, aut ex corijs tunicas, aut tegmenta fecerant, quibus tela uitarent. In occupandis præsidijs magna ui uterq; utebatur: Cæsar, ut quàm angustissimè Pompeiũ cõtineret: Pompeius, ut quàm plurimos colles quàm maximo circuitu occuparet: crebraq; ob eã causam prælia fiebant. In his cùm legio Cæsaris nona præsidium quoddam occupauisset, et munire cœpisset, huic loco propinquum & contrarium collem Pompeius occupauit, nostrosq; opere prohibere cœpit. Et cùm una ex parte propè æquum aditum haberet, primùm sagittarijs funditoribusq; circunjectis, postea leuis armaturæ magna multitudine missa, tormentisq; prolatis, munitiones impediebat. Neq; erat facilè nostris uno tempore propugnare, & munire. Cæsar cùm suos ex omnibus partibus uulnerari uideret, recipere se iussit, et loco excedere. Erat per decliue receptus: illi autem hoc acrius instabant, neq; regredi nostros patiebantur, quòd timore adducti locum relinquere uidebantur. Dicitur eo tempore glorians apud suos Pompeius dixisse: non recusare se, quin nullius usus imperator existimaretur, si sine maximo detrimẽto legiones Cæsaris sese recepissent inde, quò temerè essent progressæ. Cæsar receptui suorum timens, crates ad extremum tumulum contra hostem proferri, & aduersas locari: intra has mediocri latitudine fossam tectis militibus obduci iussit, locumq; in omneis parteis quàm maximè impediri.

Ipse

Ipse idoneis locis funditores instruxit, ut præsidio nostris se recipientibus essent. His rebus completis, legiones reduci iussit. Pompeiani hoc insolentius atq; audacius nostros premere, & instare cœperũt: crates q; pro munitione obiectas* protulerunt, ut fossas transcenderẽt. Quod cùm animaduertisset Cæsar, ueritus ne nõ reducti, sed reiecti uiderentur, maiusq; detrimentũ caperetur, à medio ferè spacio suos per Antonium, qui ei legioni præerat, cohortatus, tuba signum dari, atq; in hostes impetum fieri iussit. Milites legionis nonæ subitò* constipati pila coniecerũt, & ex inferiore loco aduersus* pilum incitati, cursu præcipites Pompeianos* egerunt: quibus ad recipiendũ crates directæ, lõgurijq; obiecti, & institutæ fossæ magno impedimẽto fuerũt. Nostri uerò, qui satis habebant sine detrimento discedere, compluribus interfectis, quinq; omnino suorũ amissis, quietissimè se receperũt: paulo q;* circa eum locum morati, alijs cõprehensis collibus munitiones perfecerunt. Erat noua & inusitata belli ratio, quum tot castellorũ numero, tantoq; spacio, & tantis munitionibus, & tãto obsidionis genere, tum etiã reliquis rebus. Nam quicunq; alterũ obsidere conati sunt, perculsos atq; infirmos hostes adorti, aut prælio superatos, aut aliqua offensione permotos continuerunt, cùm ipsi numero militũ equitumq; præstarent.* Causa autẽ obsidionis hæc ferè esse cõsueuit, ut frumento hostes prohibeantur. At* tũ integras atq; incolumes copias Cæsar inferiore militũ numero continebat, cùm illi omnium rerum copia abundarent. Quotidie enim magnus undiq; nauiũ numerus conueniebat, quæ commeatum supportarent: neq; ullus flare uentus poterat, quin aliqua ex parte secundũ cursum haberẽt.

al. ppuerunt,
al. cõspicati
al. cliuũ
al. egerunt, & terga uertere coẽgerunt:
al. citra
al. Casus au. obsi. hic fe.
al. cõtrà

berent. Ipse autem consumptis omnibus longè lateq; frumentis, summis erat in angustijs. Sed tamen hæc singulari patientia milites ferebant. Recordabantur enim eadem se superiore anno in Hispania perpessos, labore & patiētia maximum bellum confecisse. Meminerāt ad Alexiam magnam se inopiam perpessos, multò etiā maiorem ad Auaricum: maximarum se gentium uictores discessisse. Non illis hordeum cùm daretur, non legumina recusabant. Pecus uerò, cuius rei summa erat ex Epiro copia, magno in honore habebant. Est etiam genus radicis inuentum ab ijs qui fuerant cū Valerio, quod appellatur * Chara, quod admistum lacte multùm inopiam * leuat. Id similitudinem panis efficiebat: eius erat magna copia: ex hoc effectos panes, cùm in colloquijs Pompeiani famem nostris obiectarent, uulgò in eos iaciebāt, ut spem eorū minuerēt. Iamq; frumenta maturescere incipiebant, atq; ipsa spes inopiam sustentabat, quòd celeriter se habituros copiam confidebant. Crebræq; uoces militum in uigilijs colloquijsq; audiebantur, prius se cortice ex arboribus uicturos, quàm Pompeium è manibus dimissuros.* Frequēter etiā ex perfugis cognoscebant, equos eorū uix tolerari, reliqua uerò iumenta interisse: uti autē ipsos ualetudine nō bona, cùm angustijs loci, & odore tetro * ex multitudine cadauerū, & quotidianis laboribus insuetos operū, tū aquæ summa inopia affectos: omnia enim flumina, atque oēs riuos qui ad mare pertinebāt, Cæsar aut auerterat, aut magnis operibus obstruxerat: atq;, ut erāt loca montuosa, & ad specus angustiæ uallium, has sublicis in terram demissis præsepserat, terramq; aggesserat, ut aquam continerent. Itaque illi necessariò loca sequi demissa ac palustria, & puteos

al. Car. al. leuabat.

al. Libenter

al. &

teos fidere cogebantur: atq; hunc laborem ad quotidianā opera addebant: qui tamen fontes à quibusdam præsidijs aberant longius, & celeriter æstibus exarescebāt. At Cæsaris exercitus optima ualetudine, summāq; aquæ copia utebatur: tum cōmeatus omni genere præter frumentum abundabat, quibus quotidie melius succedere tēpus, maioremq; spem maturitate frumentorū proponi uidebant. In nouo genere belli, nouæ ab utrisq; bellandi rationes reperiebantur. Illi, cùm animaduertissent ex ignibus, noctē cohortes nostras ad munitiones excubare, silētio aggressi, uniuersas in multitudinē sagittas conijciebant, & se confestim ad suos recipiebant: quibus rebus nostri usu docti, hæc reperiebāt remedia, ut alio loco ignes * facerēt. Interim certior factus P. Sylla, quē discedens castris præfecerat Cæsar, auxilio cohorti uenit cū legionibus duabus: cuius aduentu facilè sunt repulsi Pompeiani: neq; uerò conspectum aut impetum nostrorum tulerunt: primisq; deiectis, reliqui se uerterunt, & loco cesserunt: sed insequentes nostros, ne logius prosequerētur, Sylla reuocauit. At pleriq; existimant, si acrius insequi uoluisset, bellū eo die potuisse finiri: cuius consilium reprehendendum non uidetur. Aliæ enim sunt legati partes, atq; imperatoris: alter omnia agere ad præscriptū, alter liberè ad summā rerum cōsulere debet. Sylla à Cæsare castris relictus, liberatis suis, hoc fuit contentus, neq; prælio decertare uoluit: quæ res tamen fortasse aliquem reciperet casum, ne imperatoris sibi parteis sumpsisse uideretur. Pōpeianis magnā res ad receptum difficultatem afferebat: nam ex iniquo progressi loco, in summo constiterāt: si per decliue sese reciperent, nostros ex superiore insequentes loco uerebantur:

* al. facerent, alio excubarent.

31

tur: neq; multum ad solis occasum tẽporis supererat. Spe enim conficiẽdi negotij propè in noctem rem deduxerãt. Ita necessariò atq; ex tempore capto consilio, Pompeius tumulum quendam occupauit, qui tantum aberat à nostro castello, ut telum tormentum ue missum adigi non posset. hoc consedit loco, & eum communijt, omnesq; ibi copias continuit. Eodem tempore duobus præterea locis pugnatum est. Nam plura castella Pompeius pariter distinendæ manus causa tentauerat, ne ex proximis præsidijs succurri posset. Vno loco Volcatius * Tullius impetum legionis sustinuit cum cohortibus tribus, atq; cã loco depulit. Altero Germani munitiones nostras egreßi, cõpluribus interfectis, sese ad suos incolumes receperũt. Ita uno die sex prælijs factis, tribus ad Dyrrhachium, tribus ad munitiones, quũ horum omnium ratio haberetur, ad duorum millium numerũ ex Pompeianis cecidisse reperiebamus, euocatos Centurionesq; complures. In eo fuit numero Valerius Flaccus, L. filius, eius qui prætor Asiam obtinuerat: signaq; sunt sex militaria relata. Nostri non amplius xx. omnibus sunt prælijs desiderati: sed in castello nemo fuit omnino militũ, quin uulneraretur: quatuorq; ex una cohorte Centuriones oculos amiserunt. Et cùm laboris sui periculiq; testimoniũ afferre uellent, millia sagittarũ circiter xxx. in castellum coniecta Cæsari renunciauerunt: scutoq; ad eũ relato Scæuæ centurionis, inuẽta sunt in eo foramina ccxxx. quem Cæsar, ut erat de se meritus & de Repu. donauit millibus c c. æris, atq; ab octauis ordinibus ad primipilum se traducere pronũtiauit: eius enim opera castellum conseruatum esse magna ex parte constabat: cohortemq; postea duplici stipendio, * frumẽtóue & specia-

Tullius

frumẽto, ueste, diarijs, militarib⁹q; donis

ſpeciarijs militaribusq; donis ampliſſimè donauit. Pompeius noctu magnis additis munitionibus, reliquis diebus turres extruxit: & in altitudinem pedum x v. effectis operibus, uineis eam partem caſtrorum obtexit: & quinq; intermiſſis diebus, alteram noctem ſubnubilã nactus, obſtructis omnibus caſtrorum portis, & ad impediendum obiectis, tertia inita uigilia ſilentio exercitum eduxit, & ſe in antiquas munitiones recepit. Aetolia, Acarnania, Amphilochis, per Caſſium Longinum & Caluiſium Sabinum, ut demonſtrauimus, receptis, tentandam ſibi Achaiam, ac paulò longius progrediendum exiſtimabat Ceſar: itaque eò Fuſium Calenum miſit, & Q. Sabinum &

32 *Caſſium cum cohortibus adiungit. Quorum cognito aduentu, Rutilius Lupus, qui Achaiam miſſus à Pompeio obtinebat, Iſthmum præmunire inſtituit, ut Achaia Fuſium prohiberet. Calenus Delphos, Thebas, & Orchomenum de uoluntate ipſarum ciuitatum recepit, nonnullas urbes per uim expugnauit, reliquas ciuitates circũmiſſis legationibus amicitia Cæſaris conciliare ſtudebat. In his rebus ferè erat Fuſius occupatus. Omnibus deinde diebus Cæſar exercitum in aciem æquum in locum produxit, ſi Pompeius prælio decertare uellet, ut penè caſtris Pompeij legiones ſubijceret: tantumq; à uallo eius prima acies aberat, uti ne in eam telum tormentúmue adigi poſſet. Pompeius autem ut famam & opinionem hominum teneret, ſic pro caſtris exercitum conſtituebat, ut tertia acies uallum contingeret, omnisq; eius inſtructus exercitus telis ex uallo iniectis protegi poſſet. Hæc quum in Achaia atque apud Dyrrhachium gererentur, Scipionemq; in Macedoniam ueniſſe conſtaret, non oblitus priſtini*

stini instituti Cæsar, mittit ad eum Clodium, suum atq; illius familiarem, quem ab illo traditum initiò & commendatum, in suorum necessariorum numero habere instituerat. Huic dat literas mandataq; ad eum, quorum hæc erat summa: Sese omnia de pace expertũ, nihil adhuc arbitrari uitio factum eorum, quos esse autores eius rei uoluisset, quòd sua mandata* perferre non opportuno tempore ad Pompeium uererentur: Scipionem ea autoritate esse, ut non solùm liberè quæ probasset, exponere, sed etiam ex magna parte* compellere, atq; errantem regere posset. * Præesse autẽ suo nomine exercitui, ut præter autoritatem uires quoq; ad cõërcendum haberet: quod si feciſſet, quietem Italiæ, pacem Prouinciarum, salutem imperij, uni omnes acceptam relaturos. Hæc ad eum mandata Clodius refert: ac primis diebus, ut uidebatur, libenter auditus, reliquis ad colloquium non admittitur. Castigato Scipione à Fauonio, ut postra confecto bello reperiebamus, infectaq; re, sese ad Cæsarem recepit. Cæsar quo facilius equitatũ Pompeianum ad Dyrrhachiũ contineret, & pabulatione prohiberet, aditus duos, quos esse angustos demonstrauimus, magnis operibus præmuniuit, castellaq; his locis posuit. Pompeius ubi nihil* proficere equitatum cognouit, paucis intermissis diebus, rursum eum nauibus ad se intra munitiones recepit. Erat summa inopia pabuli, adeò ut foliis ex arboribus strictis, & teneris arundinum radicibus contusis equos alerent: frumenta enim quæ fuerant intra munitiones sata, consumpserãt, & cogebantur Corcyra atq; Acarnania, longo interiecto nauigationis spacio, pabulum supportare: quóque erat eius rei minor copia, hordeo adaugere, atque his rationibus

perferre opportuno

cõpellare, posset

pficiẽ equitatu

equitatum tolerare. Sed postquam nõ modò hordeum pabulumq; omnibus in locis, herbæq; desectæ, sed etiam fructus ex arboribus deficiebant, corruptis equis macie, conandum sibi aliquid Pompeius de eruptione existimauit. Erant apud Cæsarem ex equitũ numero Allobroges duo fratres, Roscillus & Aegus, Adbucilli filij, qui principatum in ciuitate multis annis obtinuerant, singulari uirtute homines, quorum opera Cæsar omnibus Gallicis bellis optima fortißimaq; erat usus. His domi ob has causas amplißimos magistratus mandauerat, atq; eos extra ordinẽ in senatũ legendos curauerat, agrosq; in Gallia ex hostibus captos, præmiaq; rei pecuniariæ magna tribuerat, locupletesq; ex egentibus effecerat. Hi propter uirtutem nõ solùm apud Cæsarem in honore erant, sed etiam apud exercitum chari habebantur. Sed freti amicitia Cæsaris, & stulta ac barbara arrogantia elati, despiciebant suos, stipendiumq; equitum fraudabant, & prædam omnem domum auertebãt. quibus illi rebus permoti, uniuersi Cæsarem adierunt, palamq; de eorum iniurijs sunt questi: & ad cætera addiderunt, falsum ab his equitum numerũ referri, quorum stipendium auerterent. Cæsar neq; tempus illud animaduersionis esse existimans, & multa uirtuti eorum concedens, rem distulit totam: illos secretò castigauit, quòd quæstui equites haberẽt: monuitq; equites, ut ex sua amicitia omnia expectarent, & ex præteritis suis officijs reliqua sperarent. Magnam tamen hæc res illis offensionem & contemptionẽ ad omneis attulit. Idq; ita esse, quũ ex aliorum obiectationibus, tum etiam ex domestico iudicio atq; animi conscientia intelligebãt: quo pudore adducti, et fortasse nõ se liberari, sed in aliud tempus reseruari arbi-

arbitrati, discedere à nostris, & nouam tentare fortunã, nouasq; experiri amicitias constituerunt: & cum paucis collocuti clientibus suis, quibus tantum facinus committere audebant, primùm conati sunt præfectum equitũ C. Vo luſenum interficere, ut postea bello cõfecto cognitum est: ut cum munere aliquo perfugisse ad Pompeium uiderentur. Postquã id difficilius uisum est, neq; facultas perficiendi dabatur: quàm maximas potuerunt pecunias mutuati, perinde ac suis satisfacere, & fraudata restituere uellẽt, multis coëmptis equis ad Pompeium transierunt cum ijs quos sui consilij participes habebant. Quos Pompeius, quòd erant honesto loco nati, & instructi liberaliter, magnoq; comitatu & multis iumentis uenerãt, uiriq; fortes habebantur, & in honore apud Cæsarem fuerant, quodq; nouũ et præter cõsuetudinẽ acciderat, per omnia sua præsidia circunduxit, atq; ostentauit. Nã ante id tempus nemo aut miles aut eques à Cæsare ad Pompeium trãsierat, cùm penè quotidie à Pompeio ad Cæsarem perfugerent: uulgò uerò uniuersi in Epiro atq; Aetolia conscripti milites, earumq; regionum omnium quæ à Cæsare tenebantur. Sed hi cognitis omnib. rebus, seu quid in munitionibus perfectum nõ erat, seu quid à peritiorib. rei militaris desiderari uidebatur, temporibusq; rerũ, & spacijs locorũ, & cu stodiarũ uera diligentia animaduersa, prout cuiusq; eorum qui negocijs præerãt, aut natura aut studiũ ferebat, hæc ad Pompeium omnia detulerunt. Quibus ille cognitis, eruptionisq; iam antè capto cõsilio, ut demonstratum est, tegmenta galeis milites ex uiminibus facere, atq; aggerem comportare iubet. His paratis rebus, magnum numerum leuis armaturæ & sagittariorum, aggeremq; o-

mnem noctu in scaphas et naues actuarias imponit: & de media nocte cohortes sexaginta ex maximis castris præsidijsq; deductas, ad eam partem munitionum ducit, quæ pertinebant ad mare, longissimeq; à maximis castris Cæsaris aberant. Eódem naues quas demonstrauimus aggere & leuis armaturæ militibus completas, quasq; ad Dyrrhachium naues longas habebat, mittit: & quid à quoq; fieri uelit, præcipit. Ad eas munitiones Cæsar Lentulum Marcellinum quæstorem cum legione nona positum habebat: huic, quòd ualetudine minus commoda utebatur,
33 Fuluium Posthumium adiutorem summiserat. Erat eo loco fossa pedum XV. & uallus contra hostem in altitudinem pedum X. tantúdemq; eius ualli agger in latitudinem patebat: ab eo, intermisso spacio pedum sexcentorũ, alter conuersus in contrariam partem erat uallus, humiliore paulò munitione. Hoc enim superioribus diebus timens Cæsar, ne nauibus nostri circumuenirentur, duplicem eo loco fecerat uallũ, ut si ancipiti prælio dimicaretur, posset resistí: sed operũ magnitudo, & continens omnium dierum labor, quòd millia passuum in circuitu XVIII. munitiones erat complexus, perficiendi spacium non dabat. Itaq; contra mare transuersum uallum, qui has duas munitiones contingeret, nondum perfecerat. quæ res nota erat Pompeio, delata per Allobroges perfugas: magnumq; nostris attulit incommodum. Nam ut ad mare nostræ cõhortes nonæ legionis excubuerãt, acceßêre subitò prima luce Pompeiani exercitus, nouusq; eorum aduentus extitit: simulq; nauibus circumuecti milites in interiorẽ uallũ tela iaciebant: fossæq; aggere cõplebantur: & legionarij interioris munitionis defensores, scalis admotis, tormentisq;

tisq; cuiusq; generis, telisq; terrebant, magnaq; multitudo sagittariorum ab utraq; parte circunfundebatur. Multum autem ab ictu lapidum (quod unũ nostris erat telum) uiminea tegumenta galeis imposita defendebãt. Itaq; cùm omnibus rebus nostri premerentur, atq; ægrè resistrent, animaduersum est uitium munitionis, quod suprà demonstratum est: atq; inter duos uallos, quà perfectũ opus non erat, per mare nauibus expositis, in aduersos nostros impetum fecerunt, atq; ex utraq; munitione deiectos, terga uertere coëgerũt. Hoc tumultu nũciato, Marcellinus cohortes subsidio nostris laborantibus summittit: quæ ex castris fugientes cõspicatæ, neq; illos suo aduentu cõfirmare potuerunt, neq; ipsæ hostium impetum tulerunt. Itaq; quodcunq; addebatur subsidio, id corruptum timore fugientium, terrorem & periculum augebat. Hominũ enim multitudine receptus impediebatur. In eo prælio cũ graui uulnere esset affectus aquilifer, & uiribus deficeret, cõspicatus equites nostros: Hãc ego, inquit, & uiuus multos per annos magna diligentia defendi, & nunc moriens eãdem fide Cæsari restituo: nolite obsecro cõmittere, quod antè in exercitu Cæsaris non accidit, ut rei militaris dedecus admittatur: incolumẽq; ad eum referte. Hoc casu aquila conseruatur, omnibus primæ cohortis Centurionibus interfectis, præter principem priorem. Iamq; Pompeiani magna cæde nostrorum, castris Marcellini appropinquabant, non mediocri terrore illato reliquis cohortibus: & M. Antonius, qui proximum locum tenebat præsidiorum, ea re nunciata, cum cohortibus XII. descendẽs ex loco superiore cernebatur: cuius aduẽtus Pompeianos cõpressit, nostrosq; firmauit, ut se ex maximo timore colligerent.

Neq; multo pòst Cæsar significatione per castella fumo facta, ut erat superioris temporis consuetudo, deductis quibusdam cohortibus ex præsidijs, eódem uenit. Qui cognito detrimento, cùm animaduertisset Pompeium extra munitiones egressum, castra secundũ mare, ut liberè pabulari posset, nec minus aditum nauibus haberet, commutata ratione belli, quoniã propositũ non tenuerat, iuxta Pompeium munire iußit. qua perfecta munitione, animaduersum est à speculatoribus Cæsaris, cohortes quasdam, quod instar legionis uideretur, esse post syluam, & in uetera castra duci. Castrorum hic situs erat: Superioribus diebus, cùm se nona legio Cæsaris obiecisset Pompeianis copijs, atq; opera, ut demonstrauimus, circummuniret, castra eo loco posuit. Hæc syluam quandã contingebant, neq; longius à mari paßibus CCCC. aberant. pòst mutato consilio quibusdam de causis, Cæsar paulò ultra eum locum castra transtulit: paucisq; intermißis diebus, hæc eadẽ Pompeius occupauerat: & quòd eo loco plures erat legiones habiturus, relicto interiore uallo, maiorem adiecerat munitionem. Ita minora castra inclusa maioribus, castelli atq; arcis locum obtinebãt. Item ab angulo castrorum sinistro munitionem ad flumen perduxerat circiter passus CCCC. quò liberius ac sine periculo milites aquarentur. Sed is quoque mutato consilio quibusdam de causis, quas commemorari necesse non est, eo loco excesserat. Ita com plures dies manserant castra: munitiones quidem integre
54 omnes erant. Eò signo legionis illato, speculatores Cæsari renunciarunt: hoc idem uisum ex superioribus quibusdam castellis confirmauerãt. Is locus aberat à nouis Pompeij castris circiter passus D. Hanc legionẽ speräs Cæsar

se

se opprimere posse, & cupiens eius diei detrimentum sarcire, reliquit in opere cohortes duas, quæ speciē munitionis præberent: ipse diuerso itinere, quàm potuit occultissimè, reliquas cohortes numero XXXIII. in quibus erat legio nona, multis amissis Centurionibus, diminutoq; militum numero, ad legionem Pompeij, castra q; minora duplici acie duxit: neq; eum prima opinio fefellit. Nam & peruenit prius quàm Pompeius sentire posset: & tametsi erant munitiones castrorum magnæ, tamen sinistro cornu, ubi erat ipse, celeriter aggressus Pompeianos, ex uallo deturbauit. Erat obiectus portis Eritius: hîc paulisper est 35
pugnatum, quum irrumpere nostri conarentur, illi castra defenderēt, fortissimè T. Pulcione (cuius opera proditum 36
exercitum C. Antonij demonstrauimus) eo loco propugnante. Sed tamē nostri uirtute uicerūt:* excisoq; Eritio, excito
primò in maiora castra, pòst etiā in castellum quod erat inclusum maioribus castris, irruperunt: & quòd eò pulsa legio sese receperat, nonnullos sibi repugnantes interfecerūt. Sed fortuna, quæ plurimùm potest, cùm in reliquis rebus, tum præcipuè in bello, paruis momētis magnas rerum cōmutationes efficit: ut tum accidit. Munitionē enim quam pertingere à castris ad flumen suprà demonstrauimus, dextri Cæsaris cornu cohortes ignorantia loci sunt secutæ, cùm portā quærerent castrorum, quòd eam munitionem esse arbitrarentur. quod cùm esset animaduersum, coniunctam esse flumini, protinus his munitionibus defendente nullo transcenderunt, omnisq; noster equitatus eas cohortes est secutus. Interim Pompeius hac longa satis interiecta mora, & renunciata, quintā legionem ab opere deductā subsidio suis duxit: eodemq; tempore equi-

tatus eius nostris equitibus appropinquabat, & acies instructa, à nostris qui castra occupauerant, cernebatur: omniaq; sunt subitò mutata. Pompeiana enim legio celeri spe subsidij cõfirmata, ab decumana porta resistere conatur, atq; ultrò in nostros impetũ faciebat. equitatus Cæsaris, quòd angusto itinere per aggeres ascẽdebat, receptui suo timens, initiũ fugæ faciebat. Dextrũ cornu, quod erat à sinistro seclusum, terrore equitũ animaduersos, ne intra munitionem opprimeretur, ex parte ex qua prorumpebat, sese recipiebat: ac pleriq; ex ijs, ne in angustias incideret, x. pedũ munitionis sese in fossas præcipitãt: primisq; oppressis, reliqui per horũ corpora salutem sibi atq; exitum pariebant. Sinistro cornu milites, cũ ex uallo Pompeium adesse, & suos fugere cernerent, ueriti ne angustijs intercluderentur, cùm extrà & intus hostem haberent, eodem quò uenerant, *receptui cõsulebant: omniaq; erãt tumultus, timoris, fugæ plena: adeò ut cùm Cæsar signa fugientium manu prehenderet, & cõsistere iuberet, alij dimissis equis eundem cursum cõficerent, alij ex metu etiam signa dimitterent, neq; quisquam omnino consisteret. His tantis malis* hæc subsidia succurrebãt, quo minus omnis deleretur exercitus,* quòd Põpeius insidias timẽ: (credo, quòd hæc præter spem accidereẽt eius, qui paulo antè ex castris fugientes suos cõspexerat) munitionibus appropinquare aliquandiu non audebat, equitesq; eius, * angustijs portis, atq; his à Cæsaris militibus occupatis, ad insequendum tardabantur. Ita paruæ res magnum in utranq; partem momẽtum habuerunt. Munitiones enim à castris ad flumen perductæ, expugnatis iam castris Pompeij, propriam & expeditam Cæsaris uictoriam interpellauerunt: eadẽ res celeritate

receptui sibi consule.

nec

sed

angustijs portis, atq; his à Cæsaris

leritate insequentiũ tardata, nostris salutem attulit. Duobus his unius diei prælijs * Cæsar desiderauit milites nongentos sexaginta, & notos equites Rom. Felginatem, Tuticanum, Gallum Senatoris filium: C. Felginatem, Placentia: Agrauium, Puteolis: & Sacratiuirũ, Capua: Tribunos militum L. & Centuriones XXX. Sed horum omnium pars magna in fossis munitionibusq; & fluminis ripis oppressa suorum terrore ac fuga, sine ullo uulnere interijt: signaq; sunt militaria XXXII. amissa. Pompeius eo prælio imperator est appellatus. Hoc nomen obtinuit, atque ita se postea salutari passus est: sed neque in literis quas scribere est solitus, neq; in fascibus insignia laureæ prætulit. At Labienus, cùm ab eo impetrauisset, ut sibi captiuos tradi iuberet, omnesq; deductos ostentationis, ut uidebatur, causa, quò maior perfugis fides haberetur, commilitones appellans, & magna uerborum contumelia interrogans, soleréntne ueterani milites fugere, in omnium conspectu interfecit. His rebus tantum fiduciæ ac spiritus Pompeianis accessit, ut non de ratione belli cogitarent, sed uicisse iam sibi uiderentur. Non illi paucitatem nostrorum militum, non iniquitatem loci atque angustias præoccupatis castris, & ancipitem terrorẽ intra extraq; munitiones, nõ abscissum in duas parteis exercitum, cùm alter alteri auxilium ferre non posset, * causam fuisse cogitabant: non ad hæc addebant, non ex concursu acri facto, non prælio dimicatum, sibiq; ipsos multitudine atq; angustijs maius attulisse detrimentum, quàm ab hoste accepissent: non deniq; cõmunes belli casus recordabantur, * quorũ quã paruulæ sæpe causæ uel falsæ suspicionis, uel terroris repẽtini, uel obiectæ religiõis, magna detrimẽta intu-

37 Cæsaris desiderati sunt mil. &c. Vide Annotationes.

causæ

quàm paruu.

intulissent, quoties uel culpa ducis, uel tribuni uitio in exercitu esset offensum: sed perinde ac si uirtute uicissent, neq; ulla cõmutatio rerum posset accidere, per orbem terrarum fama ac literis uictoriam eius diei concelebrabãt. Cæsar à superioribus cõsilijs depulsus, omnem sibi cõmutandam belli rationẽ existimauit. Itaq; uno tempore præ-

demissã. sidijs omnib. deductis, et oppugnatione* dimissã, coactoq; in unum locum exercitu, concionem apud milites habuit, hortatusq; est, ne ea quæ accidissent, grauiter ferrẽt, neue his rebus terrerentur: multisq; secundis prælijs unum aduersum, & id mediocre opponerent: habendam fortunæ

cepissẽt: gratiam, quòd Italiam sine aliquo uulnere* recepissent: quòd duas Hispanias bellicosissimorum hominum peritissimis atq; exercitatissimis ducibus pacauissent: quòd finitimas frumentariasq; prouincias in potestatem redegissent: deniq; recordari debere, qua felicitate inter medios hostium classes, oppletis non solùm portubus, sed etiã litoribus, omnes incolumes essent transportati: si non o-

al. crederent mnia* cederent secũda, fortunã esse industria subleuandã: quod esset acceptũ detrimenti,* cuiusuis potius quàm suæ

al. cederent secũda fortuna, indu. esse subleuanda: culpæ debere tribui. Locum securũ se ad dimicandum dedisse, potitũ se esse hostium castris, expulisse ac superasse pugnantes: sed siue ipsorum perturbatio, siue error aliquis, siue etiam fortuna, partam iam præsentemq; uictoriã*

al. exercitus interpellassent, dandã omnibus operam, ut acceptũ incõmodum uirtute sarciretur: quod si esset factum, & detrimentum in bonum uerterẽt, ut ad Gergobiã accidisset: atq; ij qui antè dimicare timuissent, ultrò se prælio offerrent. Hac habita cõcione, nõnullos signiferos ignominia notauit, ac loco mouit. Exercitui quidem omni tantus in-

cessit

ceßit ex incõmodo dolor, tantumq; ſtudium infamiæ ſarciendæ, ut nemo aut Tribuni aut Centurionis imperium deſideraret, & ſibi quiſq; etiam pœnæ loco grauiores imponeret labores, ſimulq; omnes arderent cupiditate pugnandi: cùm ſuperioris etiã ordinis nõnulli oratione permoti, manendũ eo loco, & rem prælio cõmittendã exiſtimarent. Contra ea Cæſar neq; ſatis militibus perterritis confidebat, ſpaciumq; interponendum ad recreandos animos putabat: relictisq; munitionibus, magnopere rei frumentariæ timebat. Itaq; nulla interpoſita mora, ſauciorũ modò & ægrorũ habita ratione, impedimenta omnia ſilentio prima nocte ex caſtris Apolloniã præmiſit, ac conquieſcere ante iter confectum uetuit. His una legio miſſa præſidio eſt. His explicitis rebus, duas in caſtris legiones retinuit, reliquas de quarta uigilia cõpluribus portis eductas, eodẽ itinere præmiſit: paruoq; ſpacio intermiſſo, ut & militare inſtitutũ ſeruaretur, & ne citiſſima eius profectio cognoſceretur, conclamari iußit: ſtatimq; egreſſus, & nouiſſimũ agmẽ conſecutus, celeriter è cõſpectu caſtrorum diſceßit. Neq; uerò Pompeius, cognito conſilio eius, moram ullam ad inſequendum intulit: ſed eadem ſpectans, ſi itinere impeditos & perterritos deprehendere poſſet, exercitũ è caſtris eduxit, equitatũq; præmiſit ad nouiſſimum agmen demorandũ: neq; conſequi potuit, quòd multum expedito itinere anteceſſerat Cæſar. Sed cùm uentum eſſet ad flumen Genuſum, quod ripis erat impeditis, cõſecutus equitatus nouiſſimos prælio diſtinebat. Huic ſuos Cæſar equites oppoſuit, expeditosq; anteſignanos admiſcuit CCCC. qui tantũ profecêre, ut equeſtri prælio commiſſo pellerent omnes, compluresq; interficerent, ipſiq; inco-

incolumes se ad agmen reciperent. Confecto iusto itinere eius diei, quod proposuerat Cæsar, traductoq; exercitu flumen Genusum, ueteribus suis in castris contra Asparagũ consedit, militesq; omnes intra uallum castrorum continuit: equitatumq; per causam pabulandi emissum, constim decumana porta in castra se recipere iussit. Simili ratione Pompeius, confecto eiusdem diei itinere, in suis ueteribus castris ad Asparagum consedit: eiusq; milites, quòd ab opere integris munitionibus uacabãt, alij lignandi pabulandiq; causa longius progrediebantur: alij, quòd subitò consilium profectionis ceperant, magna parte impedimentorum & sarcinarum relicta, ad hæc repetenda inuitati propinquitate superiorũ castrorum, depositis in contubernio armis, uallum relinquebãt. quibus ad sequendum impeditis, Cæsar, quod fore præuiderat, meridiano fere tempore signo profectionis dato exercitum educit, duplicatoq; eius diei itinere, VIII. millia passuum ex eo loco procedit: quod facere Pompeius discessu militum non potuit. Postero die Cæsar, similiter præmissis prima nocte impedimẽtis, de quarta uigilia ipse egreditur, ut si qua imposita esset dimicandi necessitas, subitum casum expedito exercitu subiret. Hoc idẽ reliquis fecit diebus. Quibus rebus perfectũ est, ut altissimis fluminibus, atq; impeditissimis itineribus nullũ acciperet incommodũ. Põpeius enim primi diei mora illata, & reliquorũ dierum frustra labore suscepto, quũ se magnis itineribus extenderet, & progressos cõsequi cuperet, quarta die finẽ sequẽdi fecit, atq; aliud sibi cõsilium capiendum existimauit. Cæsari ad saucios deponẽdos, stipendiũ exercitui dandum, socios confirmandos, præsidium urbibus relinquendũ, necesse erat

adire

adire Apolloniam. Sed his rebus tantum temporis tribuit, quantum erat properanti necesse: timensq; Domitio, ne aduentu Pompeij præoccuparetur, ad eum omni celeritate & studio incitatus ferebatur. Totius autē rei consilium his rationibus explicabat, ut si Pompeius eódem contenderet, abductum illum à mari, atq; ab ijs copijs quas Dyrrhachij comparauerat, frumento ac cōmeatu abstractum, pari conditione belli secum decertare cogeret. Si in Italiam transiret, coniuncto exercitu cum Domitio, per Illyricum Italiæ subsidio proficisceretur. Sin Apolloniā Oricūq; oppugnare, & se omni maritima ora excludere conaretur, obsesso tamen Scipione, necessariò illum suis auxilium ferre cogeret. Itaq; præmissis nuncijs, ad Cn. Domitium Cæsar scripsit, & quid fieri uellet ostendit, præsidioq; Apolloniæ cohortibus IIII. Lyßi una, tribus Orici relictis, quiq; erant ex uulneribus ægri, depositis, per Epirum atque Acarnaniam iter facere cœpit. Pompeius quoq; de Cæsaris consilio coniectura iudicans, ad Scipionem properandum sibi existimabat, si Cæsar iter illò haberet, ut subsidiū Scipioni ferret. Si ab ora maritima Corcyraq; discedere nollet, quòd legiones equitatumq; ex Italia expectaret, ipse ut omnib. copijs Domitium aggrederetur. His de causis uterq; eorū celeritati studebat, ut suis esset auxilio, & ad opprimēdos aduersarios, ne * occasioni temporis deesset. Sed Cæsarē Apollonia * à directo itinere auerterat: Pompeius per Candauiam iter in Macedoniam expeditū habebat. Acceßit etiā ex improuiso aliud incōmodū, quòd Domitius, qui dies complures castris Scipionis castra collata habuisset, rei frumentariæ causa abeo discesserat, & Heracleam Senticam, quæ est subiecta

occasio à recto itinere

38

Can-

Candauiæ, iter fecerat, ut ipsa Fortuna illum obijcere Pompeio uideretur. Hæc ad id tempus Cæsar ignorabat. Simul à Pompeio literis per omnes prouincias ciuitatesq; dimissis, prælio ad Dyrrhachium facto, latius inflatiusq; multò quã res erat gesta, fama percrebuerat, pulsum fugere Cæsarem, penè omnibus copijs amißis. Hæc itinera infesta

redde- bant, * reddiderãt, hæc ciuitates nonnullas ab eius amicitia * auerterãt: quibus accidit rebus, ut plurib. dimißi itineribus

auerte- tebant: à Cæsare ad Domitium, & ab Domitio ad Cæsarem, nulla ratione iter cõficere possent. Sed Allobroges Roscilli atque Aegi familiares, quos perfugisse ad Pompeiũ demonstrauimus, cõspicati in itinere exploratores Domitij, seu pristina sua consuetudine, quòd unà in Gallia bella gesserant, seu gloria elati, cuncta ut erãt acta exposuerunt, & Cæsaris profectionem, & aduentũ Pompeij docuerunt: à quib. Domitius certior factus, uix IIII horarũ spacio antecedens, hostiũ beneficio periculũ uitauit, & ad Eginũ, (quod est obiectũ oppositumq; Thessaliæ) Cæsari ueniẽti occurrit. Coniuncto exercitu, Cæsar Gomphos peruenit (quod est oppidum primum Thessaliæ uenientibus ab Epiro) quæ gens paucis antè diebus ultrò ad Cæsarem legatos miserat, ut suis omnibus facultatibus uteretur, præ-

præcur- rerat, sidiumq; ab eo militũ petierat. Sed eò fama iã * percurrerat, quã suprà docuimus, de prælio Dyrrhachino, quod multis auxerat partib. Itaq; Androsthenes prætor Thessaliæ, cùm se uictoriæ Pompeij comitem esse mallet, quàm socium Cæsaris in rebus aduersis, omnẽ ex agris multitudinem seruorũ ac liberorum in oppidum cogit, portasq; præcludit, & ad Scipionem Pompeiumq; nuncios mittit, ut sibi subsidio ueniant: se cõfidere munitionibus oppidi,

si

si celeriter succurratur: longinquã oppugnationem sustinere nõ posse. Scipio discessu exercituũ à Dyrrhachio cognito, Lariſſam legiones adduxerat. Põpeius nõ dũ Theſſaliæ appropinquabat. Cæſar caſtris munitis, ſcalas muſculosq; ad repentinã oppugnationẽ fieri, & crates parari iußit. quibus rebus effectis, cohortatus milites, docuit quantum uſum haberet ad ſubleuandã omnium rerum inopiam, potiri oppido pleno atq; opulento: ſimul reliquis ciuitatibus urbis huius exemplo inferre terrorẽ, & id fieri celeriter, priuſquam auxilia cõcurrerent. Itaq; uſus ſingulari militum ſtudio, eodem quo uenerat die, poſt horam nonam oppidum altißimis mœnibus oppugnare aggreſſus, ante ſolis occaſum expugnauit, & ad diripiẽdum militibus cõceßit: ſtatimq; ab oppido caſtra mouit, & Metropolim uenit, ſic ut nuncios expugnati oppidi, famamq; antecederet. Metropolitæ eodem primùm uſi conſilio, iiſdẽ permoti rumoribus, portas clauſerunt, muroſq; armatis compleuerunt: ſed poſtea caſu ciuitatis comprehenſis ex captiuis cognito, quos Cæſar ad murum producendos curauerat, portas aperuerũt. quibus diligentißimè conſeruatis, collata fortuna Metropolitarũ cũ caſu * Gomphẽſium, nulla Theſſaliæ fuit ciuitas, præter Lariſſæos, qui magnis exercitibus Scipionis tenebantur, quin Cæſari pareret, atq; imperata faceret. Ille ſegetis idoneum locum in agris nactus, quæ propè iam matura erat, ibi aduentũ expectare Pompeij, eoq; omnem rationem belli cõferre conſtituit. Pompeius paucis poſt diebus in Theſſaliam peruenit: concionatusq; apud cunctum exercitum, ſuis agit gratias: Scipionis milites cohortatur, ut parta iam victoria, prædæ ac præmiorũ uelint eſſe participes. Receptisq; omnibus

Compre henſium.

mnibus in una castra legionibus, suum cũ Scipione honorem partitur: classicumq; apud eum cani, & alterũ illi iubet prætoriũ tendi. Auctis copijs Pompeij, duobusq; magnis exercitib. coniunctis, pristina omnium confirmatur opinio, et spes victoriæ augetur, adeò ut quicquid intercederet temporis, id morari reditum in Italiã uideretur: & si quando quid Pompeius tardius aut consideratius faceret, unius esse negotium diei, sed illum delectari imperio, & consulares prætoriosq; seruorũ habere numero, dicerent. Iamq; inter se palàm de præmijs ac sacerdotijs cõtẽdebant, in annosq; cõsulatum definiebant. Alij domos bonaq; eorũ qui in castris erant Cæsaris, petebant: magnaq; inter eos in concilio fuit controuersia, oporteretne L. Hirtij, quòd is à Pompeio ad Parthos missus esset, proximis comitijs prætorijs absentis rationẽ haberi: quum eius necessarij fidem implorarent Pompeij, ut præstaret quod proficiscẽti promisisset, ne per eius autoritatem deceptus uideretur: reliqui in labore pari ac periculo, ne unus omneis antecederet, recusarent. Iã de sacerdotio Cæsaris Domitius, Scipio, Spintherq; Lẽtulus quotidianis cõtẽtionibus ad grauissimas uerborum contumelias palàm descenderunt: cùm Lentulus ætatis honorem ostentaret, Domitius urbanam gratiam dignitatemq; iactaret, Scipio affinitate Pompeij confideret. Postulauit etiam L. Afranium proditionis exercitus Actius Rufus apud Pompeiũ, quod gestum in Hispania diceret: & L. Domitius in consilio dixit, placere sibi bello confecto ternas tabellas dari ad iudicandũ de ijs qui ordinis essent Senatorij, belloq; unà cum ipsis interfuissent, sententiasq; de singulis ferrent qui Romæ remansissent, quiq; inter præsidia Pompeij fuissent,

neq;

neq; operam in re militari præstitissent. Vnam fore tabellam, qui liberandos omni periculo censerẽt: alteram, qui capitis damnarent: tertiam, qui pecunia mulctarent. Postremò omnes aut de honoribus suis, aut de præmijs pecuniæ, aut de persequendis inimicis agebant. Nec quibus rationibus superare possent, sed quemadmodũ uti uictoria deberent, cogitabant. Re frumentaria præparata, confirmatisq; militibus, & satis longo spacio temporis à Dyrrhachinis prælijs intermisso, quod satis perspectum habere uideretur, tẽtandum Cæsar existimauit, quidnam Pompeius propositi aut uoluntatis ad dimicandum haberet. Itaq; ex castris exercitũ eduxit, aciẽq; instruxit, primum suis locis, paulòq; à castris Pompeij longius: continentibus uerò diebus, ut progrederetur à castris suis, collibusq; Pompeianis aciem subijceret: quæ res indies confirmationem eius efficiebat exercitum. Superius tamen institutum in equitibus, quod demonstrauimus, seruabat, ut quoniam numero multis partibus esset inferior, adolescentes atque expeditos ex antesignanis electos milites ad pernicitatẽ, armis inter equites præliari iuberet, qui quotidiana consuetudine usum quoque eius generis præliorum perciperent. His erat rebus effectũ, ut equites mille apertioribus etiam locis VII. millium Pompeianorum impetum, quum adesset usus, sustinere auderẽt, neq; magnopere eorũ multitudine terrerẽtur. Namq; etiam per eos dies prælium secundum equestre fecit, atq; unum Allobrogem ex duobus quos perfugisse ad Pompeium suprà docuimus, cum quibusdam interfecit. Pompeius, quia castra in colle habebat, ad infimas radices montis aciem instruebat, semper, ut utdebatur, expectans, si iniquis locis Cæsar se subijceret.

Cæsar nulla ratione ad pugnã elici posse Pompeiũ existimans, hanc sibi commodißimã belli rationẽ iudicauit, uti castra ex eo loco moueret, semperq́; esset in itineribus: hoc * sperãs, ut mouẽdis castris, pluribusq́; adeũdis locis, commodiore frumentaria re uteretur, simulq́; ut in itinere aliquam occasionẽ dimicandi nancisceretur, & insolitum ad laborẽ Pompeij exercitum quotidianis itineribus defatigaret. His constitutis rebus, signo iam profectionis dato, tabernaculisq́;* detẽsis, animaduersum est paulò antè, extra quotidianam consuetudinem longius à uallo esse aciem Pompeij progressam, ut nõ iniquo loco posse dimicari uideretur. Tũc Cæsar* apud suos, cùm iã esset agmẽ in portis: Differendum est, inquit, iter in præsentia nobis, & de prælio cogitãdũ,* sicut semper depoposcimus: animo simus ad dimicandum parati: non facilè occasionẽ postea reperiemus. Cõfestimq́; expeditas copias educit. Pompeius quoq;, ut postea cognitũ est, suorum omniũ hortatu statuerat prælio decertare. Nam etiam in concilio superioribus diebus dixerat, prius quàm concurrerẽt acies, fore ut exercitus Cæsaris pelleretur. Id quum essent pleriq; admirati: Scio me, inquit, penè incredibilẽ rem polliceri: sed rationem consilij mei accipite, quò firmiore animo in prælium prodeatis. Persuasi equitibus nostris, idq́; mihi se facturos confirmauerunt, ut quum propius sit accessum, dextrum Cæsaris cornu ab latere aperto aggrederentur, ut circumuenta ab tergo acie, prius perturbatũ exercitũ pellerẽt, quàm à nobis telum in hostem iaceretur. Ita sine periculo legionum, & penè sine uulnere bellum conficiemus. Id autem difficile nõ est, cùm tantum equitatu ualeamus. Simul denuntiauit ut essent animo parati in posterũ, &

spectãs,

incensis,

ad

si em̃, ut semp̃ depoposci, m⁹, animo sum⁹

& quoniam fieret dimicandi potestas, ut sæpe cogitauissent, ne usu manuq; reliquorũ opinionem fallerent. Hunc Labienus excepit, * ut quum Cæsaris copias despiceret, & Pompeij consilium summis laudibus efferret: Noli, inquit, existimare Pompei, hunc esse exercitum qui Galliam Germaniamq; deuicerit. omnibus interfui prælijs, neq; temerè incognitã rem pronuncio. Perexigua pars illius exercitus supereſt, magna pars deperijt: quod accidere tot prælijs fuit necesse: multos autumni pestilentia in Italia consumpsit, multi domũ discesserunt, multi sunt relicti in conſtimenti. An non audistis ex ijs qui per causam ualetudinis remanserunt, cohortes esse Brunduſij factas? Hæ copiæ, quas uidetis, ex *delectis horũ annorũ in citeriore Gallia sunt refectæ, & pleræq; sunt ex colonijs Transpadanis. Attamẽ quod fuit roboris, duobus prælijs Dyrrhachinis interijt. Hæc cùm dixisset, iurauit se nisi uictorem in castra nõ reuersurum: reliquosq; ut idem facerent, hortatus est. Hoc laudans Pompeius, idem iurauit: nec uerò ex reliquis fuit quisquã, qui iurare dubitaret. Hæc cùm facta essent in concilio, magna spe & lætitia omnium discessum est: ac iam animo uictoriã * percipiebant, quòd de re tanta, & à tam perito Imperatore nihil frustra cõfirmari uidebatur. Cæsar cùm Pompeij castris appropinquasset, ad hunc modum aciem eius instructam animaduertit. Erãt in sinistro cornu legiones duæ traditæ à Cæsare initio dissensionis ex S.C. quarum una prima, altera tertia appellabatur. In eo loco ipse erat Pompeius: mediam aciem Scipio cum legionibus Syriacis tenebat. Cilicienſis legio cõiuncta cum cohortibus Hispanis, quas traductas ab Afranio docuimus, in dextro cornu erãt collocatæ. has firmiſ-

delectis

præcipiebant,

simas se habere Pompeius existimabat. Reliquas inter aciem mediam, cornuaq; interiecerat: numeroq; cohortes
40 CX. expleuerat. Hæc erant millia LV. Euocatorũ circiter II. millia, quæ ex beneficiarijs superiorũ exercituũ ad eũ conuenerant, quæ tota acie dispersérat: reliquas cohortes VII. castris propinquisq; castellis præsidio disposuerat. Dextrum cornu eius riuus quidam impeditis ripis muniebat: quam ob causam cunctum equitatũ, sagittarios funditoresq; omnes in sinistro cornu obiecerat. Cæsar superius institutum seruans, decimam legionem in dextro cornu, nonam in sinistro collocauerat, tametsi * erãt Dyrrhachinis prælijs uehementer * attenuatæ: & huic sic adiunxit octauã, ut penè unam ex duabus efficeret: atq; alteram alteri præsidio esse iusserat. Cohortes in acie LXXX. constitutas habebat: quæ summa erat M. XXII. Cohortes duas castris præsidio reliquerat. Sinistro cornu Antonium, dextro P. Syllam, media acie Cn. Domitiũ præposuerat. Ipse contra Pompeium * consistit. Simul his rebus animaduersis quas demonstrauimus, timens ne à multitudine equitũ dextrũ cornu circũueniretur, celeriter * ex tertia acie singulas cohortes detraxit, atq; ex his quartã instituit, equitatuiq; opposuit, & quid fieri uellet, ostendit: monuitq;, eius diei uictoriam in earum cohortium uirtute constare: simul tertiæ aciei, totiq; exercitui imperauit, ne imusſu suo cõcurreret: se, cũ id fieri uellet, uexillo signũ daturũ. Exercitum cùm militari more ad pugnam cohortaretur, suaq; in eum perpetui temporis officia prædicaret, in primis commemorauit, testibus se militibus uti posse, quanto studio pacẽ petisset: quæ per Vatinium in colloquijs quæ per A. Clodiũ cũ Scipione egisset: quibus modis ad Ori-

erat attenuata: huic

al. constitit.

extrema

cum

cum cum Libone de mittēdis legatis contendisset: neq; se unquā abuti militū sanguine, neq; Remp. alterutro exercitu priuare uoluisse. Hac habita oratione, exposcentibus militibus, & studio pugnæ ardentibus, tuba signum dedit. Erat Crastinus euocatus in exercitu Cæsaris, qui superiore anno apud eum primū pilum in legione decima duxerat, uir singulari uirtute. hic signo dato: Sequimini me, inquit, manipulares mei qui fuistis, & uestro Imperatori, quam constituistis, operam date. Vnum hoc præliū superest, quo confecto & ille suam dignitatem, & nos nostram libertatem recuperabimus. Simul respiciēs Cæsarē: Faciā, inquit, hodie Imperator, ut aut uiuo mihi, aut mortuo gratias agas. Hæc cùm dixisset, primus ex dextro cornu procurrit, atq; eū milites electi circiter c x x. uoluntariè eiusdem centuriæ sunt prosecuti. Inter duas acies tantum erat relictū spacij, ut satis esset ad cōcursum utriusq; exercitus. Sed Pompeius suis prædixerat, * ut Cæsaris impetū nec exciperent, néue se loco mouerent, aciēq; eius distrahi paterentur: idq; admonitu C. Triarij feciſſe dicebatur, ut primus excursus uisq; militū infringeretur, aciesq; distenderetur, atq; in suis ordinib. dispositi, dispersos adorirētur: leuiusq; casura pila sperabat in loco retentis militibus, quàm si ipsi immißis telis occurrissent. Simul fore, ut duplicato cursu Cæsaris milites exanimarentur, & lassitudine conficerentur. Quod nobis quidem nulla ratione factum à Pompeio uidetur, propterea quòd est quædā animi incitatio atq; alacritas naturaliter innata omnib. quæ studio pugnæ incēditur: h ăc nō reprimere, sed augere imperatores debent. neq; * frustra antiquitùs institutū est, frustra aut ant. ut signa undiq; cōcinerent, clamorēq; uniuersi tollerent:

quibus rebus & hostes terreri, et suos incitari existimauerunt. Sed nostri milites dato signo cùm infestis pilis procurrissent, atq; animaduertissent non cõcurri à Pompeianis, usu periti, ac superioribus pugnis exercitati, sua sponte cursum represserũt, & ad mediũ fere spacium constiterunt, * ne consumptis uiribus appropinquarent: paruoq; intermisso tẽporis spacio, ac rursus renouato cursu, pila miserunt, celeriterq;, ut erat præceptũ à Cæsare, gladios strinxerũt. Neq; uerò Pompeiani huic rei defuerũt. Nam & tela missa exceperunt, & impetum legionum tulerũt, & ordines conseruauerunt: pilisq; missis, ad gladios redierunt. Eodem tempore equites à sinistro Pompeij cornu, ut erat imperatum, uniuersi procurrerunt, omnisq; multitudo sagittariorũ se profudit: quorum impetum noster equitatus nõ tulit, sed paulùm loco motus cessit: equitesq; Pompeiani hoc acrius instare, & se turmatim explicare, aciemq; nostram à latere aperto circuire cœperunt. Quod ubi Cæsar animaduertit, quartæ aciei, quã instituerat ex cohortiũ numero, signum dedit. Illi celeriter procurrerunt, infestisq; signis tanta ui in Pompeij equites impetum fecerunt, ut eorum nemo consisteret, omnesq; conuersi non solùm loco excederent, sed protinus incitati fuga montes altissimos peterẽt: quibus summotis, omnes sagittarij funditoresq; destituti, inermes sine præsidio interfecti sunt. Eodem impetu cohortes * sinistrũ cornu, pugnantibus etiam ac resistentibus in acie Pompeianis, circumierunt, eosq; à tergo sunt adorti. Eodem tempore tertiam aciem Cæsar, quæ quieta fuerat, & se ad id tẽpus loco tenuerat, procurrere iussit. Ita cùm recentes atq; integri defessis successissent, alij autẽ à tergo adorirentur, sustinere

ut ne

sinistro cornu pugnantes etiam tũ, ac resistẽtes in acie Pompeianos circum.

stimere Pompeiani nõ potuerunt, atq; uniuersi terga uerterũt. Neq; uerò Cæsarem fefellit, quin ab his cohortibus quæ contra equitatum in quarta acie collocatæ essent, imitiũ uictoriæ oriretur, ut ipse in cohortandis militibus pronunciauerat. Ab his enim primùm equitatus est pulsus: ab ijsdem facta cædes sagittariorum atq; funditorum: ab ijsdem acies Pompeiana à sinistra parte erat circumuenta, atq; initium fugæ factũ. Sed Pompeius, ut equitatum suum pulsum uidit, atq; eam partem cui maximè cõfidebat, perterritã animaduertit, alijs quàm maximè diffisus, acie excessit, protinusq; se in castra equo cõtulit: & ijs Centurionibus quos in statione ad prætoriã portam posuerat, clarè, ut milites exaudirent: Tueamini, inquit, castra, & defendite diligenter, si quid durius acciderit: ego reliquas portas circumeo, & castrorũ præsidia cõfirmo. Hæc cùm dixisset, se in prætorium contulit, summæ rei diffidens, & tamen euentum expectãs. Cæsar Pompeianis ex fuga intra uallum cõpulsis, nullum spaciũ perterritis dari oportere existimãs, milites cohortatus est, ut beneficio Fortunæ uterentur, castraq; oppugnarent. qui, etsi magno æstu fatigati (nam ad meridiem res erat perducta) tamen ad omnẽ laborẽ animo parati, imperio parũerũt. Castra à cohortibus quæ ibi præsidio erãt relictæ, industriè defendebantur, multò etiam acrius à Thracibus barbarisq; auxilijs. Nam qui acie refugerãt milites, & animo perterriti, & lassitudine confecti, missis pleriq; armis signisq; militaribus, magis de reliqua fuga, quàm de castrorum defensione cogitabant. Neq; uerò diutius, qui in uallo constiterant, multitudinem telorum sustinere potuerunt: sed confecti uulneribus, locum reliquerũt, protinusq; omnes ducibus

cibus usi Centurionibus Tribunisq; militum, in altissimos montes qui ad castra pertinebant, confugerunt. In castris Pompeij uidere licuit triclinia strata, magnũ argenti pondus expositum, recentibus cespitibus tabernacula cõstrata, L. etiam Lentuli & nõnullorũ tabernacula protecta hedera, multaq; præterea, quæ nimiam luxuriã & uictoriæ fiduciam designarent: ut facilè existimari posset, nihil eos de euentu eius diei timuisse, quin non necessarias conquirerent uoluptates: atq; ij miserrimo ac patientissimo exercitui Cæsaris luxuriem obijciebãt, cui semper omnia ad necessarium usum defuissent. Pompeius iam cùm intra uallum nostri uersarentur, equũ nactus, detractis insignibus imperatorijs, decumana porta se ex castris eiecit, protinusq; equo citato Larissam contendit. neq; ibi constitit, sed eâdẽ celeritate paucos suorũ ex fuga nactus, nocturno itinere non intermisso, comitatu equitũ xxx. ad mare perucnit, nauemq; frumentariam cõscendit: sæpe, ut dicebatur, quærẽs * tantam se opinionem fefellisse, ut à quo genere hominũ uictoriam speraſſet, ab eo initio fugæ facto penè proditus uideretur. Cæsar castris potitus, à militibus contendit, ne in præda occupati, reliqui negocij gerendi facultatem dimitterent. Quare impetrata, montem opere * circumuenire instituit. Pompeiani, quòd is mons erat sine aqua, diffisi ei loco, relicto monte, uniuersi simul Larissam uersus se recipere cœperunt. Quare animaduersa, Cæsar copias suas diuisit, partẽq; legionũ in castris Pompeij remanere iussit, partem in sua castra remisit, quatuor secum legiones duxit, commodioreq; itinere Pompeianis occurrere cœpit: & progressus millia passuum VI. aciem instruxit. Quare animaduersa, Põpeiani in quodam mõ-

suam

circumunire

te

te consiliterunt. Hunc montẽ flumen subluebat. Cæsar milites cohortatus, etsi totius diei continenti labore erant confecti, noxq; iam suberat, tamẽ munitione flumẽ à monte secluſit, ne noctu Pompeiani aquari possent: * quo iam q perf. perfecto opere, illi de deditione missis legatis agere cœperunt: pauci ordinis Senatorij, qui se cum ijs coniunxerãt, nocte fuga salutẽ petierunt. Cæsar prima luce omnes eos qui in monte consederant, ex superioribus locis in planiciem descendere, atq; arma proijcere iussit: quod ubi sine recusatione fecerunt, passisq; palmis proiecti ad terram flentes ab eo petierunt salutem, consolatus cõsurgere iussit: et pauca apud eos de lenitate sua locutus, quò minore essent timore, omnes conseruauit: militibusq; suis iussit, ne qui eorũ uiolarentur, neu quid sui desiderarẽt. Hac adhibita diligentia, ex castris sibi legiones alias occurrere, & eas quas secum duxerat, inuicem requiescere, atq; in castra reuerti iussit: eodemq; die Lariſſam peruenit. In eo prælio non amplius CC. milites desiderauit, sed Centuriones fortes uiros circiter XXX. amisit. Interfectus est etiam fortissimè pugnans Crastinus, cuius mentionem suprà fecimus, gladio in os aduersum cõiecto. Neq; id fuit falsum, quod ille in pugnam proficiscens dixerat. Sic enim Cæsar existimabat, eo prælio excellentissimam uirtutem Crastini fuisse, optimeq; eum de se meritum iudicabat. Ex Pompeiano exercitu circiter millia XV. cecidisse uidebãtur. Sed in deditionem uenerunt amplius millia XXIIII. namq; etiam cohortes quæ præsidio in castellis fuerant, sese Syllæ similiter dediderunt. Multi præterea in finitimas ciuitates refugerunt. Signaq; militaria ex prælio ad Cæsarem sunt relata CLXXX. & aquilæ * LIX. IX.

L. Do-

L. Domitius ex castris in montẽ refugiens, cùm uires eum laßitudine defeciſſent, ab equitibus eſt interfectus. Eodem tempore D. Lælius cũ claſſe ad Brunduſiũ uenit, eademq; ratione, qua factũ à Libone antea demonſtrauimus, inſulã obiectam portui Brunduſino tenuit. Similiter Vatinius, qui Brunduſio præerat, tectis inſtructisq; ſcaphis elicuit naues Lælianas, atq; ex his longius productã unam quinqueremem, & minores duas in anguſtijs portus cepit. Itemq; per equites diſpoſitos aquæ prohibere claßiarios inſtituit. Sed Lælius tempore anni cõmodiore uſus ad nauigandum, onerarijs nauibus Corcyra Dyrrhachioq; aquam ſuis ſupportabat, neq; à propoſito deterrebatur: neque ante præliũ in Theſſalia factum cognitũ, aut ignominia amiſſarũ nauium, aut neceſſariarum rerum inopia, ex
42 portu inſulaq; expelli potuit. Iiſdem ferè tẽporibus Caſſius cũ claſſe Syrorum, & Phœnicum, & Cilicum in Siciliam uenit: & cùm eſſet Cæſaris claßis diuiſa in duas par-
43 teis, & dimidiæ parti præeſſet P. Sulpitius prætor Vibone ad fretum, dimidiæ M.* Põponius ad Meſſanam: prius Caßius ad Meſſanã nauibus aduolauit, quàm Pomponius de eius aduentu cognoſceret: perturbatũq; eũ nactus, nullis cuſtodijs, neq; ordinibus certis, magno uento & ſecundo completas onerarias naues teda & pice & ſtupa, reliquisq; rebus quæ ſunt aptæ ad incendia, in Pomponianã claſſem immiſit, atq; omnes naues incẽdit* xxxv. in quibus erant xx. conſtratæ. Tantusq; eo facto timor inceſſit, ut cùm eſſet legio præſidio Meſſanæ, uix oppidum defenderetur: & niſi eo ipſo tempore quidem nuncij de Cæſaris uictoria per diſpoſitos equites eſſent allati, exiſtimabant plerique futurum fuiſſe ut amitteretur. Sed opportuniſſimè

Põpeius

al. ẽ qb⁹ 35 erant aptæ, 20 cõſtratę. al. ẽ qb⁹ 30 erant cõſtratæ.

nissimè nuncijs allatis, oppidum fuit defensum: Cassiusq; ad Sulpitianã inde classem profectus est Vibonem: applicatisq; nostris ad terrã nauibus, propter eundem timorẽ, pari atq; antea ratione * egerũt. Cassius secundum nactus uentũ, onerarias circiter naues x l. præparatas ad incendiũ immisit: & flãma ab utroq; cornu cõprehensa, naues sunt cõbustæ v. Cumq; ignis magnitudine uenti latius serperet, milites qui ex ueteribus legionibus erãt relicti præsidio nauibus ex numero ægrorum, ignominiã non tulerunt, sed sua sponte naues conscenderunt, & à terra solue runt, impetuq; facto in Cassianam classem, quinqueremes duas, in quarum altera erat Cassius, ceperunt: sed Cassius exceptus scapha refugit. Præterea duæ sunt * deprehensæ triremes: neq; multo pòst de prælio facto in Thessalia cognitum est, ut ipsis Pompeianis fides fieret. nam ante id tẽpus fingi hoc à legatis amicisq; Cæsaris arbitrabantur. Quibus rebus cognitis, ex ijs locis Cassius cum classe discessit. Cæsar omnibus rebus relictis, persequendum sibi Pompeiũ existimauit, quascunq; in parteis ex fuga se recepisset: ne rursus copias comparare alias, & bellũ renouare posset. Et quantum itineris equitatu efficere poterat, quotidie progrediebatur, legionemq; unã minoribus itineribus subsequi iussit. Erat edictũ Pompeij nomine Amphipoli propositum, uti omnes eius prouinciæ iuniores, Græci, ciuesq; Rom. iurandi causa conuenirent. Sed utrũ auertendæ suspicionis causa Pompeius proposuisset, ut quàm diutissimè longioris fugæ consilium occultaret, an nouis delectibus, si nemo premeret, Macedoniã tenere conaretur, existimari nõ poterat. Ipse ad anchorã una nocte constitit, & uocatis ad se Amphipoli hospitibus, & pecunia

egit.

deprehensæ

44

nia ad necessarios sumptus corrogata, cognito Cæsaris aduentu, ex eo loco discesſit, & Mitylenas paucis diebus uenit. Biduum tempestate retentus, nauibusq; alijs additis actuarijs, in Ciliciã atq; inde Cyprũ peruenit. Ibi cognoscit, consensu omniũ Antiochiensium, ciuiumq; Rom. qui illic negociarentur, arcem * Antiochiam captã esse excludendi sui causa, nũciosq; dimissos ad eos qui se ex fuga in finitimas ciuitates recepisse dicerentur, ne Antiochiã adirent: id si fecissent, magno eorum capitis periculo futurũ. Idem hoc L. Lentulo, qui superiore anno cõsul fuerat, & P. Lentulo consulari, ac nonnullis alijs acciderat Rhodi. Nam quicũq; ex fuga Pompeium sequerẽtur, atq; in insulam ueniſſent, oppido ac portu recepti nõ erant: missisq; ad eos nuntijs, ut ex his locis discederent, contra uoluntatẽ suã naues * soluere iubebantur. Iamq; de Cæsaris aduẽtu fama ad ciuitates perferebatur. Quibus cognitis rebus, Pompeius depositio adeũdæ Syriæ cõsilio, pecunia societatis sublata, & à quibusdam priuatis sumpta, & ærũ magno pondere ad militarem usum in naueis impositio, duobusq; millib. hominũ armatis, partim quos ex familijs societatum delegerat, partim à negociatoribus coëgerat, quosq; ex suis quisq; ad hãc rem idoneos existimabat, Pelusium peruenit. ibi casu rex erat Ptolemæus, puer ætate, magnis copijs cum sorore Cleopatra gerens bellum, quã paucis antè mensibus per suos propinquos atque amicos regno expulerat: castraq; Cleopatræ non longo spacio ab eius castris distabant. Ad eum Pompeius misit, ut pro hospitio atq; amicitia patris, Alexandria reciperetur, atque illius opibus in calamitate tegeretur. Sed qui ab eo missi erãt, confecto legationis officio, liberius cum militibus

45 Antiochenam

soluerãt.

bus regis colloqui cœperunt: eosq; hortari, ut suum officium Pompeio præstarent, neue eius fortunam despicerent. In hoc erant numero complures Pompeij milites, quos ex eius exercitu acceptos in Syria Gabinius Alexandriam traduxerat, belloq; confecto, apud Ptolemæum patrẽ pueri reliquerat. His tunc cognitis rebus, amici regis, qui propter ætatem eius in procuratione erant regni, siue timore adducti (ut postea prædicabant) ne solicitato exercitu regio, Pompeius Alexandriam Aegyptumq; occuparet: siue despecta eius fortuna (ut plerunq; in calamitate ex amicis inimici existunt) ijs qui erant ab eo missi, palàm liberaliter responderunt, eumq; ad regem uenire iusserunt: ipsi clàm consilio inito, Achillam præfectum regium, singulari hominem audacia, & L. Septimiũ tribunũ militum, ad interficiendum Pompeium miserũt. Ab his liberaliter ipse appellatus, & quadã notitia Septimij productus, quòd bello prædonũ apud eum ordinem duxerat, ~~nauiculã paruulam~~ conscendit cum paucis suis, & ibi ab Achilla et Septimio interficitur. Item L. Lentulus comprehenditur à rege, & in custodia necatur. Cæsar cùm in Asiam uenisset, reperiebat T. Appium conatũ esse tollere pecunias Epheso ex phano Dianæ, eiusq; rei causa Senatores omneis ex Prouincia euocauisse, ut his testib. ea summa pecuniæ uteretur: sed interpellatum aduentu Cæsaris profugisse. Ita duob. temporibus Ephesiæ pecuniæ Cæsar auxiliũ tulit. Item cõstabat, Elide in templo Mineruæ, repetitis atq; enumeratis diebus, quo die prælium secundum fecisset Cæsar, simulacrum Victoriæ, quod ante ipsam Mineruam collocatum erat, et ad simulacrum Mineruæ spectabat, ad ualuas se templi limenq; conuertisse. Eodq;

Ἐθαυμάσθη ἐλθὼν καὶ εἰς Σάμον, ἔτι μᾶλλον ἐπαρθεὶς ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς πράγμασιν ἐν ταύτῃ τῇ ἡλικίᾳ τοῦ βίου· μάλιστα δὲ ὑπὸ τῶν ἐν Ἀφροδισίοις ἡδονῶν, ὡς ἔοικε, διαφθαίνων ἐκ τῆς τοιαύτης εἰς ἀλλοτρίαν ἀλοὺς, ἀκοσμίας τῷ βαθυτάτῳ. Appellat hic Ἀλλοτρίαν ἀλοὺς, quæ Pompeio ἀλλόδοξα ἀγαπητὰ

die

die Antiochiæ in Syria bis tantus exercitus clamor, & signorũ sonus exauditus est, ut in muris armata ciuitas discurreret. Hoc idẽ Ptolemaide accidit: Pergamiq; in occultis ac* remotis templi, quò præter sacerdotes adire fas nõ est, quæ Græci ἄδυτα appellãt, tympana sonuerunt. Item Trallibus in templo Victoriæ, ubi Cæsari statuã consecrauerant, palma per eos dies in tecto inter coagmenta lapidum ex pauimẽto extitisse ostendebatur. Cæsar paucos dies in Asia moratus, quũ audisset Pompeium Cypri uisum, coniectans eum in Aegyptũ iter habere, propter necessitudines regni, reliquasq; eius loci opportunitates, cum legionibus, una quã se ex Thessalia sequi iusserat, & altera quam ex Achaia* à Fusio legato euocauerat, equitibusq; octingentis, & nauibus longis Rhodijs decem, & Asiaticis paucis, Alexandriã peruenit. In his erant* legionariorũ hominũ tria millia ducẽti. Reliqui uulnerib. ex prælijs, & labore, ac magnitudine itineris confecti, consequi non potuerant. Sed Cæsar confisus fama rerum gestarum, infirmis auxilijs proficisci non dubitauerat, atq; omnem sibi locum tutũ fõre existimabat. Alexandriæ de Pompeij morte cognoscit: atq; ibi primũ è naui egrediens, clamorem militũ audit, quos rex in oppido præsidij causa reliquerat: & concursum ad se fieri uidet, quòd fasces anteferrentur. In hoc omnis multitudo maiestatem regiam minui prædicabat. Hoc sedato tumultu, crebræ continuis diebus ex concursu multitudinis concitationes fiebant, complureſq; milites eius urbis omnibus partibus interficiebantur. Quib. rebus animaduersis, legiones sibi alias ex Asia adduci iußit, quas ex Põpeianis militibus confecerat. Ipse enim necessariò Etesijs tenebatur, qui Alexandria nau-

al. recon ditis tem plis, al. remo tis tẽplis

Qu. Fusio

legionis bus

gan-

gantibus sunt aduersissimi uenti. Interim controuersias regum ad pop. Rom. & ad se, quòd esset cõsul, pertinere existimãs, atq; eò magnis officio suo conuenire, quòd superiore consulatu cum patre Ptolemæo & lege & senatusconsulto societas erat facta, ostendit sibi placere, regẽ Ptolemæum atq; sororẽ eius Cleopatram, exercitus quos haberent, dimittere, et de controuersijs iure apud se potius, quàm inter se armis disceptare. Erat in procuratione regni, propter ætatem pueri, nutritius eius eunuchus nomine Photinus. Is primũ inter suos queri atq; indignari cœpit, regem ad dicendam causam euocari. Deinde adiutores quosdam conscios sui nactus ex regijs amicis, exercitum à Pelusio clàm Alexandriam euocauit: atq; eundem Achillam, cuius suprà meminimus, omnib. copijs præfecit. Hũc incitatum suis, & regijs inflatum pollicitationib. quæ fieri uellet, literis nuntijsq; edocuit. In testamento Ptolemæi patris hæredes erant scripti, ex duobus filijs maior, et ex duabus ea quæ ætate antecedebat: hæc uti fierent, per omnes deos, perq; fœdera quæ Romæ fecisset, eodem testamento Ptolemæus pop. Rom. obtestabatur. Tabulæ testamenti unæ per legatos eius Romam erant allatæ, ut in ærario ponerentur: eæ cũ propter publicas occupationes poni nõ potuissent, apud Pompeium sunt depositæ. Alteræ eodem exemplo relictæ, atque obsignatæ Alexandriæ proferebantur. De his rebus cùm ageretur apud Cæsarẽ, isq; maximè uellet pro communi amico atq; arbitro controuersias regũ componere, subitò exercitus regius equitatusq; omneis uenire Alexandriã nunciatur. Cæsaris copiæ nequaquã erãt tãtæ, ut eis extra oppidũ, si esset dimicãdum, confideret: relinquebatur, ut se suis locis oppido

teneret, consiliumq; Achillæ cognosceret: milites tamẽ omnes in armis esse iussit: regemq; hortatus est, ut ex suis necessarijs, quos haberet maximæ autoritatis, legatos ad Achillam mitteret, & quid esset suæ uoluntatis, ostẽderet. A quo missi Dioscorides et Serapion, qui ambo legati Romæ fuerant, magnamq; apud patrẽ Ptolemæum autoritatem habuerãt, ad Achillam peruenerũt: quos ille, cùm in cõspectũ eius uenissent, prius quàm audiret, aut cuius rei causa missi essent, cognosceret, corripi ac interfici iussit. Quorum alter accepto uulnere occupatus, per suos procciso sublatus, alter interfectus est. Quo facto, regẽ ut in sua potestate haberet, Cæsar effecit, magnamq; regiũ nomen apud suos autoritatẽ habere existimans, et ut potius priuato paucorũ et latronũ consilio, quàm regio, susceptum bellũ uideretur. Erant cũ Achilla copiæ, ut neq; numero, neq; genere hominũ, neq; usu rei militaris contemnendæ uiderentur: millia enim xx in armis habebat. Hæ constabãt ex Gabinianis militibus, qui iã in cõsuetudinẽ Alexandrinæ uitæ atq; licẽtiæ uenerant, & nomen disciplinamq; pop. Rom. dedidicerant, uxoresq; duxerant, ex quibus pleriq; liberos habebãt. Huc accedebãt collecti ex prædonibus latronibusq; Syriæ Ciliciæq; prouinciæ, finitimarumq; regionũ. Multi præterea capitis damnati, exulesq; conuenerãt: fugitiuisq; omnibus nostris certus erat Alexandriæ receptus, certaq; uitæ cõditio, ut dato nomine, militũ essent numero: quorũ si quis à domino cõprehenderetur, concursu militũ eripiebatur, qui uim suorũ, quòd in simili culpa uersabantur ipsi, pro suo periculo defendebant. Hi regum amicos ad mortem deposcere: hi bona locupletum diripere: stipendij augendi causa regis

domum

domum obsidere: regno expellere alios, alios accersere uetere quodam Alexandrini exercitus instituto consueuerant. Erant præterea equitum millia duo, qui inueterauerant compluribus Alexandriæ bellis, Ptolemæum patrem in regnum reduxerant, Bibuli filios duos interfecerant, bella cum Aegyptijs gesserant: hunc usum rei militaris habebant. His copijs fidens Achillas, paucitatemq; militum Cæsaris despiciens, occupabat Alexandriam: præterea oppidi partem quam Cæsar cum militib. tenebat, primo impetu domum eius irrumpere conatus est. Sed Cæsar dispositis per uias cohortibus, impetum eius sustinuit: eodemq; tempore pugnatum est ad portum: ac longè maximam ea res attulit dimicationem. Simul enim deductis copijs, pluribus uijs pugnabatur: & magna multitudine naues longas occupare hostes conabantur: quarum erant L. auxilio missæ ad Pompeium, prælioq; in Thessalia facto, domum redierant. Illæ triremes omnes & quinqueremes erant aptæ instructæq; omnib. rebus ad nauigandum. Præter has * XII. erant, quæ præsidij causa Alexandriæ esse consueuerant, * constratæ omnes: quas si occupassent, classe Cæsaris erepta, portum ac mare totum in sua potestate haberent, commeatu auxilijsq; Cæsarem prohiberent. Itaque tanta est contentione actum, quanta agi debuit, cùm ille celerem in ea re uictoriam, hi salutem suam consistere uiderent. Sed rem obtinuit Cæsar, omnesq; eas naues, & reliquas quæ erant in naualibus, incendit, quòd tam latè tueri tam parua manu non poterat: confestimq; ad Pharum nauibus milites exposuit. Pharus est in insula turris, magna altitudine, mirificis operib. extructa, quæ nomen ab insula accepit. Hæc insula obiecta Alexan-

XXII. rostratæ.

xandriæ portum efficit. Sed à superioribus regionibus in longitudinem passuum nongentorum in mare iactis molibus, angusto itinere & ponte cum oppido cõiungitur. In hac sunt insula domicilia Aegyptiorum, & uicus oppidi magnitudine: quæq; ubi naues imprudentia aut tẽpestate paululum suo cursu decesserint, has more prædonũ diripere consueuerunt. His autem inuitis à quibus Pharus tenetur, non potest esse propter angustias nauibus introitus in portum. Hoc tum ueritus Cæsar, hostibus in pugna occupatis, militibusq; expositis, Pharũ apprehendit, atq; ibi præsidium posuit: quibus est rebus effectum, uti tutò frumentũ auxiliaq; nauibus ad eum supportari possent. Deduxit enim circum omnes propinquas regiones, atq; inde auxilia euocauit. Reliquis oppidi partibus sic est pugnatũ, ut æquo prælio discederetur, & neutri pellerẽtur: (id efficiebant angustiæ loci) paucisq; utrinq; interfectis, Cæsar loca maximè necessaria complexus, noctu præmunit. * Nec tractu oppidi pars erat Regiæ exigua in quã ipse habitandi causa initio erat inductus, & theatrũ coniunctum domui, quod arcis tenebat locum, aditusq; habebat ad portum, & ad reliqua naualia. Has munitiones insequentib. auxit diebus, ut pro muro obiectas haberet, neu pugnare inuitus cogeretur. Interim filia minor Ptolemæi regis uacuam possessionem regni sperans, ad Achillam se ex regia traiecit, unaq; bellũ administrare cœpit. Sed celeriter est inter eos de principatu controuersia orta: quæ res apud milites largitiones auxit. Magnis enim iacturis sibi quisq; eorum animos conciliabat. Hæc dum apud hostes geruntur, Photinus nutritius pueri, & procurator regni in parte Cæsaris, quum ad Achillam nuntios mitteret, hor-

in hoc tractu.

hortaretuŕq; ne negocio desisteret, néue animo deficeret, indicatis deprehensiśq; internuncijs, à Cæsare est interfectus. Hæc initia belli Alexandrini fuerunt.

IN C. IVLII CÆSARIS COMMENTARIORVM DE BELLO CIVILI, LIB. III. HENR. Glar. Annotationes.

Argumentum tertij Libri.

PRioribus libris res Occidentis narratæ sunt, uidelicet in Italia, Gallia ac Hispania, ac etiam Africa. Nunc quæ res in Oriente gestæ sint, describuntur: & ut Cæsar bis malè apud Dyrrhachium pugnauerit: Pompeius uerò in Thessalia apud Pharsalum urbem una ingenti pugna uictus, in Aegyptum fugerit, atq; ibi iussu Ptolemæi regis sit interfectus. Vnde bellum Alexandrinũ ortum, quod libro deinceps quarto prosequitur A. Hircius.

Item prætoribus Tribuniśq; Pleb. 1.

Meminit Sallustius in Catilinario bello de hac lege.

Qui se illi initio ciuilis belli. 2.

Hic uidetur desiderari uerbum aliquod, etiamsi tota sententia ad priora referatur.

Ex quibus sexcentos Gallos Deiotarus adduxerat. 3.

Vide Lucanum lib. V. non ita longè ab initio.

Pastoruḿq; suorum coegerat CCC. 4.

Quidam codices non habent C C C. sed post Gallogræca, habent Tantundem, ut intelligamus etiam D C C C. quanquam quidam codices pro D C C C. habent C C C C.

Dardanos Bessos. 5.

Dardanos legendum Bessośq;

M. Bibulus præpositus cuncta. 6.

Calphurnius intelligitur, qui Cos. fuit cum C. Cæsare ante bellũ Gallicum.

Vt suprà demonstratum est, legionibus VII. 7.

Legionum mentio antè non est habita, quæ quidem nauibus impositæ fuerint, sed militum legionariorum. Quorum quindecim millia duxit. Quæ quàm quadrent cum hoc numero, haud certò pronunciarim.

Sed post discessum Liburnarum ex Illyrico. 8.

Locus est perobscurus, & uidetur tempus describere longè ante aduentum Cæsaris in Græciam, nempe eius æstatis aut autumni, ante hanc hyemem, qua ipse Cæsar in Hispania fuit. Suspicor etiã hîc aliquot uersus desiderari de historia, ut diligenter legenti satis patet.

Hissam à Cæsaris amicitia auertit. 9.

Hissa insula est, & ciuitas è regione Salonarum: eius rursus mentio fiet lib. 4. quando rursus in manus Cæsaris uenit.

Iamq; hyems appropinquabat. 10.

Paulo antè nonis Ianuar. à Brundusio discessum est, hîc appropinquat hyems. Sed necesse est Octauij historiam de priore autumno intelligi, & mutilam à principio esse, ut iam admonuimus.

Militumq; deditione ad Corcyram. 11.

De hac nihil hactenus scripsit, sed neq; in posterioribus.

Vibullius his expositis Corcyræ, non minus. 12.

Paulo antè Pompeius Pyrrhachij dicitur fuisse: ergo hoc suspectum.

Eodem die Oricum proficiscitur. 13.

Ex hoc loco apparet, Pharsaliam, ut ipse antea uocauit, non longè ab Orico distare, quippe qui eo die expositis militib. illuc profectus fuerit.

Ibi Parthinorum habebat. 14.

Horum meminit Plinius libro 3. capite 23. Sunt enim montani in Macedonia.

Hos

Hos sequuntur Bellidenses, Amantini. 15.

Amantinorum & Bellidensium, meminit Plin. lib. 4. cap. 10. tametsi Bullidenses nominat: & Bullidis meminit Ptolemæus, & Amantiæ ad idem littus Orientale maris Hadriatici.

Iisdem temporibus Romæ M. Cælius Rufus. 16.

Digressio est ad res gestas in urbe à duobus Prætoribus, Cælio, qui pro Pompeio erat, & Trebonio, qui pro Cæsare: sed Cælius malum finem accepit.

Vt sexies seni dies sine usuris creditæ, &c. 17.

In alijs libris non adest Seni dies: & planè nullus est hic sensus, si Seni dies legatur. Sin autem tollatur, sensus erit, ut creditæ pecuniæ soluantur sine usuris per sex partes siue solutiones: cuius rei exempla sunt apud Liuium.

Aliam tabularum nouarum. 18.

Hic uidetur aliquis defectus esse. Est enim insignis obscuritas posterioris legis.

Atq; arma Capuæ essent comprehensa. 19.

Et hic locus malè habet, propter uerbum Apparere, quod quò res ferendum sit, non apparet: nisi dicas proditionis oppidi uisa apparere, quod durum est.

Duriusq; quotidie tempus ad transportandum, &c. 20.

Sensus uidetur durior: sed hoc uult dicere, Cæsarianos increbescentes uentos optasse, non remissos.

Vltra Lyssum millia passuum tria. 21.

Lyssus, urbs est, littoralis infra Dyrrachium, ut patet apud Ptolemæum.

Pontones, quod est genus nauium Gallicarum. 22.

Has postea naues onerarias uocat.

His temporibus Scipio detrimentis quibusdam. 23.

Diuertit nunc ad Scipionem Metellum Pompeij socerum: mira autem de eius auaritia scribit.

Et Naupacto relictis, omni Aetolia, &c. 24.

Dubium quomodo relicta præsidia intelligenda, si quidem omni Aetolia potitus est.

Nunciatum est adesse Scipionem cum legione. 25.

Cum legionibus, legendum puto, ut & præcedentia & sequentia indicant.

Qui circum Thessaliam esse consueuerat. 26.

Dubium ad Cottiumne an Cassium referat illud Qui.

Circiter millium passuum sex. 27.

In alijs Codicibus legitur, Circiter millia passuum tria: quod est uero similius.

Deductis oræ maritimæ. 28.

Redit rursus in historiam Cæsaris & Pompeij.

Qui commeatus Biblide atq; Mantinea. 29.

Legendum puto, Bullide atq; Amantia: quòd hæ duæ urbes Cæsarem receperant, ut superius patuit.

Cæsar postquam Pompeium ad Asparagum esse, &c. 30.

Pompeius iam decesserat ultra Asparagum, ut sequentia indicare uidentur.

Interim certior factus P. Sylla. 31.

Hic est in signis defectus historiæ: cæterùm & pugnę quę ab utraque parte multiplex fuit, hic particula cernitur.

Et Cassium cum cohortibus adiungit. 32.

Suspicor cohortium numerum omissum iniuria temporum.

Erat eo loco fossa pedum XV. & uallus, &c. 33.

Vtitur nomine Vallus pro Vallum, nisi corrupti sint loci sequentes. Vallus enim est stipes ipse, & ex multis uallis fit uallum.

Eò signo legionis illato. 34.

Eò aduerbium ad locum est, non adiectiuum ad Signo.

Erat obiectus portis Eritius. 35.

Dubium, Britius sit ne nomen propugnatoris, an propugnaculi. Sed ex sequentibus propugnaculi uidetur.

Cuius

Cuius opera proditum exercitum C. Antonij, &c. 36.

De C. Antonio nulla antea est facta mentio, sed de M. Antonio. Verisimile est in defectu illo superiore id perscriptum fuisse.

Duobus his unius diei prælijs Cæsar, &c. 37.

Alibi ita legitur: Duobus his unius diei prælijs, Cæsaris desiderati sunt milites DCCCCLX. noti equites Romani CCCC. & Tutican⁹ Gallus senatoris filius, & à Placētia C. & à Puteolis C. & à Capua X. sacrati uiri et X. Tribuni militū, et cēturiones XXXII.

Et Heracleam Senticam. 38.

Heracleam Senticam uocat Ptolemæus ad Strymonem fluuium.

Quarum una prima, altera tertia. 39.

Vide ad finem lib. VIII. de bello Gallico, ubi tamen alteram legionem uocat decimamquintam.

Hæc erant millia LV. 40.

Hic planè colligitur legiones fuisse tunc quinq; millium.

Corhortes in acie LXXX. 41.

Vide miseras & semilaceras, ac planè duplo diminutes Cæsaris legiones. Nam LXXX. cohortes efficere debebant millia XL.

Iisdem ferè temporibus Cassius cum classe. 42.

Tres Cassij fuerunt: Lucius, Caius, ac Quintus. Lucius ac Quint⁹ pro Cæsar. erant, Caius pro Pompeio.

P. Sulpitius prætor Vibone ad fretum. 43.

Plin. lib. 3. cap. 5. Hippo quod nunc Vibonem Valentiam appellamus. Hæc ille. Ptolemæus ita quoq; nominat, nō longè à Locris post Brutios in Italia.

Erat edictum Pompeij nomine Amphipoli propositum. 44.

Amphipolis, oppidum est non longè à Strymone amne, qui Macedoniam à Thracis diuidit, de qua loquitur. Sed constat Pompeium non præstō fuisse.

Arcem Antiochiam captam esse. 45.

Dubia est hic lectio, arcémne Antiochenam, an arcem Antiochiæ legere uelimus.

ANNOT. HENR. GLAR. IN LIB. III. FINIS.

A. HIRCII AVT OPPII COMMENTARIORVM DE BELLO ALEXANdrino, Liber IIII.



Bello Alexandrino cõflato, Cæſar Rhodo, atq; ex Syria, Ciliciaq; omnẽ claſſẽ accerſit: ex Creta ſagittarios, equites ab rege Nabatheorũ Malcò euocat: torméta undiq; cõquiri, & frumentum mitti, auxiliaq; adduci iubet. Interim munitiones quotidie operib. augentur, atq; oppidi partes, quæ minus firmæ eſſe uiderẽtur, teſtudinib. atq; muſculis aptãtur. ex ædificijs aũt per foramina in proxima ædificia arietes immittuntur: quãtũq; aut ruinis deijcitur, aut per uim recipitur loci, in tantum munitiones proferuntur: nam incendio ferè tuta eſt Alexandria, quòd ſine cõtignatione ac materia ſunt ædificia, & ſtructuris atq; fornicibus continentur, tectaq; ſunt rudere, aut pauimentis. Cæſar ſtudebat maximè, ut quã angustiſſimam partem oppidi palus à meridie interiecta efficiebat, hãc operib. uineisq; agẽdis à reliqua parte urbis excluderet: illud ſpectans, primùm, ut quũ eſſet in duas parteis urbs diuiſa, acies uno cõſilio atq; ĩperio adminiſtraretur: deinde ut laborantib. ſuccurri, atq; ex altera oppidi parte auxiliũ ferri poſſet: in primis uerò, ut aqua pabuloq; abũdaret, quarũ alterius rei copiã exiguã, alterius nullã omnino facultatẽ habebat: quod utrunq; palus largè præbere poterat. Neq; uerò Alexandrinis

drinis in gerendis negocijs cunctatio ulla aut mora infere
batur. Nam in omnes parteis, per quas fines Aegypti, re-
gnumq́; pertinet, legatos cõquisitoresq́; delectus habendi
causa miserant, magnumq́; numerũ in oppidum telorum
atq; tormentorum* miserant, & innumerabilem multitu
dinem adduxerant. Nec minus in urbe maximæ armorũ
erãt institutæ officinæ. Seruos præterea puberes armaue
rant, quibus domini locupletiores uictum quotidianũ sti-
pendiũq́; præbebãt. Hac multitudine disposita,* munitio-
nes semotarũ partiũ tuebãtur. Veteranas cohortes uacuas
in celeberrimis urbis locis habebãt, ut quacunq; regione
pugnaretur, integris uiribus ad auxiliũ ferendũ* opportu
ni essent. Omnib. uijs atq; angiportis triplicẽ uallũ obdu
xerãt. Erat aũt quadrato extructus saxo, nec minus qua-
draginta pedes altitudinis habebat: quæq́; partes urbis in-
feriores erãt, has altißimis turribus denorũ tabulatorum
munierãt. Præterea ambulatorias totidẽ tabulatorũ cõfi
xerãt, subiectisq́; eas rotis, funibus iumentisq́; obiectis, di
rectis* plateis in quancunq; erat* uisum partem mouebãt.
Vrbs fertilißima & copiosißima, omnium rerum appara
tus suggerebat. Ipsi homines ingeniosißimi atq; acutißi-
mi, quæ à nobis fieri uiderãt, ea solertia efficiebant, ut no
stri illorũ opera imitari uiderentur, & sua sponte multa
reperiebãt: unoq́; tempore & nostras munitiones infesta
bant, & suas defendebant. atq; hoc principes in concilijs
concionibusq́; agitabant, populum Ro. paulatim in con-
suetudinẽ eius regni uenire occupandi: paucis annis an-
tea Gabinium cum exercitu fuisse in Aegypto: Pompe-
ium se ex fuga eôdem recepisse, ac Cæsarem uenisse cum
copijs: neq; morte Pompeij quicquam profectum, quo
minus

conuexe
rant.

loca.

al. oppo
ni possẽt

al. plutea
is.
al. usus.

minus Cæsar apud se cõmoraretur: quem si non expulissent, futuram ex regno prouinciam: idq; agẽdum maturè. Namq; eum intercluſum tempeſtatibus propter anni tempus recipere tranſmarina auxilia nõ poſſe. Interim diſſenſione orta inter Achillã, qui ueterano exercitui præerat, & Arſinoen regis Ptolemæi minorẽ filiam, ut ſuprà demonſtratum eſt, cum uterq; utriq; inſidiaretur, & ſummã imperij ipſe obtinere uellet, præoccupat Arſinoe per Ganymedem eunuchum nutritiũ ſuum, atq; Achillam interfecit. Hoc occiſo, ipſa ſine ullo ſocio & cuſtode omne imperium obtinebat: exercitus Ganymedi traditur. Is ſuſcepto officio, largitionẽ in milites auget: reliqua pari diligẽtia adminiſtrat. Alexandria eſt ferè tota ſuffoſſa, ſpecuſq; habet ad Nilum pertinentes, quibus aqua in priuatas domos inducitur, quæ paulatim ſpacio tẽporis liqueſcit, ac ſubſidet, hac uti domini ædificiorum, atq; eorum familiæ conſueuerunt. Nã quæ flumine Nilo fertur, adeò eſt limoſa atq; turbida, ut multos uarioſq; morbos efficiat: ſed ea plebs ac multitudo contenta eſt neceſſariò, quòd fons urbe tota nullus eſt: hoc tamen flumen in ea parte urbis erat, quæ ab Alexandrinis tenebatur. Quo facto eſt admonitus Ganymedes, poſſe noſtros aqua intercludi, qui diſtributi munitionum tuendarum cauſa, uicatim ex priuatis ædificijs, ſpecubus & puteis extracta aqua utebãtur. Hoc probato cõſilio, magnum ac difficile opus aggreditur. Interceptis enim ſpecubus, atq; omnibus urbis partib. excluſis, quæ ab ipſo tenebatur, aquæ magnam uim ex mariotis ac machinationibus exprimere contendit. Hanc locis ſuperioribus fundere in partẽ Cæſaris nõ intermittebat. Quamobrem ſalſior paulò præter conſuetudinem aqua

trahe-

trahebatur ex proximis ædificijs, magnamq; hominibus admirationẽ præbebat, quam ob causam id accidisset: nec satis sibi ipsi credebant, quũ se inferiores eiusdem generis ac saporis aqua dicerent uti, atq; antè cõsuessent: uulgoq; inter se conferebant, & degustando, quantum inter se differrent aquæ, cognoscebant. Paruo uerò temporis spacio hæc propior bibi non poterat omnino, illa inferior corruptior iam falsiorq; reperiebatur: quo facta, dubitatione sublata, tantus incessit timor, ut ad extremum casum omnes deducti uiderentur: atq; alij morari Cæsarem dicerent, quin naues conscendere iuberet: alij multo grauius extimescerent casum, quòd neq; celari* Alexandrinis possent in apparanda fuga, quum hi tam prauo spacio distarent ab ipsis: neq; illis imminentibus atq; insequentib. ullus in naues receptus daretur. Erat autem magna multitudo oppidanorum in parte Cæsaris, quã domicilij ipsorũ non mouerat, quòd ea se fidelem palàm nostris esse simulabat, & desciuisse à suis uidebatur: * ut mihi defendendi esset Alexãdrini, quòd neq; fallaces essent, neq; temerarij, multaq; oratio frustra absumeretur. Cum uerò uno tẽpore & natio eorũ & natura cognoscatur, aptißimũ esse hoc genus ad proditionem, nemo dubitare potest. Cæsar suorũ timorẽ cõsolatione & ratione minuebat. Nã puteis fossisq; aquã dulcẽ posse reperiri affirmabat: omnia enim littora naturaliter aquæ dulcis uenas habere: quòd si alia esset littoris Aegyptij natura, atq; omnium reliquorum, tamen quoniam mare liberè tenerent, neq; hostes classem haberent, prohiberi sese non posse, quò minus quotidie aquam nauibus peterent, uel à sinistra parte à Parætonio, uel à dextra ab insula: quæ diuersæ nauigationes nunquã

Alexandrinos.

uno

uno tempore aduersis uentis præcluderentur. Fugæ uerò nullum esse consilium, nõ solùm ijs qui primã dignitatem haberent, sed ne ijs quidem qui nihil præterquam de uita cogitarent. Magno negocio impetus hostium aduersos ex munitionibus sustineri: quibus relictis, nec loco nec numero pares esse posse. Magnam autem moram & difficultatem ascensum in naues habere, præsertim ex scaphis. Sũmam esse contrà in Alexandrinis uelocitatem, locorumq; & ædificiorũ notitiã. Hos præcipuè in uictoria insolentes, præcursuros, & loca excelsiora atq; ædificia occupaturos: ita fuga nauibusq; nostros prohibituros. Proinde eius cõsilij obliuiscerentur, atq; omni ratione esse uincendum cogitarent. Hac oratione apud suos habita, atq; omniũ mentibus excitatis, dat Centurionibus negociũ, ut reliquis operibus intermißis, ad fodiendos puteos animum conferant, neue quam partem nocturni temporis intermittant. Quo suscepto negocio, atq; omnium animis ad laborẽ incitatis, magna una nocte uis aquæ dulcis inuenta est. Ita operosis Alexandrinorũ machinationib. maximisq; conatibus, nõ longi temporis labore occursum est. Eo biduo legio trigesimaseptima ex dedititijs Põpeianis militibus, cũ frumento, armis, telis, tormentis, impositis in naues à Domitio Caluisio, ad littora Africæ paulò supra Alexandriam delata est. Hæ naues Euro, qui multos dies continenter flabat, portũ capere prohibebantur. Sed loca sunt egregia omni illa regione ad tenendas anchoras. Hi cùm diu retinerẽtur, atq; aquæ inopia premerẽtur, nauigio actuario Cæsarem faciunt certiorẽ. Cæsar, ut per se consilium caperet quid faciendum uideretur, nauim conscendit, atq; omnẽ classem se sequi iußit, nullis nostris militibus

litibus impositis, quòd cùm lõgius paulò discederet, munitiones* nudare nolebat. Cumq; ad eum locũ accessisset qui appellatur Cherrhonesus, aquandiq; causa remiges in terram exposuissent, nonnulli ex numero, cùm lõgius à nauibus prædatum processissent, ab equitibus hostiũ sunt excepti: ex ijs cognouerũt, Cæsarem ipsum in classe uenisse, nec ullos milites in nauibus habere. Quare cognita, magnã sibi facultatem fortunã obtulisse bene gerẽdæ rei crediderunt. Itaq; naues omneis quas paratas habuerant ad nauigandum, propugnatoribus instruxerũt, Cæsariq; redeunti cum classe occurrerunt: qui duabus de causis eo die dimicare nolebat, quòd & nullos milites in nauibus habebat, & post horam decimam diei res agebatur: nox aũt allatura uidebatur maiorem fiduciam illis qui locorum notitia confidebãt: sibi etiã hortandi suos auxilium defuturũ, quòd nulla satis idonea esset hortatio, quæ neq; uirtutẽ posset notare, neq; inertiam. Quibus de causis naues quas potuit Cæsar ad terram detraxit, quem in locũ illos successuros non existimabat. Erat una nauis Rhodia in dextro Cæsaris cornu longè ab reliquis collocata: hãc cõspicati hostes, nõ tenuerunt seſe, magnoq; impetu quatuor ad eam constratæ naues & complures apertæ contenderunt: cui coactus est Cæsar ferre subsidium, ne turpiter in conspectu cotumeliam acciperet: quanquã, si quid grauis accidisset, meritò casurum iudicabat. Prælium commissum est magna contentione Rhodiorum: qui quum in omnibus dimicationibus & scientia & uirtute præstitissent, tum maximè illo tempore totũ onus sustinere non recusabant, ne quod suorum culpa detrimentũ acceptũ uideretur. Ita prælium secundissimum est factũ: capta est una

nudari nolebat.

hostium

hostium quadriremis, depressa est altera: deinde omnes epibatis nudatæ: magna præterea multitudo in reliquis nauibus propugnatorum est interfecta Quod nisi nox prælium diremisset, tota classe hostiũ Cæsar potitus esset. Hac calamitate perterritis hostibus, aduerso uẽto leniter flãte, naues onerarias Cæsar remulco uictricibus suis Alexandriam deducit. Eo detrimẽto adeò sunt fracti Alexandrini, cùm nõ iam uirtute propugnatorũ, sed scientia classiariorum se uictos uiderẽt, quibus & superioribus locis subleuabantur, ut uix ædificijs defendi possent, & materiam cunctã obijcerent, quòd nostræ classis oppugnationem etiam ad terrã uerebantur. Idem postea quam Ganymedes in cõcilio cofirmauit, sese & eas quæ essent amissæ restituturũ, & numerum adaucturũ, magna spe & fiducia ueteres reficere naues, accuratiusq; huic rei studere atq; inseruire instituerũt: ac tametsi amplius centũ decem nauibus longis in portu naualibusq; amiserant, non tamẽ reparandæ classis cogitationem deposuerunt. Videbant enim non auxilia Cæsaris, non cõmeatus supportari posse, si classe ipsi ualerent. Præterea nautici homines & urbis & regionis maritimæ, quotidianoq; usu à pueris exercitati, ad naturalem ac domesticũ usum refugere cupiebant, & quantũ paruulis nauigijs profecissent, sentiebant. Itaq; omni studio ad parandã classem incubuerunt. Erant omnibus ostijs Nili custodiæ, exigẽdi portorij cau-

regionis sa dispositæ. Naues ueteres erãt in occultis* Regiæ naua libus, quibus multis annis ad nauigandum non erant usi. has reficiebant, illas Alexandriam reuocabant. Deerant remi: porticus, gymnasia, ædficia publica detegebant: asseres remorum usum obtinebãt: aliud naturalis solertia,

aliud

aliud urbis copia subministrabat. Postremò non longam nauigationem parabant, sed præsentis temporis necessitati seruiebant, & in ipso portu cõfligendũ uidebãt. Itaque paucis diebus contra omniũ opinionem quadriremes uigintiduas, quinqueremes quinq; consecerunt: ad has minores apertasq; complures adiecerunt: & in portu periclitati remigio quid quæq; earum efficere posset, idoneos milites imposuerunt, seq; ad cõfligendum omnibus rebus parauerunt. Cæsar Rhodias naues IX. habebat, (nam X. missis, una in cursu littore Aegyptio defecerat) Ponticas VIII. Licias V. ex Asia XII. Ex his * quinqueremes V. erant, & quadriremes X. reliquæ infra hanc magnitudinem, & pleræq; apertæ: tamen uirtute militum confisus, cognitis hostium copijs, se ad dimicandum parabat. Post quam eò uentum est, ut sibi uterq; eorum confideret, Cæsar Pharum classe circumuehitur, aduersasq; naues hostibus constituit. In dextro cornu Rhodias collocat, in sinistro Põticas. Inter has spaciũ quadringentorũ passuũ relinquit, quod satis esse ad explicandas naues uidebatur. Post hunc ordinem reliquas naues subsidio distribuit: quæ quamq; earum sequatur, & cui subueniat, constituit, atq; imperat. Non dubitanter Alexandrini classem producunt atque instruunt: in fronte collocant XXII. reliquas subsidiarias in secundo ordine constituunt. Magnum præterea numerum minorum nauigiorum & scapharũ producũt, cũ malleolis ignibusq;, si quid ipsa multitudo, & clamor, & flãma nostris terroris afferre possent. Erãt inter duas classes uada transitu angusto, quæ pertinent ad regionem Africæ: sic enim prædicant, partẽ esse Alexandriæ dimidiam Africæ. Satisq; diu inter ipsos est expectatum, ab utris

* erãt quinqueremes & quadriremes X. reliquæ

transeundi fieret initiũ: propterea quòd ij qui † intrassent ad explicandã classem, & ad receptũ, si durior accidisset casus, impediti ores fore uidebãtur. Rhodijs nauibus præerat Euphranor, animi magnitudine ac uirtute magis cũ nostris hominibus, quàm cum Græcis comparandus. Hic ob notißimam scientiam atq; animi magnitudinem delectus est ab Rhodijs, qui imperium classis obtineret. Qui ubi Cæsaris animũ aduertit: Videris mihi, inquit, Cæsar uereri, si hæc uada primus nauibus intraueris, ne prius dimicare cogaris quàm reliquam classem possis explicare: nobis rem committe: nos præliũ sustinebimus, neq; tuum iudicium fallemus, dum reliqui subsequantur. Hos quidem diutius in nostro conspectu gloriari, magno nobis & dedecori & dolori est. Cæsar illũ adhortatus, atq; omnibus laudibus prosecutus, dat signum pugnæ. Progressus ultra uadum quatuor Rhodias naues circunsistunt Alexandrini, atq; in eas impetum faciunt. Sustinent illi, atq; arte solertiaq; se explicant: ac tantũ doctrina potuit, ut in dispari numero, nulla trãsuersa hosti obijceretur, * nullius remi detergerentur, sed semper uenientibus aduersæ occurrerent. Interim sunt reliquæ subsecutæ. Tum necessariò discessũ ab arte est, propter angustias loci: atq; omne certamen in uirtute constitit. Neq; uerò Alexandriæ fuit quisquam aut nostrorum aut oppidanorum, qui aut in opere aut in oppugnatione occupatũ animum haberet, quin altißima tecta peteret, atq; ex omni prospectu locũ spectaculo caperet, precibusq; & uotis uictoriam suis ab Dijs immortalibus exposceret. Minimè autem erat par prælij certamen. Nostris enim pulsis, neq; terra neq; mari effugiũ dabatur * uictis, omniaq; uictoribus erãt futura in incerto

certo. Illi, si superassent nauibus, omnia tenerent: si inferiores fuissent, reliquã tamẽ fortunã periclitarentur. Simul illud graue ac miserum uidebatur, perpaucos de summa rerũ ac de salute omnium decertare: quorũ si quis aut animo aut uirtute ceßisset, reliquis etiam esset cadendum, quibus pro se pugnandi facultas non fuisset. Hæc superioribus diebus sæpenumerò Cæsar suis exposuerat, ut hoc maiori animo cõtenderent, quòd omniũ salutem sibi commendatam uiderent. Eadem suum quisq; contubernalem, amicum,* notum prosequens erat obtestatus, ne suã atq; omnium falleret opinionẽ, quorũ iudicio delectus ad pugnam proficisceretur. Itaq; hoc animo est decertatum, ut neq; maritimis nauticisq; solertia atq; ars † præsidiũ ferret, neq; numero nauiũ præstantib. multitudo prodesset, neq; * flexi ad uirtutẽ ex tãta multitudine uiri, uirtuti nostrorũ possent adæquari. † Capitur hoc prælio quinqueremis una cum defensoribus remigibusq;, & deprimũtur tres, nostris incolumib. omnib. Reliquæ propinquã fugã ad oppidũ capiũt, quas* protexerũt ex molibus atq; ædificijs imminentibus, et nostros adire propius prohibuerũt. Hoc ne sibi sæpius accidere posset, omni ratiõe Cæsar cõtẽdendũ existimauit, ut insulã, molemq; ad insulam pertinentem, in suã redigeret potestatẽ. Perfectis enim magna ex parte munitionibus* in oppido, & illã, et urbẽ uno tẽpore tentari posse confidebat. Quo capto consilio, cohortes x. & leuis armaturæ electos, quos idoneos ex equitibus Gallis arbitrabatur, in nauigia minora scaphasq; imponit: alterã insulæ partẽ distinendæ manus causa cũ constratis nauib. aggreditur, præmijs magnis propositis, qui primus insulã cepisset. Ac primò impetũ nostrorũ pariter

notũq;

hostiũ præs.

electi cũ def. suis rrm.

Capiũtur hoc prælio decẽ triremes

protexerunt hostes

et oppidum. &

ſuſtinuerunt. uno enim tempore & ex tectis ædificiorum propugnabant, & littora armati defendebant: quò propter aſperitatẽ loci, non facilis noſtris aditus dabatur: & ſcaphis nauibuſq; longis v. mobiliter & ſcienter anguſtias loci tuebantur. Sed ubi locis primũ cognitis, uadiſq; prætentatis, pauci noſtri in littore conſtiterunt, atq; hos iunt alij ſubſecuti, conſtanterq; in eos qui in littore æquo

conſtiterant, * *inſtiterãt, impetũ fecerunt: omnes Pharitæ terga uerterunt. His pulſis, cuſtodia portus relicta, naues ad littora & uicũ applicauerũt, ſeq; ex nauibus ad tuenda ædificia eiecerunt. Neq; uerò diutius ipſi ex munitione ſe continere potuerũt:* al. quãuis eſſet diſsimile aliorum atq *etſi erat nõ diſsimile, atq; Alexãdriæ, genus ædificiorũ (ut mimora maioribus conferãtur) turresq; edi tæ & coniunctæ, muri locũ obtinebãt: neq; noſtri aut ſcalis, aut cratibus, aut reliquis rebus parati uenerant ad oppugnandum. Sed terror hominib. mentẽ conſiliumq; eripit, et mẽbra debilitat: ut tũc accidit. Nã qui ſe in æquo loco ac plano pares eſſe confidebãt, ijdẽ perterriti fuga ſuorum, & cæde paucorũ, xxx. pedũ altitudine in ædificijs conſiſtere auſi nõ ſunt, ſeq; per molem in mare præcipitauerunt, & DCCC. paſſuum interuallo ad oppidũ enatauerunt. Multi tamẽ ex his capti, interfectiq; ſunt. Sed numerus captiuorum omnino fuit D C. Cæſar præda militibus conceſſa, ædificia diripi iußit, caſtellumq; ad pontem qui propior erat Pharo, cõmuniuit, atq; ibi præſidiũ poſuit. Hunc fuga Pharitæ reliquerãt: fortiorẽ illum, propioremq; oppido Alexandrini tuebantur. Sed eum poſtero die ſimili ratione aggreditur, quòd his obtẽtis duobus, omnem nauigiorũ excurſum, & repentina latrocinia ſublatum iri uidebatur. Iamq; eos qui præſidio eum locum tene-*

tenebant, tormentis è nauibus sagittisq; depulerat, atq; in oppidum redegerat, & cohortium trium instar in terram exposuerat. Non enim plures consistere angustiæ loci patiebantur: reliquæ copiæ in nauibus statione obtinebant: quo facto, imperat pontē aduersus hostem præuallari, & quà exitus nauibus erat, fornice extructo, quo pons sustinebatur, lapidib. oppleri, atq; obstrui: quorū altero opere effecto, ut nulla omnino scapha egredi posset: altero instituto, omnes Alexandrinorum copiæ ex oppido se eiecêre, & contra munitiones pontis latiore loco constiterunt: eodemq; tēpore, quæ consueuerāt nauigia per pontes ad incendia onerariarum emittere, ad molem constiterunt. Pugnabatur à* nostris ex ponte, ex mole: ab illis ex area quæ erat aduersus pontem, & ex nauibus cōtra molem. In his rebus occupato Cæsare, militesq; hortante, remigum magnus numerus & classiariorū ex longis nauibus nostris in molem se eiecit. Pars eorum studio spectandi ferebatur, pars etiā cupiditate pugnādi. Hi primùm nauigia hostium lapidibus ac fundis à mole repellebant, ac multum proficere multitudine telorum uidebantur. sed postquam ultra eum locum ab latere eorum aperto aussi sunt egredi ex nauibus Alexandrini pauci, ut sine signis certisq; ordinibus* sine ratione prodierant, sic temerè in naues refugere cœperunt. Quorum fuga incitati Alexandrini* ex nauibus egrediebātur, nostrosq; acrius perturbatos insequebantur. Simul qui in nauibus longis remanserant, scalas rapere, nauesq; à terra repellere properabant, ne hostes nauibus potirentur. Quibus omnib. rebus perturbati milites nostri cohortium trium, quæ in ponte ac prima mole constiterant, cùm post se clamorē exaudi-

nobis

sine ex plures

rent, fugam suorum uiderẽt, magnã uim telorum aduersi sustinerẽt, ueriti ne ab tergo circunuenirẽtur, & discessu nauium omnimo reditu intercluderentur, munitionem in pontem institutam reliquerunt, & magno cursu incitati ad naues contenderunt. Quorũ pars proximas nacta naues multitudine hominũ atq; onere depressa est: pars resistens & dubitans quid esset capiendum consilij, ab Alexandrinis interfecta est: nonnulli fœliciore exitu expeditas ad anchoras naues consecuti, incolumes discesserunt. Pauci alleuati scutis, & animo ad conandũ nixi, ad proxima nauigia adnatarunt. Cæsar quoad potuit cohortando suos ad pontem & munitiones contendere, eodem in periculo † uersatus est: postquã uniuersos cedere animaduertit, in suum nauigiũ se recepit: quo multitudo hominũ insecuta cùm irrumperet, neq; administrandi neq; repellendi à terrã facultas daretur, fore quod accidit, suspicatus, sese ex nauigio eiecit, atq; ad eas quæ lõgius constiterant naues, adnatauit. Hinc suis laborantibus subsidio scaphas mittens, nonnullos conseruauit: nauigium quidẽ eius multitudine depressum militum, unà cum hominibus interijt. Hoc prælio desiderati sunt ex numero legionariorũ militum circiter cccc. & paulò post eum numerum classiarij, & remiges. Alexandrini eo loco castellum magnis munitionibus, multisq; tormentis confirmauerunt, atq; egestis ex mari lapidibus, liberè sunt usi postea ad mittenda nauigia. Hoc detrimento milites nostri tantum abfuerũt ut perturbarentur, ut incensi potius atq; incitati magnas accessiones fecerint: † in operibus hostium expugnãdis, in prælijs quotidianis, quandocũq; sors obtulerat, procurrẽtibus & † erumpentibus Alexandrinis manum

persat⁹, posiq.

Πλοίαριόν τι δὲ πανταχόθεν τῶν ἀλλων ὁρμούντων, ἐπιπλέοντες ἐβάλλοντο ἀπὸ τῶν ἀφράκτων, ἐπεὶ ἐγγὺς αὐτὸν εἰς βαλεῖν ἀπέτυχεν. τὸ πλοῖον δὲ κατέδυ.

Tranquillus Scripsam norat.

nam in erumpẽ. studijs militũ.

manum comprehendi multũ operibus, & ardentibus studijs militum. Nec diuulgata Cæsaris hortatio subsequi legionum aut laborem, aut pugnandi poterat cupiditatem: ut magis deterrendi & continendi à periculosissimis essent dimicationibus, quàm incitandi ad pugnandum. Alexandrini cùm Romanos & secundis rebus confirmari, et aduersis incitari uiderent, neq; ullum belli tertium casum nossent, quo possent esse firmiores, ut coniectura consequi possumus, aut admoniti à Regis amicis, qui in Cæsaris erãt præsidijs, aut suopte consilio per occultos nũcios Regis probato, legatos ad Cæsarem miserunt, ut dimitteret Regem, transireq; ad suos pateretur. Paratã enim omnem multitudinẽ esse, confectam tædio puellæ, fiduciario regno, dominatione crudelissima Ganymedis, facere id quod Rex imperasset. Quo si autore in Cæsaris fidem amicitiamq; uenturi essent, nullius periculi timorem multitudini fore impedimento, quò minus se dederent. Cæsar, etsi fallacem gentem, semperq; alia cogitantem, alia simulantem, bene cognitã habebat, tamẽn petentibus dare uenią utile esse statuit. Quòd si quo † pacto sentirẽt ea quæ facto postularẽt, mansurum in fide dimissum Regem credebat. Sin (id quod magis illorum naturæ cõueniebat) ducem ad bellum gerendum Regem habere uellent, splendidius atq; honestius sese contra Regem, quàm contra conuenarum ac fugitiuorum manũ, bellum esse gesturum. Itaq; Regem cohortatus ut cõsuleret regno paterno, parceret præclarissimæ patriæ, quæ turpissimis incẽdijs et ruinis esset deformata, ciues suos primũ ad sanitatem reuocaret, deinde conseruaret, fidem populo Rom. sibiq; præstaret, quum ipse tantũ ei crederet, ut ad hostes armatos eum mitteret,

dexteram dexteram tenens, dimittere cœpit adulta iam ætate puerum. At regis animus disciplinis fallacissimis eruditus, ne à gentis suæ moribus degeneraret, flens orare contrà Cæsarẽ cœpit, ne se dimitteret: nõ enim regnum ipsum sibi conspectu Cæsaris esse iucundius. Compressis pueri lachrymis, Cæsar ipse commotus, celeriter, si illa sentiret, sore eum secum affirmans, ad suos dimisit. Ille, ut ex carceribus in liberum cursum emissus, adeò contra Cæsarem acriter bellum gerere cœpit, ut lachrymas quas in colloquio proiecerat, gaudio uideretur profudisse. Accidisse hoc cõplures Cæsaris legati, amici, centuriones, militesq; lætabantur, quòd nimia bonitas eius fallacijs pueri elusa esset: quasi uerò id Cæsar bonitate tãtùm adductus, & nõ prudentissimo consilio feciſſet. Cùm duce assumpto Alexandrini nihilo se firmiores factos, aut languidiores Romanos animaduerterent: eludentibusq; militibus regis ætatem atq; infirmitatem, magnum dolorem acciperent, neq; se quicquam proficere uiderent: rumoresq; existerent, magna Cæsari præsidia terrestri itinere Syria Ciliciaq; adduci (quod nondũ Cæsari auditũ erat) interea cõmeatũ qui nostris mari supportabatur, intercipere statuerũt. Itaq; expeditis nauigijs, locis idoneis ad Canopum in statione dispositis nauibus, insidiabantur nostris commeatibus. Quod ubi Cæsari nunciatũ est, classem iubet expediri atq; instrui. Præficit huic Tiberium Neronẽ: proficiscũtur in ea classe Rhodiæ naues, atq; in his Euphranor, sine quo nulla unquam dimicatio maritima parum etiam feliciter confecta erat. At fortuna, quæ plerunq; eos quos plurimis beneficijs ornauit, ad duriorem casum reseruat, superiorum temporum dissimilis, Euphranorẽ persequebatur.

batur. Nam cùm ad Canopum uentum esset, instructaq; utrinq; classis cõflixisset, & sua cõsuetudine Euphranor primus prælium commisisset, & illic triremem hostium perforasset ac demersisset, proximã longius insecutus, parum celeriter insequentibus reliquis circumuẽtus ab Alexandrinis est: cui subsidiũ nemo tulit, siue quòd in ipso satis præsidij pro uirtute ac felicitate eius putarent esse, siue quòd ipsi * sibi timebant. Itaq; unus ex omnibus eo prælio bene rem gessit, solus cum sua quadriremi uictrice perijt. Sub idem sẽpus Mithridates Pergamenus magnæ nobilitatis domi, sciẽtiaq; in bello, et uirtutis, fidei, dignitatisq; in amicitia Cæsaris, missus in Syriã Ciliciamq; initio belli Alexandrini ad auxilia accersenda, magnas copias (quas celeriter & propensissima ciuitatũ uoluntate, & sua diligentia confecerat) itinere pedestri, quo cõiungitur Aegyptus Syriæ, Pelusiũ adduxit: idq; oppidũ, firmo præsidio occupatũ ab Achilla propter opportunitatẽ loci (nanq; tota Aegyptus maritimo accessu Pharo, pedestri Pelusio, uelut claustris munita existimatur) repẽtè magnis circundatũ copijs, multiplici præsidio pertinaciter propugnantib. et copiarũ magnitudine, quas integras uulneratis defessisq; subijciebat, et perseuerãtia cõstantiaq; oppugnandi, quo die est aggressus, in suã redegit potestatem. præsidiumq; ibi suũ collocauit: inde re bene gesta, Alexandriã ad Cæsarem cõtendit, omnesq; eas regiones per quas iter faciebat, autoritate ea quæ plerunq; adest uictori, * placârat, atq; in amicitiam Cæsaris redegerat. Locus est ferè regionũ illarũ nobilissimus, nõ itã longè ab Alexandria, qui nominatur Delta: quod nomẽ à similitudine literæ cepit. Nã pars quædã fluminis Nili mirè deriuata inter se duo-

fe tutabã tur.

al. placã rat.

bus itineribus paulatim mediũ inter se ſpaciũ relinquens, diuerſiſſimo ad littus interuallo à mari cõiungitur. Cui loco cùm appropinquare Mithridatẽ Rex cognouiſſet, & tranſeundũ ei flumẽ ſciret, magnas aduerſus eũ copias miſit, quibus uel ſuperari delericq; Mithridatem, uel ſine dubio retineri poſſe credebat. quemadmodũ autem optabat eum uinci, ſic ſatis habebat intercluſum à Cæſare à ſe retineri. Quæ primæ copiæ flumen à Delta tranſire, & Mithridati occurrere potuerunt, prælium cõmiſerunt, feſtinantes præripere ſubſequẽtibus uictoriæ ſocietatẽ. Quorum impetum Mithridates magna cum prudentia, cõſuetudine noſtra caſtris uallatis, ſuſtinuit. Cùm uerò incautè atq; inſolenter ſuccedere eos munitionib. uideret, eruptione undiq; facta, magnũ numerum eorũ interfecit. Quòd niſi locorũ notitia reliqui ſe texiſſent, partimq; in naues quibus flumen tranſierant, recepiſſent, funditùs deleti eſſent. Qui ut paululum ab illo timore ſe recrearunt, adiumẽtis ijs qui ſubſequebantur, rurſus Mithridatẽ oppugnare cœperunt. Mittitur à Mithridate nuntius Cæſari, qui rem geſtã perferret: cognoſcit ex ſuis eadẽ hæc accidiſſe Rex. Ita penè ſub idem tempus & Rex ad opprimendũ Mithridatem proficiſcitur, et Cæſar ad recipiendũ. Celeriore fluminis Nili nauigatione Rex eſt uſus, in qua magnã et paratam claſſem habebat. Cæſar eodem itinere uti noluit, ne nauibus in flumine dimicaret: ſed circumuectus eo mari quod Africæ partis eſſe dicitur, ſicuti ſuprà demonſtrauimus, prius tamẽ Regis copijs occurrit, quàm is Mithridatem aggredi poſſet, eumq; ad ſe uictorẽ incolumi exercitu recepit. Cõfederat cũ copijs Rex loco natura munito, quòd erat ipſe excelſior, planicie ex omnibus partibus

ſub-

subiecta. Tribus aũt ex lateribus uarijs genere munitionibus tegebatur. Vnum latus erat adiectũ flumini Nilo: alterum editißimo loco ductũ, ut partẽ castrorum obtineret: tertiũ palude cingebatur. Inter castra Regis, & Cæsaris iter, flumen intercedebat angustũ, altißimis ripis, quod in Nilum influebat: aberat aũt ab Regis castris millia passuũ circiter VII. Rex cũ hoc itinere uenire Cæsarẽ cõperisset, equitatũ omnẽ, expeditosq; delectos pedites ad id flumen misit, qui trãsitu Cæsarem prohiberẽt, & eminus ex ripis prælium impar inirẽt. Nullum enim processum uirtus habebat, aut periculũ ignauia subibat. Quæ res incendit dolore milites equitesq; nostros, quòd tãdiu pari prælio cũ Alexandrinis † certaretur. Itaq; eodẽ tẽpore equites Germani dispersi, uada fluminis quærẽtes, partim demissiorib. ripis flumẽ tranarũt: et legionarij magnis arboribus excisis, quæ longitudine utranq; ripã cõtingerẽt, proiectis, repentinoq; aggere iniecto, flumẽ transierũt. quorum impetũ adeò pertimuerunt hostes, ut in fuga spẽ salutis collocarẽt: sed id frustra. nãq; ex ea fuga pauci ad Regẽ refugerunt, penè omni reliqua multitudine interfecta. Cæsar re præclarißimè gesta, cùm subitum aduentum suũ iudicaret mãgnum terrorẽ Alexandrinis iniecturum, protinus uictor ad regis castra pertendit. Hæc cũ & opere magno uallata, et loci natura munita † aduerteret, confertãq; armatorum multitudinẽ collocatam in uallo uideret, lassos itinere ac præliando milites ad oppugnanda castra succedere noluit. Itaq; nõ magno interuallo relicto ab hoste, castra posuit. Postero die castellum quod Rex in proximo uico non longè à suis castris muniuerat, brachijsq; cum opere castrorum coniunxerat, uici obtinenri causa

certarẽt.

animad uerterẽt.

Cæsar

Cæsar aggressus omnibus copijs, expugnat: non quòd id minori numero militũ consequi difficile factu putaret, sed ut ab ea victoria perterritis Alexandrinis, protinus castra regis oppugnaret. Itaq; eo cursu quo refugientes Alexandrinos ex castello in castra sunt milites insecuti, munitionibus successerunt, acerrimeq; eminus præliari cœperunt. Duabus ex partibus aditus oppugnationis nostris dabatur: una, qua liberũ accessum haberi demonstrauit: altera, quæ mediocre interuallũ inter castra & flumen Nilum habebat. Maxima & electißima Alexandrinorũ multitudo defendebat eam partem, quæ facillimũ aditum habebat. Plurimum autem proficiebant hostes in repellendis uulnerandisq; nostris, qui in regione fluminis Nili propugnabant: diuersis enim telis nostri figebantur, aduersi ex uallo castrorum, auersiq; ex flumine, in quo multæ naues instructæ funditoribus & sagittarijs nostros impugnabant. Cæsar cùm uideret milites acrius præliari non posse, nec tamen multum proficì propter locorum difficultatem, cumq; animaduerteret excelsißimum locum castrorum relictũ esse ab Alexandrinis, quòd & per se munitus esset, & studio partim pugnandi, partim spectandi decurrissent in eum locũ, in quo pugnabatur: cohortes illo circuire castra, & summum locũ aggredi iußit: hisq; Carsulenum præfecit, & animi magnitudine, & rei militaris scientia uirum præstantẽ. Quò ut uentũ est, paucis defendentibus munitionem, nostris contrà militibus acerrimè pugnantibus, diuerso clamore & prælio perterriti Alexandrini, trepidantes in omneis * partes discurrere cœperunt. Quorum perturbatione nostrorum animi adeò sunt incitati, ut penè eodem tẽpore ex omnibus partibus, primi

* partes castrorum

mi tamen editißimum locum caſtrorum caperent: ex quo decurrentes, magnã multitudinem hoſtium interfecerunt: quod periculũ plerique Alexandrini fugientes, aceruatim ſe de uallo præcipitauerunt in eam partẽ quæ flumini erat adiuncta. horũ primis in ipſa foſſa munitionis magna * ui oppreßis, cæteri faciliorem fugam habuerunt. Conſtat fugiſſe ex caſtris regem ipſum, receptumq; in nauẽ, et multitudine eorũ qui ad proximas naues adnatabant, demerſo nauigio periſſe. Re felicißimè celerrimeq; geſta, Cæſar magnæ uictoriæ fiducia proximo terreſtri itinere Alexandriam cum equitibus contendit, atq; * eam partem oppidi uictor introiſt, quæ præſidio hoſtium tenebatur. neq; eum conſilium ſuum fefellit, quin hoſtes eo prælio audito, nihil iam de bello eſſent cogitaturi. Dignum aduenies fructum uirtutis & animi magnitudinis tulit. Omnis enim multitudo oppidanorum, armis proiectis, munitionibusq; ſuis relictis, ueſte ea ſumpta, qua ſupplices dominantes deprecari conſueuerunt ſacrisq; omnibus prolatis, quorũ religione precari offenſos iratosq; animos regum erant ſoliti, aduenienti Cæſari occurrerunt, ſeq; ei dediderunt. Cæſar in fidem receptos conſolatus, per hoſtium munitiones in ſuam partẽ oppidi magna gratulatione uenit ſuorum, qui nõ tantùm bellum ipſum ac dimicationem, ſed etiam talem aduentum eius felicem fuiſſe lætabantur. Cæſar Aegypto atq; Alexandria potitus, reges cõſtituit, quos Ptolemæus teſtamento ſcripſerat, atq; obteſtatus erat pop. Rom. ne mutarentur. Nam maiore ex duobus pueris * rege amiſſo, minori tradidit regnũ, maioriq; ex duabus * filiæ Cleopatræ, quæ manſerat in fide, præſidijsq; eius minorem Arſinoen, cuius nomine diu regnaſſe impotenter

ruina

ea parte

à regno pulſo, minori filijs

Gany-

Ganymedem docuimus, deducere ex regno statuit, ne quà rursus noua dissensio, prius quàm diuturnitate confirmaretur Regis imperiũ, per homines seditiosos nasceretur. Legione ueterana sexta secum deducta, cæteras ibi relinquit, quò firmius esset eorũ Regũ imperiũ: qui neq; amorem suorum habere poterãt, quòd fideliter permanserant in Cæsaris amicitia: neq;* uetustatis autoritatẽ, paucis diebus Reges cõstituti. Simul ad imperij nostri dignitatẽ, utilitatemq; publicã pertinere existimabat, si permanerent in fide Reges, præsidijs eos nostris esse tutos: & hos, si essent ingrati, posse ijsdẽ præsidijs coërceri. Sic rebus omnibus confectis & collocatis, ipse itinere terrestri profectus est in Syriam. Dum hæc in Aegypto geruntur, rex Deiotarus ad Domitium Caluisium, cui Cæsar Asiam finitimasq; prouincias administrandas tradiderat, uenit oratum, ne Armeniam minorem regnum suum, néue Cappadociam regnum Ariobarzanis, poßideri uastariq; pateretur à Pharnace: quo malo nisi liberarẽtur, imperata* sibi facere, pecuniãq; promissam Cæsari nõ* posse se persoluere. Domitius nõ tantùm ad explicãdos sumptus rei militaris cùm pecuniã necessariã esse iudicaret, sed etiã turpe pop. Rom. & Cæsari uictori, sibiq; infame esse statueret, regna sociorũ atq; amicorum ab externo Rege occupari, nuncios confestim ad Pharnacem misit, Armentia Cappadociaq; decederet: néue occupatione belli ciuilis, populi Rom. ius* maiestatemq; tentaret. Hanc denuntiationem cum maiorem uim habituram existimaret, si propius eas regiones cum exercitu acceßisset, ad legiones profectus, unã ex tribus XXXVI.* secum ducit, duas in Aegyptum ad Cæsarem mittit, literis eius euocatas: quarum altera

ueteratã

se posse persol.

potestatemq;

ipse secũ

ra in bello Alexandrino non occurrit, quòd itinere terrestri per Syriam erat missa. Adiungit Cn. Domitius legioni XXXVI. duas à Deiotaro, quas ille disciplina atq; armatura nostra cōplures annos constitutas habebat, equitesq; centū: totidemq; ab Ariobarzane sumit. Mittit P. Sextiū ad C. Pletorium quæstorē, ut legionem adduceret, quæ ex tumultuarijs militibus in Ponto cōfecta erat. Quintumq; * Patiscū in Ciliciā ad auxilia accersenda: quæ copiæ celeriter oēs iussu Domitij Comana cōuenerunt. Interim legati à Pharnace responsum referūt, Cappadocia se deceßisse, Armeniā minorē recepisse, quam paterno nomine iure obtinere* iuberet: deniq; eius regni causa integra Cæsari seruaretur: paratum enim se facere quod is statuisset. C. Domitius cùm animaduerteret eum Cappadocia deceßisse, non uoluntate adductum, sed neceßitate, quòd facilius Armeniā defendere posset, subiectā suo regno, quàm Cappadociā longius remotā, quodq; omneis treis legiones adducturum Domitium putasset, ex quibus cùm duas ad Cæsarem missas audisset, audaciusq; in Armenia substitisset: perseuerare cœpit, ut eo quoq; regno decederet. Neq; enim aliud ius esse Cappadociæ, atq; Armēiæ: nec iustè eū postulare, ut in Cæsaris aduentum res integra differretur: id enim esse integrū, quod ita esset ut fuisset. His responsis datis, cū ijs copijs quas suprà scripsi, profectus est in Armeniā, locisq; superiorib. iter facere instituit. Nā ex Pōto à Comanis iugū editū syluestre est, * pertinēs in Armeniā minorē, quo Cappadocia finitur ab Armenia: cuius itineris hæ erāt certæ opportunitates, q; in locis superioribus nullis impetus repētinus accidere hostiū poterat, et quòd Cappadocia his iugis subiecta, magnā cōmeatus copiam

Pacifoiā um

deberet:

ptingens

erat

erat subministratura. Complures interim legationes Pharnaces ad Domitium mittit, quæ de pace agerent, regiáq; munera Domitio ferrent: ea cõstanter omnia aspernabatur, nec sibi quicquam fore antiquius, quàm dignitatẽ populi Ro. & regna sociorum recuperare, legatis respondebat. Magnis & continuis itineribus confectis, cùm aduentaret ad Nicopolim (quod oppidum in Armenia minore positũ est, plano ipsum loco, montibus tamen altis ab duobus lateribus obiectis, satis magno interuallo ab oppido remotis) castra posuit longè à Nicopoli circiter millia passuum septem. Quibus ex castris cùm locus angustus atq; impeditus esset transeundus, Pharnaces in insidijs delectos pedites, omnesq; penè disposuit equites: magnam autem multitudinem pecoris intra eas fauces dissipari iussit, paganosq; & oppidanos in his locis obuersari, ut si amicus Domitius eas angustias transiret, nihil de insidijs suspicaretur, cùm in agris & pecora & homines animaduerteret* uersari, tanquam amicorum aduentu: sin uerò ut in hostiũ fines ueniret, præda diripienda milites dissiparentur, dispersiq; cæderentur. Hæc cùm administraret, nunquam tamen intermittebat legatos de pace atq; amicitia mittere ad Domitium, cùm hoc ipso crederet eum facilius decipi posse. At cõtrà spes pacis Domitio in eisdẽ castris morãdi attulit causam. Ita Pharnaces amissa proximi temporis occasione, ueritus ne cognoscerẽtur insidiæ, suos in castra reuocauit. Domitius postero die propius Nicopolim accessit, castraq; oppido cõtulit: quæ dum muniũt nostri, Pharnaces aciem instruxit suo more atq; instituto. In fronte enim simplici directa acie, cornua trinis firmabantur subsidijs: eadẽ ratione* hæc media collocabãtur acie, duo-

obuersari,

mediæ colloc. acies,

duobus dextra sinistraq; interuallis, simplicibus ordinibus instructis. Perfecit inceptum castrorum opus Domitius, parte copiarum pro uallo instructa. Proxima nocte Pharnaces interceptis tabellarijs, qui de Alexandrinis rebus literas ad Domitium ferebãt, cognoscit Cæsarem magno in periculo uersari, flagitareq; à Domitio, ut quãprimùm sibi subsidia mitteret, *propiusq; ipse Alexandriam per Syriam accederet. Qua cognita re, Pharnaces uictoriæ loco ducebat, si trahere tempus posset, cùm discedendũ celeriter Domitio putaret. Itaq; ab oppido, quà facillimum accessum & æquissimum ad dimicandum nostris uidebat, fossas duas directas, non ita magno medio interuallo relicto, quatuor pedum altitudinis in eum locũ deduxit, quo longius constituerat suã non producere aciem. Inter has fossas aciem semper instruebat: equitatũ autem ab lateribus omnem extra fossam collocabat, qui neq; aliter utilis esse poterat, & multũ numero anteibat nostrum equitatum. Domitius autem, cùm Cæsaris magis periculo quàm suo commoueretur, neq; se tutò discessurũ arbitraretur, si conditiones quas reiecerat, rursus appeteret, aut sine causa discederet, ex propinquis castris in aciem exercitum eduxit: tricesimam sextam legionem in dextro cornu collocauit, Ponticam in sinistro. Deiotari legiones in mediam aciem contulit, quibus tamen angustissimum frontis reliquit interuallũ, reliquis cohortibus in *insidijs collocatis. Sic utrinq; acie instructa, processum est ad dimicãdum. Signo sub idem tempus ab utroq; dato concurritur, acriter uarieq; pugnatur. Nam tricesima sexta legio, cùm extra fossam in equitatũ Regis impetum fecisset, adeò secundum prælium fecit, ut mœnibus oppidi succederet, fos-

prius & ipsa

subsidijs

samq; trãsiret, aduersosq; hostes aggrederetur. At Pontica ex altera parte legio cùm paululũ auersa hostibus cessisset, fossam autem circuire acies secundò conata esset, ut aperto latere aggrederetur hostem, in ipso transitu fossæ confixa et oppressa est. Deiotari uerò legiones uix impetum sustinuerunt. Ita uictrices Regis copiæ cornu suo dextro mediaq; acie conuerterunt se ad triceſimam sextam legionem, quæ tamen fortiter uincentiũ impetum sustinuit: magnisq; copijs hostiũ circundata, præsentißimo animo pugnans in orbẽ se recepit ad radices montiũ, quò Pharnaces insequi propter iniquitatem loci noluit. Ita Pontica legione penè tota amissa, magna parte Deiotari militum interfecta, triceſima sexta legio in loca se superiora cõtulit, non amplius ducentis quinquaginta desideratis. Ceciderunt eo prælio splendidi ac illustres uiri nonnulli equites Romani. Quo tamen incommodo Domitius accepto, reliquias exercitus dißipati collegit, itineribusq; tutis per Cappadociam se in Asiam recepit. Pharnaces rebus secũdis elatus, cùm de Cæsare ea quæ optabat speraret, Pontum omnibus copijs occupauit: ibiq; & uictor, & crudelißimus Rex, cùm sibi fortunã paternam feliciore euentu destinaret, multa oppida expugnauit, bona ciuiũ Romanorum Ponticorumq; diripuit. Supplicia constituit in eos qui aliquam formæ atq; ætatis cõmendationẽ habebant, eaq;, quæ morte essent miseriora: Pontumq; nullo defendente, paternum regnum se recepisse gloriãs, obtinebat. Sub idem tempus in Illyrico est incommodum acceptum, quæ prouincia superioribus mensibus retenta non tãtum sine ignominia, sed etiã cum laude erat. Namq; eò missus æstate cũ duabus legionibus Q. Cornificius, Cæsaris quæ-

stor

ſtor pro prætore, quanquã erat Prouincia minimè copioſa ad exercitus alendos, & finitimo bello ac diſſenſionibus uaſtata & confecta: tamen prudentia ac diligẽtia ſua, quòd magnam curam ſuſcipiebat, ne quò temerè progrederetur, & recepit, & defendit. Nanq; & caſtella complura locis editis poſita, quorum opportunitas caſtellanos impellebat ad decurſiones faciendas, & bellũ inferendum, expugnauit, eaq; præda milites donauit. Quæ etſi erat tenuis, tamen in tanta prouinciæ deſperatione erat grata, præſertim uirtute parta. Et cùm Octauius ex fuga Pharſalici prælij magna claſſe in illũ ſe ſinum cõtuliſſet, paucis nauibus * Hiadertimorũ (quorũ ſemper in Remp. ſingulare conſtiterat officium) diſperſis Octauianis nauibus erat potitus: ut uel claſſe dimicare poſſet, adiunctis captiuis nauibus ſociorum. Et cùm diuerſiſſima parte orbis terrarum Cn. Pompeium uictor Cæſar ſequeretur, cõpluresq; aduerſarios in Illyricum propter Macedoniæ propinquitatem ſe, reliquis ex fuga collectis, contuliſſe audiret, literas ad Gabinium mittit, uti cũ legionibus tyronum quæ nuper erãt conſcriptæ, proficiſceretur in Illyricum, coniunctisq; copijs cum Q. Cornificio, ſi quod periculũ Prouinciæ inferretur, depelleret: ſin ea non magnis copijs tuta eſſe poſſet, in Macedoniam legiones adduceret: omnẽ enim illam partem regionemq; uiuo Cn. Pompeio bellum inſtauraturam eſſe credebat. Gabinius, ut in Illyricum uenit, hyberno tẽpore anni, ac difficili, ſiue copioſiorem Prouinciã exiſtimans, ſiue multum fortunæ uictoris Cæſaris tribuens, ſiue uirtute & ſcientia ſua confiſus, qua ſæpe in bellis periclitatus, magnas res & ſecundas duxit: auſuq; ſuo geſſerat, neque Prouinciæ facultatibus

Iaderti-norum,

subleuabatur, quæ partim erat eximanita, partim infidelis: neq; nauibus, intercluso mari tempestatibus, commeatus supportari poterat: magnisq; difficultatibus coactus, nõ ut uolebat, sed ut necesse erat, bellum gerebat. Ita cùm durißimis tempestatibus propter inopiam castella aut oppida expugnare cogeretur, crebra incõmoda accipiebat: adeoq; est à barbaris cõtemptus, ut Salonã se recipiens in oppidum maritimum, quod ciues Rom. fortißimi fideliß. miq; incolebãt, in agmine dimicare sit coactus. Quo prælio duobus millibus militum amplius amißis, Centurionibus XXXVIII. Tribunis IIII. cũ reliquis copijs Salonam se recepit: summaq; ibi difficultate rerũ omnium pressus, paucis mensibus morbo perijt: cuius & infelicitas uiui, et subita mors in magnam spẽ Octauium adduxit Prouinciæ potiundæ: quẽ tamen diutius in rebus secũdis & fortun, quæ plurimùm in bellis potest, diligentiaq; Cornificij, & uirtus Vatinij uersari passa nõ est. Vatinius Brunduſij cũ esset, cognitis rebus quæ gestæ erant in Illyrico, cùm crebris literis Cornificij ad auxiliũ Prouinciæ ferendũ euocaretur, & M. Octauiũ audiret cũ barbaris fœdera percußisse, cõpluribusq; locis nostrorum * militũ oppugnare præsidia, partim classe per se, partim pedestribus copijs per barbaros: etsi graui ualetudine affectus, uix corporis uiribus animum sequebatur, tamen uirtute uicit incõmodum naturæ, difficultatesq; hyemis, & subitæ præparationis. Nam cùm ipse paucas in portu naues longas haberet, literas in Achaiam ad * Q. Calenũ misit, ut sibi classem mitteret: quod cùm tardius fieret, quàm periculũ nostrorum flagitabat, qui sustinere impetum Octauij non poterant, nauibus actuarijs (quarum numerus erat satis magnus,

tyronum & militum

Calenũ uti sibi classem mitt. dee stinauit:

magnus, magnitudine quanquã nõ satis iusta ad prælian-
dũ) rostra imposuit. His adiunctis nauibus longis, & nu-
mero classis aucto, * militibus ueteranis impositis, quorũ militi-
magnã copiã habebat, ex omnibus* legionibus, qui nume busq; legionã
ro ægrorum relicti erãt Brunduſij, cùm exercitus in Græ rijs.
ciã transportaretur, profectus est in Illyricũ: maritimasq;
nonnullas ciuitates, quæ defecerant, Octauioq; se tradide-
rant, partim recipiebat, partim remanẽtes in suo cõsilio,
præteruehebatur: nec sibi ullius rei morã necessitatemq;
iniungebat, quin quàm celerrimè posset, ipsum Octauium
persequeretur. Hunc oppugnantẽ Epidaurum terra ma-
riq;, ubi nostrũ erat præsidiũ, aduẽtu suo discedere ab op-
pugnatione coẽgit, præsidiumq; nostrũ recepit. Octauius
cũ Vatiniũ classem magna ex parte cõfectã ex * nauiculis nauibus
actuarijs habere * cognouisset, cõfisus sua classe subsitit cogno-
ad insulã Tauridẽ: qua regione Vatinius insequẽs nauiga scereț
bat, nõ quòd Octauiũ ibi restitisse sciret, sed quòd eũ lon-
gius progressum insequi decreuerat. Cùm propius Tau-
ridẽ accessisset, distẽsis suis nauibus, quòd & tẽpestas erat
turbulenta, & nulla suspicio hostis, repentè aduersam ad
se uenientẽ nauẽ, antennis ad mediũ malũ demissis, instru-
ctã propugnatorib. animaduertit. Quod ubi conspexit,
celeriter uela subduci, demittiq; antennas iubet, et milites
armari, et uexillo sublato, quo pugnãdi dabat signũ, quæ
primæ naues subsequebãtur, idẽ ut facerent, significabat.
Parabant se Vatiniani repentè oppressi: parati deinceps
Octauiani ex portu procedebãt. Instruitur utrinq; acies,
ordine dispositа magis Octauiana, paratior militũ animis
Vatiniana. Vatinius cũ animaduerteret, neq; nauiũ se mag-
nitudine, neq; numero parẽ esse futuræ dimicationi, for-

tunæ rem cõmittere maluit. Itaq; primus sua quinqueremi in quadriremem ipsius Octauij impetũ fecit: celerrimè fortissimeq; contrà illo remigante: naues aduersæ rostris concurrunt adeò uehementer, ut nauis Octauiana rostro discusso, ligno contineretur. Committitur acriter reliquis locis prælium, concurriturq; ad duces maximè. nam cùm suo quisq; auxiliũ ferret, magnũ cominus in angusto mari prælium factum est: quantoq; cõiunctis magis nauibus cõfligendi potestas dabatur, tanto superiores erant Vatiniani, qui admiranda uirtute ex suis nauibus in hostiũ naues transilire nõ dubitabãt: & * dimicatione æquata, lõge superiores uirtute, rem feliciter gerebant. Deprimitur ipsius Octauij quadriremis: multæ præterea capiuntur, aut rostris perforatæ mergũtur: propugnatores Octauiani partim in nauibus iugulantur, partim in mare præcipitantur: ipse Octauius se in scapham confert: in quã plures cùm confugerent, depressa scapha, uulneratus tamẽ adnatat ad suũ myoparonem. Eò receptus, cùm prælio nox diremeret, tempestate magna uix profugit: sequuntur hunc fuæ naues nonnullæ, quas casus ab illo periculo uindicãrat. At Vatinius, re bene gesta, receptui cecinit: suisq; omnibus incolumibus, in eum se portum uictor recepit, quo ex portu classis Octauiana ad dimicandum processerat. Capit ex eo prælio pẽtiremẽ unã, triremes duas, * dyceretas octo, complures q; remiges Octauianos. Posteroq; ibi die fuit, dum suas captiuasq; naues reficeret: post diem tertium contendit in insulam Issam, quòd eò se recepisse ex fuga credebat Octauiũ. * Erat Mæum nobilissimũ regionum earum oppidum, coniunctissimumq; Octauio: quò ut peruenit, oppidani supplices se Vatinio dediderunt: cõperitq;

dimicatione qdem cõgẽ su.

Erat in ea regione nob.

peritq; ipsum Octauium paruis pauciscq; nauigijs uento secundo regionem Græciæ petisse, inde ut Siciliam, deinde Africam caperet. Ita breui spacio re præclarissimè gesta, Prouincia recepta, & Cornificio reddita, classe aduersariorum ex illo toto sinu expulsa, uictor se Brundusium incolumi exercitu & classe recepit. His autem temporibus, quibus Cæsar ad Dyrrhachium Pompeium obsidebat, & * prælio Pharsalico rẽ fœliciter gerebat, Alexandriæq; cùm periculo magno, tum etiam maiore periculi fama dimicabat, Qu. Cassius Longinus in Hispania pro prætore prouinciæ ulterioris obtinendæ caussa relictus, siue consuetudine naturæ suæ, siue odio quod in illam prouinciam susceperat quæstor, ex insidijs ibi uulneratus, magnas odij sui fecerat accessiones: quod uel ex conscientia sua, cùm de se mutuò sentire prouinciam crederet, uel * initis signis & testimonijs eorũ, qui difficulter odia dissimulabãt, animaduertere poterat, & cõpensare offensionẽ prouinciæ exercitus amore cupiebat. Itaq; quũ primùm in unum locum exercitũ conduxit, sestertia centena militibus est pollicitus: nec multò pòst, cùm in Lusitania Medobregam oppidum, montemq; Herminiũ expugnasset, quò Medobregenses confugerãt, ibiq; imperator esset appellatus, iterũ sestertijs centenis milites donauit. Multa prætèrea & magna præmia singulis concedebat, quæ speciosum reddebant præsentẽ exercitus amorẽ, paulatim tamẽ & occultè militarẽ disciplinã seueritatẽq; minuebant. Cassius legionibus in hyberna dispositis, ad ius dicendũ Cordubã se recepit, cõtractumq; in ea æs alienum grauissimis onerib. prouinciæ cõstituit exoluere: & ut largitionis postulat cõsuetudo, per causam liberalitatis

Palæo-pharsalí

mutuis

speciosa exempla largitionũ quær.

*speciosam plura largitori quærebãtur: pecuniæ locupletibus imperabantur, quas Longinus sibi expẽsas ferri non tantùm patiebatur, sed etiam cogebat: in gregem locupletium, simultatum causæ tenues conijciebãtur: neq; ullum genus quæstus aut magni & euidentis, aut minimi & sordidi, prætermittebatur, quo domus & tribunal imperatoris uacaret: nemo erat, qui modò aliquã iacturam facere posset, quin aut uadimonio teneretur, aut in reos referretur. Ita etiam magna solicitudo periculorum ad iacturas & detrimẽta rei familiaris adiungebatur. Quibus de causis accidit, ut cùm Longinus imperator eadẽ faceret, quæ fecerat quæstor, similia rursus de morte eius prouinciales consilia inirent. Horum odium confirmabant nonnulli familiares eius, qui cùm in illa societate uersarentur rapinarum, nihilo minus oderant eum, cuius nomine peccabant: sibiq́; quod rapuerant, acceptum ferebant: quod interciderat, aut erat interpellatũ, Caßio aßignabant. Quintam

& ipso

legionẽ nouam conscribit: augetur odiũ* & ex ipso delectu, & sumptu additæ legionis. Complentur equitũ tria millia, maximisq́; onerantur impensis: nec Prouinciæ datur ulla requies. Interim literas accepit à Cæsare, ut in Africam exercitum traijceret, perq́; Mauritaniam ad fines Numidiæ perueniret, q, magna Cn. Põpeio Iuba rex miserat auxilia, maioraq́; missurus existimabatur. Quibus literis acceptis, insolenti uoluptate efferebatur, quòd sibi nouarum prouinciarũ, & fertilißimi regni tanta oblata esset facultas. Itaq; ipse in Lusitaniam proficiscitur ad legiones accersendas, auxiliaq́; adducenda: certis hominibus dat negocium, ut frumentum nauesq́; centũ præpararentur, pecuniæq́; describerentur atq; imperarentur, ne

qua

qua res, cùm rediſſet, moraretur. Reditus eius fuit celerior omniũ opinione: nõ enim labor aut uigilantia, cupiẽti præſertim aliquid, Caſsio deerat. Exercitu coacto in unũ locum, caſtris ad Cordubam poſitis, pro concione militibus exponit, quas res Cæſaris iuſſu gerere deberet: pollicetúrq; ijs, cùm in Mauritaniam traiecisſet, * ſeſtertia ſe daturum: quintam fòre in Hiſpania legionem. Ex concione ſe Cordubam recepit: eoq; ipſo die * meridiana hora cùm in baſilicam iret, quidam Minutius Silo, cliens L. Racilij, libellum, quaſi aliquid ab eo poſtularet ut miles, ei tradit: deinde poſt Raciliũ (nam is latus Caſsij tegebat) quaſi reſponſum ab eo peteret, celeriter dato loco, quum ſe inſinuaſſet, ſiniſtra corripit eum, dextraq; bis ferit pugione. Clamore ſublato, fit à cõiuratis impetus uniuerſis. Munatius Flaccus proximũ gladio traijcit lictorẽ. Hoc interfecto, Q. Caſsium legatũ uulnerat. Ibi T. Vaſius, & L. Mergilio ſimili confidentia Flaccũ municipem ſuum adiuuãt: erant enim omnes Italicenſes. Ad ipſum Longinum L. Licinius Squillus inuolat, iacentemq; leuibus ſauciat plagis. Concurritur ad Caſsium defendendũ. Semper enim Berones, compluresq; euocatos cum telis ſecum habere conſueuerat: à quibus cæteri intercluduntur, qui ad cædẽ faciendã ſubſequebantur. Quo in numero fuit Calphurnius Saluianus, & Manilius Tuſculus. Minutius inter ſaxa quæ iaciebantur, in itinere fugiẽs opprimitur, & relato * domum Caſsio, ad eum deducitur. Racilius in proximam ſe domum familiaris ſui cõfert, dum certũ cognoſceret, confectúsne Caſsius eſſet. L. Laterenſis cùm id nõ dubitaret, accurrit lætus in caſtra, militibusq; uernaculis & ſecũdæ legionis, quibus odio ſciebat præcipuè Caſsium eſſe, gratula-

al. feſtet tios

al. H. S cẽtena

al. tem pore po meridiã no

ad domũ

tulatur. Tollitur à multitudine in tribunal: Prætor appellatur. Nemo enim aut in prouincia natus, aut uernaculæ legionis miles, aut diuturnitate iam factus prouincialis (quo in numero erat secunda legio) nõ cum omni prouincia consenserat in odio Caßij. Nam legiones triceſimã & uiceſimam primam paucis menſibus in Italia ſcriptas, Cæſar attribuerat Longino: quinta legio ibi nuper erat confecta. Interim nunciatur Laterenſi, uiuere Caßium. Quo nuncio dolore magis permotus, quàm animo perturbatus, reficit celeriter ſe, & ad Caßium uiſendum proficiſcitur. Re cognita, trigeſima legio ſigna Cordubã infert ad auxiliũ ferendũ imperatori ſuo. Facit hoc idem uigeſima prima: ſubſequitur has quinta. Quũ duæ legiones reliquæ eſſent in caſtris, ſecundarij ueriti ne ſoli relinquerentur, atq; ex eo quid ſenſiſſent indicaretur, ſecuti ſunt factũ ſuperiorũ. Permanſit in ſententia legio uernacula, nec ullo timore de gradu deiecta eſt. Caßius eos qui nominati erãt conſcij cædis, iubet comprehendi. Legionem quintam in caſtra remittit, cohortibus xxx. retentis. Indicio Minutij cognoſcit L. Racilium, & L. Laterenſem, & Annium Scapulam, maximæ dignitatis & gratiæ prouincialẽ hominem, ſibiq; tam familiarem, quàm Laterenſem & Racilium, in eadem fuiſſe cõiuratione. Nec diu moratur dolorem ſuum, quin eos interfici iubeat. Minutiũ libertis tradit excruciandum: item Calfurnium Saluianum, qui profitetur indicium, coniuratorumq; numerum auget, uerè, ut quidam exiſtimant, ut nõnulli queruntur, coactus. Iiſdem cruciatib. affectus L. Mergilio Squillus nominat plures: quos Caßius interfici iubet, exceptis ijs qui ſe pecunia redemerunt. Nam palàm ſeſtertijs * decem cum Calfurnio

H_S. CCIↃↃ.

furnio paciscitur, & cum Qu. Sextio quinquaginta: qui etsi maximè nocentes sunt mulctati, tamen periculũ uitæ, dolorq; uulnerum pecunia remissus, crudelitatẽ cum auaritia certasse significabat. Aliquot pòst diebus literas à Cæsare missas accipit, quibus cognoscit Pompeiũ in acie uictum, amissis copijs fugisse. Quare cognita, mistam dolori uoluptatem capiebat. uictoriæ nuncius lætitiam exprimebat: confectum bellum licentiam temporum intercludebat. Sic erat dubius animus, utrum nihil timere, an omnia licere mallet. Sanatis uulneribus, accersit omnes qui sibi pecunias expensas tulerant, acceptasq; eas iubet referri. quibus parũ uidebatur imposuisse oneris, amplioremq; pecuniam imperat.* Aequa aũt ratione delectũ instituit: quos ex omnibus cõuentibus colonijsq; conscriptos, transmarina militia perterritos, ad sacramẽti redemptionem uocabat. Magnũ hoc fuit uectigal, maius tamen creabat odium. His rebus confectis, totum exercitum lustrat. Legiones quas in Africam ducturus erat, & auxilia mittit ad traiectum. Ipse classem quam parabat, ut inspiceret, Hispalim accedit: ibiq; moratur, propterea quòd edictum tota prouincia proposuerat, ut quibus pecunias imperasset, neq; contulissent, se adirent: quæ euocatio uehementer omnes turbauit. Interim L. Titius, qui eo tempore Tribunus mil. legionis uernaculæ fuerat, nunciat fama, legionem xxx. quam Qu. Caßius legatus simul ducebat, cùm ad oppidum Leptim castra haberet, seditione facta, Centurionibus aliquot occisis, qui signa tolli nõ patiebantur, discesßisse, & ad secundam legionem contendisse, quæ ad fretũ alio itinere ducebatur. Cognita re, noctu cum v. cohortibus undecimanorum egreditur: manè peruenit.

Quẽ aũtẽ Roma delectũ instituit, ąsq; ex

Ibi

Carbonam

Ibi eũ diẽ, ut quid ageretur perſpiceret, moratus,* Carnionam contendit. Hic cùm legio trigeſima, & uigeſima prima, & cohortes* IIII. & quinta legio, totusq; cõueniſſet equitatus, audit IIII. cohortes à uernaculis oppreſſas ad Obuculam, cum his* ad ſecundã peruenisſe legionem, omnesq;* ibi conueniſſe, & T. Toriũ Italicẽſem ducem delegiſſe. Celeriter habito cõſilio, Marcellum Cordubam, ut eam in poteſtate retineret, Q. Caßiũ legatũ Hiſpalim mittit. Paucis ei diebus affertur, conuentũ Cordubenſem ab eo defeciſſe, Marcellumq; aut uoluntate aut neceßitate adductum (namq; id uariè nunciabatur) conſentire cum Cordubenſibus: duas cohortes legionis quintæ, quæ fuerant Cordubæ in præſidio, idẽ facere. Caßius his rebus incenſus, mouet caſtra, & poſtero die Segouiam ad flumen Silicenſe uenit, ibi habita concione, militiũ tentat animos: quos cognoſcit nõ ſua, ſed Cæſaris abſentis cauſa ſibi fidißimos eſſe, nullumq; periculũ deprecaturos, dum per eos Cæſari Prouincia reſtitueretur. Interim Torius ad Cordubam ueteres legiones adducit: ac ne diſſenſionis initium natum ſeditioſa militum ſuaq; uideretur natura, ſimul ut contra Q. Caßiũ, qui Cæſaris nomine maioribus uiribus uti uidebatur, æquè potentẽ opponeret dignitatẽ, Cn. Pompeio ſe prouinciam recuperare uelle palàm dicti tabat. Et forſitan etiam hoc fecerit odio Cæſaris, & amore Põpeij, cuius nomẽ multũ poterat apud eas legiones, quas M. Varro obtinuerat: ſed id qua mente cõmotus fecerit, cõiectura ſciri non poteſt. Certè hoc præ ſe Tortus ferebat: milites adeò fatebantur, ut Cn. Pompeij nomen in ſcutis inſcriptũ haberent:* frequens legionibus cõuentus obuiam prodit, neq; tantùm uirorum, ſed etiam matrumfamiliâs,

tres ex quinta legione, tot. & ſec. ſe cõiũxiſſe,

eiq; frequẽs regionum conu.

familiâs, ac prætextatorũ, deprecaturq; ne hostili aduentu Cordubam diriperent. Nam se contra Cassium sentire cum omnibus: cõtra Cæsarem ne facere cogerentur, orare. Tantæ multitudinis precibus & lachrymis exercitus commotus, cùm uideret ad Cassium persequendum nihil opus esse Cn. Pompeij nomine & memoria, tamq; omnibus Cæsarianis quàm Pompeianis Longinũ esse in odio, neq; se conuentũ, neq; M. Marcellum cõtra Cæsaris causam posse perducere, nomen Pompeij ex scutis detraxerunt: Marcellum, qui se Cæsaris causam defensurũ profitebatur, ducẽ asciuerunt, prætoremq; appellarunt, & sibi conuentum adiunxerunt, castraq; ad Cordubam posuerunt. Cassius eo biduo circiter IIII. millia passuũ à Corduba citra flumẽ Betim in oppidi conspectu loco excelso facit castra: literas ad regem Bogudem in Mauritaniã, & ad M. Lepidum proconsulem in Hispaniã citeriorem mittit, subsidio sibi Prouinciæq; Cæsaris causa quàm primũ ueniret: ipse hostili modo Cordubensium agros uastat, ædificia incendit. Cuius rei deformitate atq; indignitate legiones quæ Marcellum sibi ducem ceperant, ad eum concurrerunt: ut in aciem educerentur, orant, priusq; confligendi sibi potestas fieret, quàm cum tanta contumelia nobilissimæ charissimæq; possessiones Cordubensium in conspectu suo rapinis, ferro, flammaq; consumerentur. Marcellus, cùm confligere miserrimum putaret, quòd & uictoris & uicti detrimentũ ad eundem Cæsarem esset redundaturum, neq; suæ potestatis esset, legiones Betim traducit, atq; aciem instruit. Cùm Cassium contrà pro castris suis aciem instruxisse loco superiore uideret, causa interposita, quòd is in æquum nõ descenderet, Marcellus militibus

tibus persuadet, ut se in castra recipiant. Itaq; copias reducere cœpit. Cassius (quo bono ualebat, Marcellumq; infirmum esse sciebat) aggressus equitatu legionarios se recipientes, complures nouissimos in fluminis ripis interficit. Cùm hoc detrimento, quid transitus fluminis uitij difficultatisq; haberet, cognitum esset, Marcellus castra Betim transfert: crebroq; utercq; legiones in aciem educit, neque tamen confligitur, propter locorum difficultates. Erat copijs pedestribus multò firmior Marcellus: habebat enim ueteranas legiones, multisq; prælijs expertas. Cassius fidei magis quàm uirtuti legionũ confidebat. Itaq; cùm castra castris collata essent, & Marcellus locum idoneũ castello cepisset, quo prohibere aqua Cassianos posset, Longinus ueritus ne genere quodam obsidionis clauderetur nocte in regionibus alienis, sibiq; infestis, * noctu silẽtio ex castris proficiscitur, celeriq; itinere Vllam contendit, quod sibi fidele esse oppidũ credebat. Ibi adeò coniuncta ponit mœnibus castra, ut & loci natura (nanque Vlla in edito monte posita est) & ipsa munitione urbis, undiq; ab oppugnatione tutus esset. Hunc Marcellus insequitur, & quàm proximè potest Vllam, castra castris confert: locorumq; cognita natura, quò maximè rem deducere uolebat, necessitate est adductus, ut neque confligeret (cuius si rei facultas esset, resistere incitatis militibus non poterat:) neque uagari Cassium latius pateretur, ne plures ciuitates ea paterentur, quæ passi erant Cordubenses. Castellis idoneis locis collocatis, operibusq; in circuitu oppidi continuatis, Vllam Cassiumq; munitionibus clausit. Quæ priusquam perficerentur, Longinus omnem suum equitatum emisit: quẽ magno sibi usui fore credebat, si pabula-

bulari frumentariq; Marcellum non pateretur: magno autem impedimento, si clausus obsidione & inutilis necessarium consumeret frumentum. Paucis diebus literis Cassij acceptis, Rex Bogud cum copijs uenit, adiungitq; ei legionem quam secum adduxerat, complurescq; cohortes auxiliarias Hispanorũ. Namq; ut in ciuilibus dissensionibus accidere consuecuit, ita temporibus illis in Hispania nõnullæ ciuitates rebus Cassij studebant, plures Marcello fauebant. Accedit cum copijs Bogud ad exteriores Marcelli munitiones: pugnatur utrinq; acriter, crebroq;, ut accidit, fortuna sæpe ad utrũq; transferente uictoriam: nec tamen unquam ab operibus depellitur Marcellus. Interim Lepidus ex citeriore Prouincia cum cohortibus legionarijs trigintaquinq;, magnoq; numero equitum & reliquorum auxiliorũ uenit ea mente Vllam, ut sine ullo studio contentiones Cassij Marcelliq; componeret. Huic uenienti sine dubitatione Marcellus se credit, atq; offert. Cassius contrà suis se tenet præsidijs, siue eò quòd plus sibi iuris deberi quàm Marcello existimabat, siue eò quòd ne præoccupatus animus Lepidi esset obsequio aduersarij, uerebatur. Ponit ad Vllam castra Lepidus, neq; habet à Marcello quicquã diuisi: ne pugnetur, interdicit: ad exeundum Cassiũ inuitat, fidemq; suam in re omni interponit. Cùm diu dubitasset Cassius, quid sibi faciendũ, quidue Lepido esset credendũ, neq; ullum exitũ consilij sui reperiret, si permaneret in sententia, postulat uti munitiones disijcerẽtur, sibiq; liber exitus daretur. * Nõ tãtũ inducijs factis, sed propè iam constituta opera cùm cõplanarent, custodiæq; munitionũ essent deductæ, auxilia Regis in id castellum Marcelli, quod proximum erat regijs castris, neq;

* Et cùm nõ tantùm inducias faceret, sed

neq; opinantibus omnibus (si tamẽ in omnibus fuit Cassius: nam de huius conscientia dubitabatur) impetum fecerunt, cõpluresq; ibi milites oppresserunt. Quod nisi celeriter indignatione & auxilio Lepidi prælium esset direptum, maior calamitas esset accepta. Cũ iter Cassio patefactum esset, castra Marcellus cum Lepido cõiungit. Lepidus eodem tempore Marcellusq; Cordubã cum suis proficiscitur. * Narbonẽ sub idẽ tempus Trebonius proconsul ad Prouinciam obtinendam uenit. De cuius aduẽtu ut cognouit Cassius, legiones quas secũ habuerat, equitatũq; in hyberna distribuit. Ipse omnib. suis rebus celeriter correptis, Malacã cõtendit, ibiq; aduerso tempore nauigandi naues cõscendit, ut ipse prædicabat, ne se Trebonio & Lepido & Marcello committeret: ut amici eius dictitabant, ne per eam Prouinciã minore cum dignitate iter faceret, cuius magna pars ab eo defecerat: ut cæteri existimabãt, ne pecunia illa ex infinitis rapinis cõfecta, in potestatem cuiusquã ueniret. Progressus secunda, ut hyberna, tempestate, cùm in Iberum flumẽ noctis uitandæ causa se cõtulisset, inde paulò uehementiore tempestate nihilo periculosius se nauigaturũ credẽs, profectus aduersis fluctibus occurrentib. ostio fluminis, in ipsis faucibus, cùm neq; flectere nauem propter uim fluminis, neq; directam tantis fluctibus tenere posset, demersa naui perijt. Cùm in Syriã Cæsar ex Aegypto ueniisset, atq; ab his qui Roma uenerant ad eum, cognosceret, literisq; urbanis animaduerteret multa Romæ malè & inutiliter administrari, neque ullam partem Reipub. satis cõmodè geri, quòd & cõtentionibus tribunitijs pernicioſæ seditiones orirentur, et ambitione atq; * indulgentia Tribunorũ militum, & qui legionibus

Norbã

indilligentia

nibus præerant, multa cõtra morẽ consuetudinemq; militarẽ fierent, quæ dissoluendæ disciplinæ seueritatisq; essent, eaq; omnia flagitare aduentũ suũ uideret: tamẽ præferendum existimauit, quas in Prouincias regionesq; uenisset, eas ita relinquere cõstitutas, ut domesticis dissensionibus liberarentur, iura legesq; acciperent, & externorũ hostium metum deponerent. Hæc in Syria, Cilicia, Asia celeriter se confecturum sperabat, quòd hæ Prouinciæ nullo bello premebantur. In Bithynia ac Ponto plus oneris uidebat impendere sibi: nõ enim excessisse Ponto Pharnacem audierat, neq; excessurũ putabat, cùm secundo prælio esset uehementer inflatus, quod contra Domitium Calui sium fecerat. Commoratus ferè in omnibus ciuitatibus, quæ maiores sunt dignitate, præmia bene meritis & uiritim et publicè tribuit. De controuersijs ueteribus cognoscit, ac statuit reges, tyrannos, dynastas prouinciæ, finitimosq;, qui omnes ad eũ concurrerant, receptos in fidem, conditionibus impositis Prouinciæ tuẽdæ ac defendendæ, dimittit, & sibi & pop. Rom. amicissimos. Paucis diebus in ea Prouincia consumptis, Sex. Cæsarem amicũ & necessarium, suum legionibus Syriæ præficit: ipse eadẽ classe qua uenerat, proficiscitur in Ciliciam: cuius Prouinciæ ciuitates omnes euocat Tarsum, quod oppidũ ferè totius Ciliciæ nobilissimũ fortissimumq; est. Ibi rebus omnibus Prouinciæ & finitimarum ciuitatum constitutis, cupiditate proficiscendi ad bellum gerendum nõ diutius moratur: magnisq; itineribus per Cappadociam confectis, biduum Mazacæ commoratus, uenit Comana uetustissimũ & sanctissimum in Cappadocia Bellonæ templum, quod tanta religione colitur, ut sacerdos eius deæ, maiestate, im

perio & potẽtia secundus à rege consensu gentis illius ha beatur: id homini nobilißimo Nicomedi Bithynio adiudicauit, qui regio Cappadocum genere ortus, propter aduersam fortunã maiorum suorum, mutationẽq; generis, iure minimè dubio, uetustate tamẽ intermisso, sacerdotium id repetebat. Fratrem aũt Ariobarzanis Ariaratem, cùm bene meritus uterq; eorũ de Rep. esset, ne aut regni hereditas Ariaratem solicitaret, aut hæres regni terreret, Ariobarzani attribuit, qui sub eius imperio ac deditione esset: ipse iter cœptũ, simili uelocitate cõficere cœpit. Cùm propius Põtũ, fines q; Gallogræciæ acceßisset, Deiotarus Tetrarches Gallogræciæ, tunc quidẽ penè totius, quod ei neq; legibus, neq; moribus concessum est cæteri Tetrarchæ contendebant, sine dubio aũt rex Armentiæ minoris ab Senatu appellatus, depositis regijs insignibus, neq; lictùm priuato uestitu, sed etiã reorũ habitu supplex ad Cæsarẽ uenit oratũ, ut sibi ignosceret, quòd in ea parte positus terrarũ, quæ nulla præsidia Cæsaris habuisset, exercitibus imperijsq; in C. Pompeij castris fuisset: neq; enim se iudicẽ debuisse esse controuersiarum pop. Rõ. sed parere præsentibus imperijs. Contra quẽ Cæsar, cũ plurima sua commemorasset officia, quæ cõsul ei decretis publicis tribuisset, cumq; defensionem eius nullam posse excusationem eius imprudentiæ recipere coarguisset, quòd homo tantæ prudentiæ ac diligentiæ scire potuisset, quis urbem Italiamq; teneret, ubi S. P. Q. R. ubi Resp. esset, quis deinc. de post Lentulum.* M. Marcellum consul esset: sed tamen se concedere id factũ superioribus suis beneficijs, ueteri hospitio atq; amicitiæ, dignitati ætatiq; hominis, precibus eorum qui frequentes cõcurrissent hospites atq; amici Deiotari

tari ad deprecandũ. De controuersijs Tetrarcharum postea se cogniturũ esse dixit: regium uestitũ ei restituit. Legionem autẽ, quam ex genere ciuiũ suorũ Deiotarus natura disciplinaq; nostra constitutam habebat, equitatumq; omnẽ ad bellum gerendum adducere iußit. Cùm in Pontum uenisset, copiasq; omnes in unum locũ coegisset, quæ numero at exercitatione bellorũ mediocres erant (excepta enim legione sexta, quã secum adduxerat Alexandriæ ueteranã, multis laborib. periculisq; functã, multisq; militibus partim difficultate itinerum ac nauigationũ, partim crebritate bellorũ adeò diminutã, ut minus mille hominũ in ea esset, reliquæ erãt tres legiones, una Deiotari, duæ quæ in eo prælio quod Cn. Domitiũ feciſſe cũ Pharnace ſcripſimus, fuerãt) legati à Pharnace miſſi Cæſarem adeunt atq; in primis deprecantur, ne eius aduentus hostilis eßet: facturum enim omnia Pharnacem quæ imperata essent: maximeq; cõmemorabant, nulla Pharnacem auxilia contra Cæſarem Pompeio dare uoluiſſe, cùm Deiotarus qui dediſſet, tamen ei ſatisfeciſſet. Cæſar reſpondit, ſe fore æquißimũ Pharnaci, ſi quæ polliceretur, repræſentaturus esset. Monuit autem, ut ſolebat, mitibus uerbis legatos, ne aut Deiotarum ſibi obijcerent, aut nimis eo gloriarentur beneficio, quòd auxilia Pompeio non miſiſſent: nam ſe neq; libentius facere quicquam, quàm ſupplicibus ignoſcere: neq; prouinciarum publicas iniurias condonare ijs poſſe, qui non fuiſſent in ſe officioſi. Idipſum quod commemoraſſent officiũ, utilius Pharnaci fuiſſe, qui prouidiſſet ne uinceretur, quàm ſibi, cui dij immortales uictoriam tribuiſſent. Itaq; ſe magnas & graues iniurias ciuiũ Rom. qui in Ponto negotiati eſſent, quoniam in integrum

restituere non posset, concedere Pharnaci. Nam neq; interfectis amissam uitam, neq; exactis utilitatẽ restituere posse: quod quidẽ supplicium grauius morte ciues Romain subissent. Ponto uerò decederet cõfestim, familiasq; publicanorũ remitteret, cæteraq; restitueret socijs ciuibusq; Romanis, quæ penes eum essent. Si feciſſet, iam tunc sibi mitteret munera ac dona, quæ bene rebus gestis Imperatores ab amicis accipere consuessent. Miserat enim Pharnaces coronam auream. His responsis datis, legatos remisit. At Pharnaces omnia liberaliter pollicitus, cùm festinantem ac properantẽ Cæsarẽ spectaret, libentius etiam crediturum suis promißis, quàm res pateretur, quò celerius honestiusq; ad res magis necessarias proficiscereturr (nemini enim erat ignotum, plurimis de causis ad urbem Cæsarem reuocari) lentius agere, decedendi diem postulare, longiores pactiones interponere, in summa frustrari cœpit. Cæsar cognita calliditate hominis, quod alijs temporibus natura facere consueuerat, tunc necessitate fecit adductus, ut celerius omnium opinione manum consereret. Zela est oppidũ in Ponto, positu ipso, ut in plano loco, satis munitum: tumulus enim naturalis, uelut manu factus, excelsiore undiq; fastigio sustinet murum: circumpositi sunt huic oppido magni multiq; interciſi uallibus colles, quorũ editißimus unus, qui propter uictoriã Mithridatis, & infelicitatem Triarij, detrimentumq; exercitus nostri, superioribus locis atq; itineribus penè coniunctus oppido, magnam in illis partibus habet nobilitatem, nec multò longius millibus passuum tribus abest à Zela. Hunc locum Pharnaces, ueteribus paternorum felicium castrorum refectũ operibus, copijs omnibus suis occupauit. Cæsar,

sar, quũ ab hoste millia passuum v. castra posuisset, uideretq; eas ualles quibus regia castra munirentur, eodẽ interuallo sua castra munituras, si modò ea loca hostes priores nõ cepissent, quæ multò erant propiora regis castris, aggerem comportari iubet intra munitiones: quo celeriter collato, proxima nocte uigilia quarta legionibus omnibus expeditis, impedimentisq; in castris relictis, prima luce non opinantibus hostibus eum ipsum locum cepit, in quo Mithridates secundum * bellum aduersus Triariũ fe- prælium
cerat. Huc omnem comportari aggerem è castris, seruitiaq; agi iussit, ne quis ab opere miles discederet, cùm spacio non amplius mille passuum intercisa uallis castra hostiũ diuideret ab opere incœpto Cæsaris castrorũ. Pharnaces quũ id repentè prima luce animaduertisset, copias suas omnes pro castris instruxit: quas interposita tanta locorum iniquitate, consuetudine magis peruulgata militari credebat instrui Cæsar, uel ad opus suum tardandum, quò plures in armis tenerentur: uel ad ostentationem regiæ fiduciæ, ne munitione magis quàm manu defendere locum Pharnaces uideretur. Itaq; deterritus nõ est, quò minus prima acie pro uallo instructa, reliqua pars exercitus opus faceret. At Pharnaces impulsus siue loci felicitate, siue auspicijs et religionibus inductus, quibus obtemperasse eum postea audiebamus, siue paucitate nostrorum qui in armis erant comperta, cùm more operis quotidiani, magnam illam seruorum multitudinem quæ aggerem portabat, militum esse credidisset, siue etiã ueterani fiducia exercitus sui, quẽ cum legione XXII. in acie conflixisse & uicisse legati eius gloriabantur: simul contemptu exercitus nostri, quem pulsum à se Domitio duce sciebat: inito

consilio dimicandi, descendere prærupta ualle cœpit. Cuius aliquandiu Cæsar irridebat inanem ostentationem, & eo loco militũ * cohortationẽ, quem in locum nemo sanus hostis subiturus esset. Cùm interim Pharnaces eodem gradu quo in prælium descenderat, * uallẽ ascẽdere aduersus arduum collem instructis copijs cœpit, Cæsar incredibili eius uel temeritate uel fiducia motus, * neq; opinãs imparatusq; oppressus, eodem tẽpore milites ab operibus uocat, arma capere iubet, legiones opponit, aciem instruit. Cuius rei subita trepidatio magnum terrorem attulit nostris. Nondum ordinibus instructis, falcatæ regiæ quadrigæ permistos milites perturbant: quæ tamẽ celeriter multitudine telorũ opprimũtur. Insequitur has, acies hostium, & clamore sublato * confligit multũ adiuuante natura loci, plurimum deorum immortalium benignitate, qui cùm omnibus casibus belli intersunt, tum præcipuè eis quibus nihil ratione potuit administrari. Magno atq; acri prælio cominus facto, dextro cornu, quo ueterana legio sexta erat collocata, initium uictoriæ natum est ab ea parte, cùm in procliui detruderentur hostes, multò tardius, sed tamen ijsdem dijs adiuuãtibus, sinistro cornu, mediaq; acie totæ profligantur copiæ regis: quæ quàm facilè subierant iniquũ locum, tam celeriter gradu pulsæ, premebantur loci iniquitate. Itaq; multis militib. partim interfectis, partim suorum ruina oppreßis, qui uelocitate effugere poterãt, armis tamen proiectis uallem transgreßi, nihil ex loco superiore inermes proficere poterãt. At nostri uictoria elati, subire iniquũ locum, munitionesq; aggredi non dubitarunt. Defendentibus autem his cohortibus castra, quas Pharnaces præsidio reliquerat, celeriter castris hostium

coarctationem.

prerupta descẽ. ual.

neq; opinantes imparatosq; oppressos, eo.

cõfligit

sunt

sunt positi. Interfecta multitudine omni suorum aut capta, Pharnaces cum paucis equitibus profugit. Cui nisi castrorum oppugnatio facultatem attulisset liberius profugiendi, uiuus in Cæsaris potestatem adductus esset. Tali uictoria totius uictor Cæsar incredibili est lætitia affectus, quòd maximũ bellum tanta celeritate cõfecerat: eratq; subiti periculi recordatione lætior, quòd uictoria facilis ex difficillimis rebus acciderat. Ponto recepto, præda omni regia militib. condonata, postero die cum expeditis equitibus ipse proficiscitur. Legionẽ sextam decedere ad præmia atque honores accipiendos in Italiam iubet. Auxilia Deiotari domum remittit, duas legiones cũ Cælio* Vintiano in Ponto reliquit. Ita per Gallogræciam Bithyniãq; in Asiam iter facit: omniumq; earum prouinciarũ de controuersijs cognoscit, & statuit: iura in Tetrarchas, reges, ciuitates distribuit. Mithridatem Pergamenũ, à quo rem feliciter celeriterq; gestam in Aegypto suprà scripsimus, regio genere ortum, disciplinis etiã regijs educatum (nã eum Mithridates rex Asiæ totius propter nobilitatẽ Pergamo paruulum secum asportauerat in castra, multosq; tenuerat annos) regem Bospori constituit, quòd sub imperio Pharnacis fuerat: prouinciasq; pop. Rom. à barbaris atq; inimicis regibus interposito amicissimo rege muniuit. Eidem Tetrarchiam legibus Gallogræcorum, iure gentis & cognationis adiudicauit, occupatam & possessam paucis antè annis à Deiotaro. Neque tamen usquam diutius moratus est, quàm necessitas urbanarum seditionum pati uidebatur. Rebus felicissimè celerrimeq; confectis, in Italiam celerius omnium opinione uenit.

Minutio

HENRICI GLAREANI IN LIBRVM QVARTVM *Annotationes.*



IN hoc quarto libro hæc ordine habẽtur. Primùm Alexandriæ oppugnatio terra ac mari, fortuna utriuſq; partis, diuerſum hominum ſtudium, ac conatus uarij. In eo bello rex Ptolemæus, cuius iuſſu Põpeius occiſus erat, interijt: fratri ac ſorori maiori Cleopatræ regnũ traditur. Periit â parte Cæſaris Euphranor Rhodius, & ad pontem milites legionarij CCCC. In Aſia Cn. Domitius parum feliciter pugnat aduerſus Pharnacem Armeniæ regẽ. Et Gabinius in Illyricis aduerſum prælium fecit. Vatinij deinde diligentia res reſtitutæ, qui Octauium uicit, atq; tota Illyride prouincia eiecit: Prouinciamq; ipſam incolumem, ipſe cum omnibus ſuis incolumis recepit. In Hiſpania mira de Qu. Caſsij Longini, quem Cæſar prætorẽ ibi reliquerat, auaritia narrantur. In diſſenſionẽ uertẽte duces legionum. Tandem fidem inuenit Caſsius in Ibero flumine, ubi periit. Deniq; res feliciſsimà aduerſus Pharnacem prælio ingenti uictum geſtæ ultimò narrantur.

ANNOT. HENR. GLAR. IN LIB. IIII. FINIS.

A. HIR-

A. HIRCII AVT OPPII COMMENTARIORVM DE BELLO AFRICANO, Liber V.



Cæsar itineribus iustis cõfectis, nullo die intermisso, ad * XVI. Cal. Ianuarij in Lilybæum peruenit, statimq; ostendit sese naues uelle conscendere, cùm non amplius legionem tyronum haberet unam, equitesq; uix DC. Tabernaculũ secundũ littus ipsum cõstituit, ut propè fluctus uerberaret. Hoc eo cõsilio fecit, ne quis sibi moræ quicquã fore speraret, et ut omnes in dies horasq; parati essent. Incidit per id tempus, ut tẽpestates ad nauigandũ idoneas nõ haberet. Nihilo tamẽ minus in nauibus remiges militesq; continere, & nullã prætermittere occasionẽ profectionis, cũ præsertim ab incolis eius prouinciæ nũciarentur aduersariorũ copiæ, equitatus infinitus, legiones regiæ IIII. leuis armaturæ magna uis, Scipionis legiones X. elephanti centũ XX. classesq; esse cõplures: tamẽ nõ deterrebatur, animoq; & spe cõfidebat. Interim dies & naues lõgæ adaugeri, & onerariæ cõplures eôdẽ cõcurrere, & legiones tyronũ cõ uenire: in his ueterana legio quinta, equitũ ad duo millia. Legionib. collectis sex, & equitũ duob. millibus, ut quæq; prima legio uenerat, in naues longas imponebatur, equites autem in onerarias: ita maiorem partem nauium antecedere iussit, & insulam petere * Aponianam, quæ abest à XIIII. Paconiã

Lilybæo. Ibiq; cõmoratus, bona paucorum uendit publicè. Deinde Allieno prætori, qui Siciliam obtinebat, de omnibus rebus præcipit, & de reliquo exercitu celeriter imponendo datis mandatis, ipse nauem conscendit ad VI. Calend. Ianuarij, & reliquas naues statim est consecutus ita uento certo, celeriq; nauigio uectus, post diem quartum cum longis paucis nauibus in conspectum Africæ uenit. Nanq; onerariæ reliquæ, præter paucas, uento dispersæ atq; errabundæ diuersa loca petierunt. Clupeam classe præteruehitur, deinde Neapolim: complura præterea castella & oppida non longè à mari relinquit. Postquam Adrumetum acceßit, ubi præsidium erat aduersariorum, cui præerat C. Considius, & à Clupea secundũ oram maritimam cum equitatu Adrumeti Cn. Piso cum Mauris circiter tribus millibus apparuit. Ibi paulisper Cæsar ante portum commoratus, dum reliquæ naues conuenirent, exponit exercitum. Cuius numerus in præsentia fuit peditum trium millium equitum* CL. Castrisq; ante oppidum positis, sine iniuria cuiusquam consedit: cohibetq; omneis à præda. Oppidani interim muros armatis complent, ante portum frequentes considunt ad se defendendum, quorum numerus duarum legionum intus erat. Cæsar circum oppidum uectus, natura loci perspecta, redit in castra. Non* enim culpæ eius imprudentiæq; assignabat, quòd neq; certum locum gubernatoribus præfectisq;, quem peterent, præceperat: neq; ut mos ipsius consuetudoq; superioribus temporibus fuerat, tabellas signatas dederat, ut in tempore his perlectis locum certum peterent uniuersi: quod minimè Cæsarem fefellerat: namque nullum portum terræ Africæ, quò classes decurrerent,

quingentorum

pro

pro certo tutũ ab hostium præsidio fore suspicabatur, sed fortuitu oblatã occasionẽ egressus aucupabatur. L. Plancus interim legatus petit à Cæsare, ut sibi daret facultatẽ cum Considio agendi, si posset aliqua ratione perduci ad sanitatem. Itaq; data facultate literas conscribit, & eas captiuo dat perferendas in oppidum ad Considium. Quò stimulatq; captiuus cum peruenisset, literasq;, ut erat mandatum, Considio porrigere cœpisset: prius quàm acciperet ille, Vnde, inquit, istas? Tum captiuus, Venio à Cæsare. Tunc Considius: Vnus est, inquit, Scipio imperator hoc tempore pop. Ro. Deinde in conspectu suo captiuum statim interfici iubet: literasq; nondum perlectas, sicut erant signatæ, dat homini certo ad Scipionẽ perferendas. Postquã una nocte & die ad oppidum cõsumpta, neq; responsum ullum à Considio dabatur, neq; ei reliquæ copiæ succurrebant, neq; equitatu abundabat, & ad oppidũ oppugnandum non satis copiarũ habebat, & eas tyronum, neque primo aduentu conuulnerari exercitum uolebat, & oppidi egregia munitio, difficilisq; ad oppugnandum erat * accessus, et nũciabantur auxilia magna equitatus oppidanis suppetias uenire, non est uisa ratio ad oppugnandum oppidum commorandi: ne, dum in ea re Cæsar esset occupatus, circumuentus à tergo ab equitatu hostium laboraret. Itaq; castra cùm mouere uellet, subitò ex oppido erupit multitudo, atq; equitatus subsidio uno tempore eis casu succurrit, qui erat missus ab Iuba ad stipendium accipiendum: castraq;, unde Cæsar egressus iter facere cœperat, occupant, & eius agmen extremum insequi cœperunt. Quæ res cũ animaduersa esset, subitò legionarij cõsistunt, & equites, quanquam erant pauci, tamen contra

ascensus

tantam

tantã multitudinem audaciſſimè cõcurrunt. Accidit res incredibilis, ut equites minus triginta Galli, Maurorũ equitum duo millia loco pellerẽt, urgerentq; in oppidũ. Poſtquam repulſi & coniecti erant intra munitiones, Cæſar iter conſtitutum ire contendit. Quod cùm ſæpius faceret, & modò inſequerẽtur, modò rurſus ab equitibus in oppidum repellerentur, cohortibus paucis ex ueteranis quas ſecũ habebat, in extremo agmine collocatis, et parte equitatus, iter leniter cũ reliquis facere cœpit. Ita quanto longius ab oppido diſcedebatur, tãto tardiores ad inſequendum erant Numidæ. Interim in itinere ex oppidis & caſtellis legatiões uenire, polliceri frumẽtũ, paratoſq; eſſe, quæ imperaſſet, facere. Itaq; eo die caſtra poſuit ad oppidum Ruſpinã Calen. Ian. inde mouit, & peruenit ad oppidum Leptim liberã ciuitatẽ, & immunẽ. Legati ex oppido ueniũt obuiam, libenter ſe omnia facturos quæ uellet, pollicentur. Itaq; Centurionib. ad portas oppidi & cuſtodijs impoſitis, ne quis miles in oppidũ introiret, aut iniuriam faceret cuipiam incolæ, non longè ab oppido ſecundum littus facit caſtra. Eôdem naues onerariæ, & longæ nonnullæ caſu aduenerunt. Reliquæ, ut eſt ei nunciatum, incertæ locorum, Vticam uerſus petere uiſæ ſunt. Interim Cæſar à mari nõ digredi, neq; mediterranea petere propter nauium errorem, equitatumq; in nauibus omnẽ contimere, ut arbitror, ne agri uaſtarentur, aquã in naues iubet comportari. Remiges interim, qui aquatum è nauibus exierant, ſubitò equites Mauri, neq; opinantibus Cæſarianis adorti, multos iaculis cõuulnerauerũt, nõnullos interfecerunt. Latent enim in inſidijs cum equis inter cõualles, & ſubitò exeunt, nõ ut in campo cominus depugnent. Cæ

ſar

sar interim in Sardiniam nuncios cum literis & in reliquas Prouincias finitimas dimisit, ut sibi auxilia, cõmeatus, frumentũq;, simulatq; literas legissent, mittenda curarent: exoneratisq; partim nauibus longis, Rabirium Postumum in Siciliam ad secundum commeatum accersendum mittit. Interim cum x. nauibus longis ad reliquas naues onerarias cõquirendas, quæ deerrassent, & simul mare tuendum ab hostibus, iubet proficisci. Item C. Sallustiũ Crispum prætorẽ ad Cercinnam insulam uersus, quã aduersarij tenebant, cum parte nauiũ ire iubet, quòd ibi magnum numerum frumenti esse audiebat. Hæc ita imperabat, itaq; unicuiq; præcipiebat, ut si fieri posset, nec locũ ullũ excusatio haberet, nec morã tergiuersatio. Ipse interea ex perfugis & incolis cognitis conditionibus Scipionis, & qui cum eo contra se bellũ gerebant, miserari. Regium enim equitatum in Prouincia Africa Scipio alebat. Tanta hominum erat dementia, ut mallent Regis esse uectigales, quàm cum ciuibus in patria in suis fortunis esse incolumes. Cæsar ad III. Nonarum Ianuar. castra mouet, Leptiq; sex cohortium præsidio cum Saserna relicto, ipse rursus unde pridie uenerat, Ruspinã cum reliquis copijs conuertit: ibiq; sarcinis exercitus relictis, ipse cum expedita manu proficiscitur circum uillas frumentatum: oppidanisq; imperat, ut plaustra iumentaq; omnia sequantur. Itaq; magno frumenti inuento numero, Ruspinam redit. Hoc eũ idcirco existimo fecisse, ne maritima oppida post se uacua relinqueret, præsidioq; firmata ad classis receptacula muniret. Itaq; ibi relicto P. Saserna, fratre eius quẽ Lepti proximo oppido reliquerat cũ legiõe, iubet cõportari ligna in oppidũ quàm plurima. Ipse cum cohortibus

bus septẽ, quæ ex ueteranis legionibus in classe cum Sul pitio & Vatinio rem gesserãt, ex oppido Ruspina egressus, proficiscitur ad portum, qui abest ab oppido millia passuum duo. Ibiq; classem sub uesperũ cum ea copia conscendit. Omnib. in exercitu inscijs, & requirẽtibus imperatoris consilium, magno metu ac tristitia solicitabantur: parua enim cum copia, & ea tyronum, neq; omni exposita in Africa contra magnas copias, & insidiosæ nationis, equitatumq; innumerabilem, se expositos uidebant: neq; quicquam solatij in præsentia, neq; auxilium in suorum consilio animaduertebant, nisi in ipsius imperatoris uultu, uigore, mirabiliq; hilaritate. Animum enim altum & erectum præ se gerebat. Huic acquiescebant homines, & in eius scientia & cõsilio omnia sibi procliuia omnes fore sperabãt. Cæsar in nauibus una nocte cõsumpta, iam cœlo albescente, cùm proficisci conaretur, subitò nauium pars, de qua timebat, ex errore eôdẽ cõferebatur. Hac re cognita, Cæsar celeriter de nauibus imperat omnes egredi, atq; armatos in littore reliquos aduenientes milites expectare. Itaq; sine mora nauibus eis in portum receptis, & aduectis militum equitumq; copijs, rursus ad oppidũ Ruspinã redit: atq; ibi castris constitutis, ipse cum cohortibus expeditis xxx. frumentatũ est profectus. Ex eo est cognitũ Cæsaris consilium, illum cum classe nauibus onerarijs quæ deerrassent, subsidio ire clam hostib. uoluisse, ne casu imprudẽtes suæ naues in classem aduersariorũ incidérent: neq; eam rem eos uoluisse scire, qui in præsidijs relicti milites fuissent, ne propter suorũ paucitatẽ, & hostiũ multitudinẽ metu deficerẽt. Interim cũ iam Cæsar progressus esset è castris circiter millia passuum tria, per spe

cula

cultatores & anteceſſores equites nunciatur ei, copias hoſtium haud longè à ſeſe uiſas: & hercle cũ eo nuncio pluuis imgens conſpici cœptus eſt. Hac re cognita, Cæſar celeriter iubet equitatum uniuerſum, cuius copiam habuit in præſentia non magnam, & ſagittarios, quorum paruus è caſtris ſecum exierat numerus, accerſi, atque ordinatim ſigna ſe leniter cõſequi: ipſe antecedere cum paucis armatis. Iamq; quum procul hoſtis conſpici poſſet, milites in campo iubet galeari, & ad pugnam parari: quorum omnino numerus fuit x x x. cohortium cum equitibus cccc. & ſagittarijs. Et hoſtes interim, quorum dux erat Labienus, & duo Pacidij, aciem dirigũt mirabili longitudine nõ peditum, ſed equitum confertam: et inter eos leuis armaturæ Numidas, & ſagittarios pedites interpoſuerant, & ita condenſauerãt, ut procul Cæſariani pedeſtres copias arbitrarentur: & dextrum ac ſiniſtrum cornu magnis equitũ copijs firmauerant. Interim Cæſar aciẽ dirigit ſimplicem ut poterat, propter paucitatem ſagittarios ante aciem conſtituit, equites dextro ſiniſtroq; cornu opponit: & ita præcipit, ut prouiderent ne multitudine equitatus hoſtiũ circumuenirẽtur. Exiſtimabat enim ſe cũ pedeſtribus copijs acie inſtructa dimicaturũ. Cum utrinq; expectatio fieret, neque Cæſar ſe remoueret, & cum ſuorum paucitate contra magnam uim hoſtium artificio magis quàm uiribus decertandum uideret, ſubitò aduerſariorum equitatus ſe extendere, & in latitudinem promouere, collesq; complecti, & Cæſaris equitatũ extenuare, ſimulq; ad circumeundum comparare ſe cœperunt. Cæſariani equites eorum multitudinem ægrè ſuſtinebant. Acies interim mediæ cùm concurrere conarẽtur, ſubitò ex

conden-

condensis turmis Numidæ leuis armaturæ cum equitibus procurrunt, et inter legionarios pedites iacula cõijciunt. Hic cùm Cæsariani in eos impetũ fecissent, illorum equites refugiebant, pedites interim resistebãt, dũ equites rursus concursu renouato peditibus suis succurrerent. Cæsar nouo genere pugnæ oblato, cùm animaduerteret ordines suorũ in procurrẽdo turbari (pedites enim, dum equites longius à signis persequuntur, latere nudato à proximis Numidis iaculis uulnerabantur: equites autẽ hostium pilum militis cursu facilè uitabant) edicit per ordines, ne quis miles à signis IIII. pedes longius procederet. Equitatus interim Labieni suorum multitudine confisus, Cæsaris paucitatẽ circumire conatur. Equites Iuliani pauci, multitudine hostium defessi, equis conuulneratis, paulatim cedere: hostis magis magisq; instare. Ita puncto temporis omnibus legionarijs ab hostium equitatu circũuentis, Cæsarisq; copijs in orbem compulsis, intra cancellos omnes coniecti pugnare cogebãtur. Labienus in equo capite nudo uersari in prima acie, simul suos cohortari, nonnunquam legionarios Cæsaris ita appellare: Quid tu, inquit, miles tyro, tam feroculus es? uos quoq; iste uerbis infatuauit? In magnum mehercule uos periculum impulit: misereor uestri. Tum miles, Nõ sum, inquit, tyro, Labiene, sed de legione decima ueteranus. Tũ Labienus, Nõ agnosco, inquit, signa decumanorũ. Tum miles, Iam me, quis sim, intelliges. Simul cassidem de capite deiecit, ut cognosci ab eo posset: atq; ita pilum uiribus contortum dum in Labienum mittere contendit, equi grauiter aduerso pectore affixit, & ait, Labiene decumanum militem, qui te petit, scito esse. Omnium tamen animi in terrorem cõiecti, et maximè

maximè tyronum. Circũſpicere enim Cæſarem, neq; amplius facere, niſi hoſtium iacula uitare. Cæſar interim conſilio hoſtiũ cognito, iubet aciem in longitudinẽ quàm maximã porrigi, et alternis cõuerſis cohortibus, ut una poſt alteram ante ſigna tenderet. Ita coronam hoſtium dextro ſiniſtroq; cornu mediam diuidit, & unã partem ab altera excluſam, * equitibus intrinſecus adortus, cũ peditatu telis coniectis in fugam uertit: neq; lõgius progreſſus, ueritus inſidias, ſe ad ſuos recipit. Idem altera pars equitũ peditumq; Cæſaris facit. His rebus geſtis, & procul hoſtibus repulſis, conuulneratisq;, ad ſua præſidia ſeſe, ut erat inſtructus, recipere cœpit. Interim M. Petreius & Cn. Piſo cum equitibus Numidis M C. electis, peditatuq; eiuſdẽ generis ſatis grãdi, ex itinere rectà ſubſidio ſuis occurrunt. At* cohortes, ſuis ex terrore firmatis, rurſusq; renouatis animis, legionarios conuerſis equitibus recipientes, nouiſſimos adoriri, & impedire cœperunt, quò minus ſe in caſtra reciperent. Hac re animaduerſa, Cæſar iubet ſigna conuerti, et medio campo redintegrari prælium. Cùm ab hoſtib. eodem modo pugnaretur, nec cominus ad manus rediretur, Cæſarisq; equites iumentaq; ex nauſea recenti, ſiti, languore, paucitate, uulnerib. defatigati, ad inſequendum hoſtes, perſeuerandumq; curſum tardiorẽ haberent, dieiq; pars exigua iã reliqua eſſet: cohortibus equitibusq; circũdatis imperat ut uno ictu contenderent, neq; remitterent, donec ultra ultimos colles hoſtes repuliſſent, atque eorum eſſent potiti. Itaq; ſigno dato, quum iã hoſtes languidè negligenterq; tela mitterẽt, ſubitò immittit cohortes turmasq; ſuorum: atq; puncto temporis hoſtibus nullo negocio campo pulſis, poſt collẽq; deiectis, nacti locum,

equites que intr.

CCC.

hoſtes.

atq; ibi pauliſper cõmorati, ita ut erant inſtructi, leniter ſe ad ſuas recipiunt munitiones. Itemq; aduerſarij male accepti, tum demum ſe ad ſua præſidia contulerunt. Interim ea re geſta, & prælio dirempto, ex aduerſarijs perfugę plures ex omni hominum genere, & præterea intercepti hoſtium complures equites peditesq;: ex quibus cognitum eſt hoſtiũ conſiliũ, eos hac mente & conatu ueniſſe, ut no uo atq; inuſitato genere prælij tyrones, legionarijq; pauci perturbati, Curionis exemplo ab equitatu circumuenti opprimerentur. Et ita * Labienum dixiſſe pro concione, tantam ſe multitudinem auxiliorum * aduerſarijs ſubmiſtraturum, ut etiam cædendo in ipſa uictoria defatigati uincerentur, atq; à ſuis ſuperarentur. Quippe qui in nullo illorum ſibi cõfideret: primùm, quòd audierat Romæ legiones ueteranas diſſentire, neque in Africam uelle tranſire: deinde quòd triennio in Africa ſuos milites conſuetudine retentos, fideles iam ſibi effeciſſet: maxima autem auxilia haberet Numidarum, equitatumq; leuis armaturæ. Præterea ex fuga prælioque Pompeiano, quos ſecũ à Brundiſio tranſportauerat, equites Germanos Gallosq;, ibiq; poſtea ex hybridis libertinis ſeruisq; conſcripſerat, armauerat, equoq; frenato uti condocuerat. Præterea regia auxilia, elephantes CXX. equitatus innumerabilis: deinde legiones conſcriptæ ex cuiuſq; modi generis amplius XII. millibus. Hac ſpe atq; ea audacia inflãmatus Labienus cũ equitibus Gallis Germanisque * DCCC. Numidarum ſine frenis VIII. millibus, præterea Petreiano auxilio adhibito equitib. MC. peditum ac leuis armaturæ quater tantis, ſagittarijs ac funditoribus, hippotoxotisq; compluribus: his copijs pridie Nonarum Ian. poſt diem tertium, quàm Africã

Iubam al. aduer. Cæſaris

MDC.

Africã attigit, in campis planißimis purißimisq;, ab hora diei v. usq; ad solis occassum est decertatum. In eo prælio Petreius grauiter ictus ex acie receßit. Cæsar interim castra munire diligentius, præsidia firmare maioribus copijs, uallumq; ab oppido Ruspina usq; ad mare deducere, & à castris alterũ eodẽ, quò tutius ultrò citroq; * comeare, auxiliaque sine periculo sibi succurrere possent. Tela tormentaq; ex nauibus in castra cõportare, remigũ partem ex classe Gallorum Rhodiorumq;, epibatarumq; armare, & in castra euocare, uti si posset, eadẽ ratione qua aduersarij, leuis armatura interiecta inter equites suos interponeretur: sagittarijsq; ex omnibus nauibus Ithyreis, Syrijs, & cuiusq; generis ductis in castra compluribus, frequentabat suas copias. Audiebat enim Scipionem post diem tertium eius diei quo prælium factum erat, appropinquare, copias suas cum Labieno & Petreio cõiungere. Cuius copiæ legionum VIII. & equitum IIII. millium esse nũciabantur, officinas ferrarias instruere, sagittæque & tela uti fierent complura, curare, glandes funde re, fudes cõparare, literas in Siciliam nunciosq; mittere, ut sibi crates materiemq; congererẽt ad arietes, cuius inopia in Africa esset: præterea ferrũ plumbumque mitteretur. Etiam animaduertebat frumento se in Africa nisi importato uti nõ posse. Priore enim anno propter aduersariorum delectus, quòd stipendiarij aratores milites essent facti, messem nõ esse factam. Præterea ex omni Africa frumentum aduersarios in pauca oppida & bene munita comportasse, omnemq; regionem Africæ exinaniisse frumento: oppida, præter pauca quæ ipsi suis præsidijs tueri poterant, reliqua dirui atque deleri, & eorum incolas

* comeat⁹

intra sua præsidia coegisse cõmigrare : agros desertos ac uastatos esse. Hac necessitate Cæsar coactus, priuatos ambiendo, & blandè appellando, aliquantulũ frumenti numerum in sua præsidia congesserat, et eo parcè utebatur. Opera interim ipse quotidie circumire, & alteras cohortes in statione habere propter hostium multitudinem. Labienus saucios suos, quorum numerus maximus fuit, iubet in plaustris Adrumetum deportari. Naues interim Cæsaris onerariæ errabundæ malè uagabantur, incertæ locorum atq; castrorum suorum: quas singulas scaphæ aduersariorum complures adortæ incenderant atq; expugnuerant. Hac re nunciata Cæsari, classes circũ insulas portusq; disposuit, quò tutius commeatus supportari posset. M. Cato interim, qui Vticæ præerat, Cn. Pompeiũ filium multis uerbis assidueq; obiurgare nõ desistebat: Tuus, inquit, pater, istius ætatis cũ esset, et animaduertisset Remp. ab audacibus sceleratisq; ciuibus oppressam, bonosq; aut interfectos, aut exilio mulctatos, patria ciuitateq; carere: gloria & animi magnitudine elatũs, priuatus atq; adolescentulus paterni exercitus reliquijs collectis, penè oppressam funditùs & deletam Italiam, urbemq; Romanam in libertatem uindicauit: idemq; Siciliam, Africã, Numidiam, Mauritaniam mirabili celeritate armis recepit: quibus ex rebus sibi eam dignitatem, quæ est per gentes clarissima notissimaq; conciliauit, adolescentulusq; atq; eques Romanus triumphauit. Atq; ille non ita amplis rebus patris gestis, neq; tam excellenti maiorum dignitate parta, neq; tantis clientelis nominisq; claritate præditus, in Rempub. est ingressus. Tu contrà & patris nobilitate & dignitate, & per te ipse satis animi magnitudine diligentiaq;

gentiáq; præditus, nónne eniteris, & proficiscéris ad paternas clientelas, auxilium tibi reiq; publicæ, atq; optimo cuiq; efflagitatum? His uerbis hominis grauissimi incitatus adolescentulus, cum nauiculis cuiusq; modi generisq; xxx. inibi, paucis rostratis, profectus ab Vtica est in Mauritaniã, regnumq; Bogudis est ingressus. Expeditoq; exercitu numero seruorũ, liberorumq; duorum millium, cuius partẽ inermem, partem armatã habuerat, ad oppidum Ascurum accedere cœpit, in quo oppido præsidium fuit regium. Pompeio aduenientẽ, oppidani usq; eò passi propius eum accedere, donec ad ipsas portas ac murum appropinquaret, subitò eruptione facta, prostratos perterritosq; Pompeianos in mare passim nauesq; compulerunt. Ita re malè gesta, Cn. Pompeius filius naues inde auertit, neq; postea littus attigit, classemq; ad insulas Baleares uersus conuertit. Scipio interim cum his copijs, quas paulo antè demonstrauimus, Vticæ grandi præsidio relicto, profectus, primùm Adrumeti castra ponit: deinde ibi paucos dies commoratus, noctu itinere facto, cũ Petreij et Labieni copijs se cõiungit: atq; unis castris factis, III. millia passuum lõgè considunt. Equitatus interim eorum circum Cæsaris munitiones uagari, atque eos qui pabulandi aut aquandi gratia extra uallum progressi essent, excipere, & ita omnes aduersarios intra munitiones continere. Quare Cæsariani graui annona sunt cõflictati, ideo quòd nondum neq; ab Sicilia, neq; ab Sardinia commeatus supportatus erat, neq; per anni tẽpus in mari classes sine periculo uagari poterant, neq; amplius millia passuũ VI. terræ Africæ, quoquò uersus tenebãt, pabuliq; inopia premebantur. Quæ necessitate coacti ueterani milites equitesq;,

qui multa terra mariq; bella cõfeciſſent, & periculis inopiaq; tali ſæpe eſſent conflictati, alga è littore collecta, & aqua dulci elota, & ita iumẽtis eſurientibus data, uitã eorum producebãt. Dum hæc ita fierent, rex Iuba cognitis Cæſaris difficultatibus, copiarumq; paucitate, non eſſe ui-
augẽdiẽp eius opes. ſum dari ſpaciũ cõualeſcendi, * augẽdarumq; eius opum: itaq; comparatis equitum magnis peditumq; copijs, ſubſidio ſuis egreſſus, è regno ire cõtendit. P. Sitius interim, et rex Bogud, coniunctis ſuis copijs, cognito regis Iubæ egreſſu, propius eius regnum copias ſuas admouere: Cirtamq; oppidum eius regni opulentiſſimum adorti, paucis dieb. pugnando capiunt, & præterea duo oppida Getulorum: quibus cùm cõditionẽ ferrent, ut oppido excederẽt, idq; ſibi uacuum traderent, conditionemq; repudiaſſent, poſtea ab eis capti interfectiq; ſunt omnes. Inde progreſſi, agros oppidaq; uexare nõ deſiſtunt. Quibus rebus cognitis Iuba, cũ iam nõ longè à Scipione atq; eius ducib. abeſſet, capit conſiliũ, ſatius eſſe, ſibi ſuoq; regno ſubſidio ire, quàm dum alios aditurus proficiſceretur, ipſe ſuo regno expulſus, forſitan utraq; re expelleretur. Itaq; rurſus ſe recepit, atq; auxilia à Scipione etiam abduxit, ſibi ſuiſq; rebus timens: elephantiſq; triginta relictis, ſuis finibus oppidiſq; ſuppetias profectus eſt. Cæſar, cùm de ſuo interim aduentu dubitatio in prouincia eſſet, neq; quiſquam crederet ipſum, ſed aliquem legatum cum copijs in Africam ueniſſe, conſcriptis literis circum prouinciam, omnes ciuitates facit de ſuo aduentu certiores. Interim nobiles homines ex ſuis oppidis profugere, & in caſtra Cæſaris deuenire, & de aduerſarioꝝ eius acerbitate crudelitateq; commemorare cœperunt. Quorum lachrymis que-

reliſq;

relisq; Cæsar cõmotus, cũ antea * cõstitisset in statiuis castris, æstate inita cunctis copijs auxilijsq; coactis, bellum cum aduersarijs suis gerere instituit: literisq; celeriter in Siciliam ad Allienũ & Rabirium Posthumũ conscriptis, & per Catascopũ missis, ut sine mora, aut ulla excusatione hyemis uentorúmque, exercitus sibi quàm celerrimè transportaretur: Africam prouinciam perire funditusq; euerti à suis inimicis: quòd nisi celeriter socijs foret subuentũ, præter ipsam Africam terram, nihil, ne tectũ quidẽ quò se reciperent, ab illorum scelere insidijsq; reliquũ futurum. Atq; ipse in tanta erat festinatione & expectatione, ut postero die quàm misisset literas nuntiúmque in Siciliam, classem exercitumq; morari diceret: noctes diesq; oculos mentémque ad mare * dispositos directósque habe ret. Nec mirũ, animaduertebat enim uillas exuri, agros uastari, pecus diripi trucidaríque, oppida castelláque dirui deseriq;, principes ciuitatũ aut interfici, aut in catenis teneri, liberos eorum obsidum nomine in seruitutẽ abripi. His se miseris, suamq; fidem implorantibus, auxilio propter copiarum paucitatem esse non posse. Milites interim in opere exercere, castra munire, turres, castella facere, molesque iacere in mare non intermittere. Scipio interim elephãtes hoc modo cõdocefacere instituit: duas instruxit acies, unã funditorũ contra elephãtos, quæ quasi aduersariorũ locũ obtineret, & contra eorũ frontẽ aduersam lapillos minutos mitteret: deinde in ordinẽ elephantos constituit. Post illos aũt aciem suã instruxit, ut quũ ab aduersarijs lapides mitti cœpissent, & elephãti perterriti se ad suos cõuertissẽt, rursus à sua acie lapidib. missis, eos cõuerterẽt aduersum hostem: quod ægrè tardeq; fiebat. Audere

stare ec-
stituisset.

κατασκοπικὰ Simi-
nauigia, quæ et Cæsar lib. 2.
et Liuius lib 21. Seruius:
nia nauigia, uel Speculato-
rias naues uocant. Cre-
ro aut. Abit. Catascopum
dixit. Apud Rhenum,
et Ducrum Antyllorum,
et alibi Catascopium.

depositos

enim elephanti multorum annorum doctrina usúq; uetusto uix edocti, tamen communi periculo in aciem producuntur. Dum hæc ad Ruſpinam ab utriſq; ducibus administrãtur, C. Vergilius Petronius, qui Thapſo oppido maritimo præerat, quũ animaduertiſſet naues ſingulas cum exercitu Cæſaris incertas locorum atq; caſtrorũ ſuorum uagari, occaſionem nactus, nauim quam ibi habuit actuariam cõplet militibus & ſagittarijs: eidem ſcaphas de nauib. adiungit, ac ſingulas naues Cæſarianas cõſectari cœpit: et cùm plures adortus, pulſus fugatusq; inde diſceſſiſſet, nec tamen deſiſteret periclitari, fortè incidit in nauem, in qua erant duo Titi Hiſpani adoleſcentes tribuni legionis v. quorum patrem Cæſar in Senatum legerat: & cum his T. Salienus Centurio legionis eiuſdẽ, qui M. Meſſalã legatum obſederat Meſſanæ, & ſeditioſiſſima oratione apud eum eſt uſus: idemq; & pecuniam & ornamenta triumphi Cæſaris retinenda & cuſtodienda curauerat, & ob has cauſas timebat ſibi. Hic propter conſcientiam peccatorum ſuorum perſuaſit adoleſcentibus, ne repugnarent, ſeſeq; Vergilio traderẽt. Itaq; deducti à Vergilio ad Scipionẽ, cuſtodibus traditi, & poſt diem tertium ſunt interfecti. Qui cùm ducerentur ad necẽ, petiſſe dicitur maior Titus à Centurionibus, uti ſe priorem quàm fratrem interficerent: idq; ab eis facilè impetraſſe, atq; ita eſſe interfectos. Turmæ interim equitum, quæ pro uallo in ſtationibus eſſe ſolebant, ab utriſq; ducibus quotidie mutuis prælijs inter ſe pugnare non intermittunt. Nonnunquam etiã Germani Galliq; Labieniani cum Cæſaris equitibus fide data inter ſe colloquebantur. Labienus interim cum parte equitatus Leptim oppidũ, cui præerat Saſerna, cum

cohor-

cohortibus tribus oppugnare, ac ui irrumpere cõabatur: quod à defensoribus propter egregiam munitionem oppidi, & tormentorum multitudinem facilè & sine periculo defendebatur. Quod ubi eius facere equitatus sæpius non intermittebat, & cùm fortè ante portam turma densa astitisset, scorpione accuratius misso, atq; eorũ decurione percusso, & ad* decumanã defixo, reliqui perterriti, terram fuga se in castra recipiũt. Quo facto postea sunt deterriti oppidũ tentare. Scipio interim ferè quotidie non longè à suis castris passibus CCC. instruere aciem, ac maiore diei parte cõsumpta, rursus se in castra recipere. Quod cũ sæpius fieret, neq; ex Cæsaris castris quisquã prodiret, neq; propius eius copias accederet, despecta patientia Cæsaris exercitusq; eius, uniuersis copijs productis, elephantisq; turritis XXX. ante aciem instructis, quàm latissimè potuit porrecta equitũ peditumq; multitudine, uno tẽpore progressus, haud ita longè à Cæsaris castris constitit in campo. Quibus rebus cognitis, Cæsar iubet milites, qui extra munitiones processerant, quiq; pabulandi, aut lignandi, aut etiã muniendi gratia uallum petierant, quæq; ad eandem rem opus erant, oẽs intra munitiones minutatim, modestèq; sine tumultu aut terrore se recipere, atq; in opere consistere: equitibus autem qui in statione fuerant, præcipit, ut usq; eò locum obtinerent, in quo paulo antè constitissent, donec ab hoste missum telum ad se peruenireť: quòd si propius accederetur, quàm honestissimè se intra munitiões reciperẽt. Alij quoq; equitatui edicit, uti quisq; suo loco paratus armatusq; præstò esset. At hæc non ipse per se corãm, cũ de uallo perspecularetur, sed mirabili peritus scientia bellandi, in prætorio sedẽs, per speculatores

& nuntios imperabat quæ fieri uolebat. Animaduertebat enim, quanquam magnis essent copijs aduersarij freti, tamen sæpius à se fugatis, pulsis, perterritisq;, & concessam uitam, & ignota peccata. Quibus rebus nunquam tanta suppeteret ex ipsorum inertia, conscientiaq; animi, uictoriæ fiducia, ut castra sua adoriri auderent. Præterea ipsius nomẽ authoritásque magna ex parte eorum exercitus minuebat audaciam. Tum egregiæ munitiones castrorum, & ualli fossarumq; altitudo & extra nallum styli cæci mirabilem in modũ consiti, uel sine defensoribus aditum aduersarijs prohibebant. Scorpionum, catapultarum, cæterorúmque telorum, quæ ad defendendum solent parari, magnam copiam habebat. Atque hæc propter exercitus sui præsentis paucitatem & tyrocinium præparauerat, non hostium ui & metu commotus: sapientem se, timidumq; hostium opinioni præbebat. Neque idcirco copias, quanquam erant paucæ, tyronumq;, non educebat in aciem, quòd uictoriæ suorum diffideret: sed referre arbitrabatur, cuiusmodi uictoria esset futura. Turpe enim sibi existimabat, tot rebus gestis, tantisq; exercitibus deuictis, tot tam claris uictorijs partis, ab reliquis copijs aduersariorum suorum ex fuga collectis, se cruentam adeptum existimari uictoriam. Itaque constituerat gloriam exultationemq; eorum pati, donec sibi ueteranorum legionum pars aliqua in secundo cõmeatu occurrisset. Scipio interim pauliſper (ut antè dixi) in eo loco commoratus, ut quasi desperasse Cæsarem uideretur, paulatim reducit suas copias in castra: & cõcione aduocata, de terrore suo, desperationeq; exercitus Cæsaris uerba facit: & cohortatus suos, uictoriam propriam se eis breui

datu

daturũ pollicetur. Cæsar iubet milites rursus ad opus redire, & per causam munitionum tyrones in labore defatigare non intermittit. Interim Numidæ Getuliq; dissugere quotidie ex castris Scipionis, & partim in regnum se conferre, partim quòd ipsi maioréque eorum beneficio C. Marij usi fuissent, Cæsarémque eius affinem esse audiebant, in eius castra perfugere cateruatim non intermittunt. Quorum ex numero electis hominibus, illustriores Getulos, literis ad suos ciues datis, cohortatus, ut manu facta se suósque defenderent, & ne suis inimicis aduersarijsq; dicto audientes essent, mittit. Dum hæc ad Ruspinam fiunt, legati ex Acilla ciuitate libera etiam undiq; ad Cæsarem ueniunt, seq; paratos quæcunque imperasset, & libenti animo facturos pollicentur: tantùm orare & petere ab eo, ut sibi præsidium daret, quò tutius id & sine periculo facere possent: se & frumentum, & quæcunque res eis suppeteret, communis salutis gratia subministraturos. Quibus rebus facilè à Cæsare impetratis, præsidióque dato, C. Meßium ædilitia functum potestate, Acillam iubet proficiſci. Quibus rebus cognitis, Considius * Longus, qui Adrumeti cũ duabus legionibus & equitibus DCC. præerat, celeriter ibi parte præsidij relicta, cum octo cohortibus Acillam ire contendit. Meßius celerius itinere confecto, prior Acillam cum cohortibus peruenit. Consídius interim quum ad urbem cum copijs acceßisset, et animaduertisset præsidium Cæsaris ibi esse, non ausus periculo suo rem facere, nulla re gesta pro multitudine hominum rursus Adrumetum se recepit. Deinde paucis pòst diebus equestribus copijs à Labieno adductis, rursus Acillitanos castris positis obsidere cœpit. Per

* Longus Lõginus

id tem-

id tempus C. Salluſtius Criſpus, quem paucis antè diebus miſſum à Cæſare cum claſſe demonſtrauimus, Cercinnam peruenit: cuius aduentu C. Decius quæſtorius uir, qui ibi cum grandi familiæ ſuæ præſidio præerat cõmeatui, paruulum nauigium nactus conſcendit, ac ſe fugæ cõmendat. Salluſtius interim prætor à Cercinnatibus receptus, magno numero frumẽti inuento, naues onerarias, quarũ ibi ſatis magna copia fuit, complet, atq; in caſtra ad Cæſarem mittit. Allienus interim proconſul è Lilybæo in naues onerarias imponit legiones decimamtertiam & decimamquartam, & equites Gallos DCCC. funditorum ſagittariorumq; M. ac ſecundum commeatum in Africã mittit ad Cæſarẽ. Quæ naues uentũ ſecundum nactæ, quarta die in portũ ad Ruſpinã, ubi Cæſar caſtra habuerat, incolumes peruenerunt. Ita Cæſar duplici lætitia ac uoluptate uno tempore auctus, frumento, auxilijsq; tandem ſuis exhilaratis animo, atq; leuata ſolicitudine, deponit legiones: equitesq; ex nauib. egreſſos iubet ex languore nauſeaq; reficere: dimiſſos in caſtella, munitionesq; diſponit. Quibus rebus Scipio, quiq; cũ eo eſſent comites mirari, & requirere: C. Cæſarẽ, qui ultrò conſueſſet bellum inferre, ac laceſſere prælio, ſubitò commutatũ non ſine magno conſilio ſuſpicabantur. Itaq; ex eius patientia in magnũ timorem coniecti, ex Getulis duos, quos arbitrabantur ſuis rebus amiciſſimos, magnis præmijs pollicitationibusq; propoſitis, pro perfugis ſpeculandi gratia in Cæſaris caſtra mittunt: qui ſimulatq; ad eum ſunt deducti, petierunt, ut ſibi liceret ſine periculo uerba proloqui. Poteſtate facta: Sæpenumero, inquiunt, Imperator, cõplures Getuli, qui ſumus clientes C. Marij, et propemodum omnes ciues Romani,

mani, qui sunt in legione quarta & sexta, ad te uoluimus, in tuaq; præsidia confugere: sed custodijs equitum Numidarum, quò id sine periculo minus faceremus, impediebamur. Nunc data facultate, pro speculatoribus missi à Scipione, ad te cupidissimè uenimus, ut perspiceremus num quæ fossæ aut insidiæ elephantis ante castra portusq; uallí factæ essent: simulq; consilia uestra contra easdem bestias, cõparationemq; pugnæ cognosceremus, atq; ei renunciaremus. Qui collaudati à Cæsare, stipendioq; donati, ad reliquos perfugas deducuntur: quorum orationẽ celeriter ueritas cõprobabat. Nanq; postero die ex legionibus ijs quas Getuli nominauerunt, milites legionarij complures à Scipione in castra Cæsaris perfugerũt. Dum hæc ad Ruspinam geruntur, M. Cato qui Uticæ præerat, delectus quotidie libertinorum, Afrorum, seruorũ denicq;, & cuiusq; modi generis hominum, qui modò per ætatem arma ferre poterant, habere, atq; sub manum Scipionis in castra submittere nõ intermittit. Legati interim ex oppido Tisdre, in quo tritici modia millia CCC. comportata fuerant à negotiatoribus Italicis aratoribusq;, ad Cæsarem uenêre: quantaq; copia frumenti apud se sit docent: simulq; orant, ut sibi præsidiũ mittat, quò facilius & frumentum & copiæ suæ conseruentur. Quibus Cæsar in præsentia gratias agit, præsidiumq; breui tẽpore se missurum dixit, cohortatusq; ad suos ciues iubet proficisci. P.

*Sitius interim cũ copijs Numidiæ fines ingressus, castello in montis loco munito locato, in quod Iuba belli gerẽdi gratia & frumentum, & cætera quæ ad bellum usui solent esse, comportauerat, ui expugnando est potitus. Cæsar postquam legionibus ueteranis duabus, equitatu, leuiq; armaSiccius

armatura, copias suas ex secundo cõmeatu auxerat, naues VI. onerarias statim iubet Lilybæum ad reliquũ exercitũ transportandum proficisci. Ipse VI. Cal. Febr. circiter uigilia prima imperat, speculatores apparitoresque omnes ut sibi præstò essent. Itaq; omnibus inscijs, neq; suspicantibus uigilia III. iubet omnes legiones ex castris educi, atq; se cõsequi ad oppidum Ruspinam uersus, in quo ipse præsidium habuit, & quod primũ ad amicitiã eius accesserat: inde paruulam procluuitatem digressus, sinistra parte
ducit campi, propter mare legiones* educit. Hic campus mirabili planicie patet millia passuum XV. quẽ iugum ingẽs à mari ortũ, neq; ita prealtum, uelut theatri efficit speciem. In hoc iugo colles sunt excelsi pauci, in quibus singulæ turres speculæq; singulæ perueteres erãt collocatæ, quarum apud ultimã præsidiũ & statio fuit Scipionis. Postquam Cæsar ad iugum, de quo docui, ascendit, atq; in unumquẽq; collem turres castelláque facere cœpit, atq; ea minus semihora effecit: & postquã non ita longè ab ultimo colle turri que fuit, quæ proxima fuit castris aduersariorũ, in qua docui esse præsidium stationemq; Numidarum: Cæsar paulisper cõmoratus, perspectaq; natura loco, equitatu in statione disposito, legionibus opus attribuit: brachiumq; medio iugo ab eo loco, ad quem peruenerat, usq; ad eum unde egressus erat, iubet dirigi ac munri. Quod postquam Scipio Labienusq; animaduerterunt, equitatu omni ex castris educto, acieque equestri instructa à suis munitionibus circiter passus mille progrediuntur, pedestrẽq; copiã in secũda acie minus passus CCCC. à castris suis constituunt. Cæsar in opere milites adhortari, neq; aduersariorum copijs moueri. Iam quum non amplius

*plius passuũ mille quingentis inter hostium aciem suas q; munitiones esse animaduertisset, intellexissetque ad impediendos milites suos, & ab opere depellendos, hostem propius accedere, neceßéque haberet legiones à munitionibus deducere: imperat turmæ Hispanorum, ut ad proximum collem properè accurrerent, præsidiúmque inde deturbarẽt, locũmque caperent: eodémque iubet leuis armaturæ paucos consequi subsidio. Qui missi celeriter Numidas adorti, partim uiuos capiunt, nonnullos equites fugientes conuulnerauerunt, locóque sunt potiti. Postquam id Labienus animaduertit, quò celerius ijs auxilium ferret, ex acie instructa equitatus sui propè totum dextrum cornu auertit, atque suis agentibus suppetias ire contendit. Quod ubi Cæsar conspexit, Labienum ab suis copijs longius iam abscessisse, equitatus sui alam sinistram ad intercludendos hostes immisit. Erat in eo campo ubi ea res gerebatur, uilla permagna, quatuor turribus extructa, quæ Labieni prospectũ impediebat, ne posset animaduertere ab equitatu Cæsaris se intercludi. Itaque non prius uidit turmas Iulianas, quàm suos cædi à tergo sensit. Ex quare subitò in terrorem conuerso equitatu Numidarum, rectà in castra fugere contendit. Galli Germanique qui restiterant, ex superiore loco & post tergum circumuenti, fortitérque resistentes, conciduntur omnes. Quod ubi legiones Scipionis, quæ pro castris erant instructæ, animaduerterunt: metu ac terrore obcæcatæ, omnibus portis in sua castra fugere cœperũt. Postquã Scipione eiúsque copijs campo collibúsque exturbatis, atq; in castra cõpulsis, cùm receptui Cæsar cani iussisset, equitatúmque omnẽ intra suas munitiones recepisset,

amplius passibus C C. al. amp. passib. D.

campo

campo purgato, animaduertit mirifica corpora Gallorũ Germanorumq;, qui partim eius autoritatẽ erant ex Gallia secuti, partim precio pollicitationibusq; adducti ad eũ se contulerant, nõnulli qui ex Curionis prælio capti conseruatiq;, parem gratiam in fide partiẽda præstare uoluerant. Horũ corpora, mirifica specie amplitudineq;, cæsa toto campo ac prostrata diuersa iacebãt. His rebus gestis, postero die Cæsar ex omnibus præsidijs cohortes educit, atq; omneis suas copias in cãpo instruxit. Scipio suis male acceptis, occisis, uulneratisq;, intra suas cõtinere se munitiones cœpit. Cæsar instructa acie secundum infimas iugi radices propius munitiones leniter accessit: iamq; minus mille passuũ ab oppido Vzita, quod Scipio tenebat, aberant legiones Iulianæ, quũ Scipio ueritus ne oppidum amitteret, unde aquari, reliquisq; rebus subleuari eius exercitus cõsueuerat, eductis omnibus copijs, quadruplici acie instructa, ex instituto suo prima equestri turmatim directa, elephãtisq; turritis interpositis, armatisq; suppetias ire cõtendit. Quod ubi Cæsar animaduertit, arbitratus Scipionem ad dimicandũ paratũ, ad se certo animo uenire, in eo loco quem paulo antè commemoraui, ante oppidũ constitit, suamq; aciem mediam eo oppido texit. Dextrum sinistrũq; cornu, ubi elephãti erãt, in cõspectu patenti aduersariorum constituit. Cùm iam prope solis occasum Cæsar expectauisset, neq; ex eo loco quo cõstiterat, Scipionẽ progredi propius se animaduertisset, locoq; se magis defendere, si res coegisset, quã in cãpo cominus cõsistere audere: non est uisa ratio propius accedendi eo die ad oppidum, quoniam ibi præsidium grande Numidarũ esse cognouerat, hostesq; mediam aciem suam oppido texisse:

xisse: sibiq; difficile factu esse intellexit, simul & oppidũ uno tempore oppugnare, & in acie in cornu dextrum & sinistrum ex iniquiore loco pugnare, præsertim cùm milites à mane diei ieiuni sub armis stetissent defatigati. Itaq; reductis suis copijs in castra, postero die propius eorum aciem instituit exporrigere munitiones. Interim Considius, qui Acillam & octo cohortes stipendiarias Numidis Getulisq; obsidebat, ubi C. Meßius cohortibus præerat, diu multũq; expertus, magnisq; operibus sæpe admotis, & ijs ab oppidanis incensis, quum proficeret nihil, subitò nuncio de equestri prælio allato commotus, frumento, cuius in castris copiã habuerat, incenso, uino, oleo, cæterisq; rebus quæ ad uictum parari solent, corruptus, Acillam quam obsidebat, deseruit, atq; itinere per regnum Iubæ facto, copias cũ Scipione partitus, Adrumetum se recepit. Interea ex secundo commeatu, quem à Sicilia miserat Allienus, nauis una, in qua fuerat Q. Cominius, & L. Ticida eques Rom. ab residua classe cùm errauisset, delataq; esset uento ad Thapsum, à Vergilio scaphis nauiculisq; actuarijs excepta est, & ad Scipionem deducta. Item altera nauis triremis ex eadem classe errabunda, ac tempestate ad Egimurum delata, à classe Vari & M. Octauij est capta, in qua milites ueterani cum uno Centurione, & nonnulli tyrones fuerunt, quos Varus asseruatos sine contumelia deducẽdos curauit ad Scipionem: qui postquam ad eũ peruenerunt, & ante suggestum eius constiterũt: Non uestra, inquit, sponte uos, certò scio, sed illius scelerati uestri imperatoris impulsu & imperio coactos, ciues & optimũ quenq; nefariè consectari: quos quoniã fortuna in nostrã detulit potestatẽ, si id quod facere debetis, rempu-

blicam cum optimo quoq; defenditis, certum est uobis uitam & pecuniam donare: quapropter quid sentiatis, proloquimini. Hac habita oratione, Scipio cùm existimasset pro suo beneficio sine dubio ab ijs gratias sibi actum iri, potestatẽ ijs dicendi fecit. Ex ijs Centurio legionis XIIII. Pro tuo, inquit, summo beneficio Scipio tibi gratias ago (non enim imperatorem te appello) quòd mihi uitam incolumitatemq;, belli iure capto, polliceris: & forsan isto uterer beneficio, si non ei summum scelus adiungeretur. Egóne contra Cæsarem imperatorem meum, apud quem ordinem duxi, eiusq; exercitũ, pro cuius dignitate uictoriaq; amplius * XXXVI. annis depugnaui, aduersus, armatusq; consistam? Neque ego istud facturus sum, & te magnopere, ut de negocio desistas, adhortor. Contra cuius enim copias contẽdas, si minus antea expertus es, licet nũc cognoscas. Elige ex tuis cohortem unã, quã putas esse firmissimam, & cõstitue contra me: ego autem ex meis commilitonibus, quos nunc in tua tenes potestate, nõ amplius x. sumam: tũc ex uirtute nostra intelliges, quid ex tuis copijs sperare debeas. Postquam hæc Centurio præsenti animo aduersus opinionem eius est locutus, ira percitus Scipio, atque animi dolore incensus, annuit Centurionibus quid fieri uellet, atq; ante pedes Centurionem interfecit, reliquosq; ueteranos à tyronibus iubet secerni. Abducite, inquit, istos, nefario scelere contaminatos, & cæde ciuium saginatos. Sic extra uallũ deducti sunt, & cruciabiliter interfecti. Tyrones autẽ iubet inter legiones dispertiri, & Cominium cũ Ticida in conspectum suum prohibet adduci. Qua ex re Cæsar commotus, eos quos in stationibus cũ longis nauibus apud Thapsum custodiæ causa esse iusse-

XVI.

iusserat, ut suis onerarijs longisq; nauibus præsidio essent, ob negligentiam ignominiæ causa dimittendos ab exercitu, grauissimũq; in eos edictũ proponendũ curauit. Per id tempus ferè Cæsaris exercitui res accidit incredibilis auditu: nanq; Vergiliarum signo cõfecto, circiter uigilia secunda noctis, nimbus cum * saxorum grandine subitò est exortus ingens. Ad hoc aũt incõmodum acceſſerat, quòd Cæsar non more superiorũ imperatorũ in hybernis exercitum cõtinebat, sed in tertio quartoq; die procedendo, propiusq; hostem accedendo, castra cõmuniebat: opereq; faciendo milites se circumspiciẽdi nõ habebant facultatem Præterea ita ex Sicilia exercitũ transportauerat, ut præter ipsum militẽ & arma, neq; uas, neq; mancipium, neq; ullã rem quæ usui militi esse cõsueuit, in naues imponi pateretur. In * Africã autẽ non modò sibi quicquã non acquisierant aut parauerant, sed etiam propter annonæ caritatem antè parta consumpserant. Quibus rebus attenuati, oppidò perquàm pauci sub pellibus acquiescebant. Reliqui ex uestimentis tentoriolis factis, atq; arundinibus corijsq; contectis permanebant. Itaq; subitò imbre grandineq; consecuta, grauati pondere, tenebris aquaq; omnes subruti, dissectiq; nocte intempesta, ignibus extinctis, rebusq; ad uictũ pertinẽtibus omnibus corruptis, per castra passim uagabantur, scutisq; capita contegebant. Eadem nocte v. legionis pilorum cacumina sua sponte arserũt. Rex interim Iuba de equestri prælio Scipiõis certior factus, euocatusq; ab eodẽ literis, præfecto Saburæ cũ parte exercitus cõtra Sitium relicto, ut secũ ipse aliquid autoritatis haberet, exercitus Scipionis à terrore * Cæsaris, cũ tribus legionib. equitibusq; frænatis DCCC. Numidis

saxea

Africa

Cæsaris liberare tur, cum &c.

sine frænis, peditibusq; eius armaturæ grandi numero, & elephantis q; x x x. egressus è regno, ad Scipionem est profectus. Postquam ad eum peruenit, castris regijs seorsum positis, cũ eis copijs quas commemoraui, haud ita lõgè à Cæsaris Scipione cõsedit. Erat in castris * Scipionis superiori tẽpore magnus terror, & expectatione copiarum regiarũ exercitus eius magis suspensione animi ante aduentũ Iubæ commouebatur. Postquam uerò castra castris cõtulit, despectis eius copijs, omnem terrorem deponit. Ita quam antea absens habuerat autoritatem, eam omnem præsens dimiserat. Quo facto, cuiuis facile fuit intellectu, Scipioni additũ animũ fiduciamq; regis aduentu. Nam postero die uniuersas suas regisq; copias cum elephantis LX. productas in aciem, quàm speciosissimè potuit, instruxit: ac paulò longius progressus à suis munitionibus, haud ita diu cõmoratus, se recepit in castra. Cæsar postquam animaduertit Scipioni auxilia ferè quæ expectasset, omnia conuenisse, neq; moram pugnandi ullam fore, per iugum summum cũ copijs progredi cœpit, & brachia protinus ducere, & castella munire, propiusq; Scipionem capiendo loca excelsa occupare contendit. Aduersarij magnitudine copiarum cõfisi, proximũ collem occupauerunt, atq; ita longius sibi progrediendi eripuerunt facultatẽ. Eiusdem collis occupandi gratia Labienus cõsilium ceperat, & quò propiore loco fuerat, eò celerius occurrerat. Erat cõuallis satis magna latitudine, altitudine prærupta, crebris locis speluncæ in modum subruptis, quæ erat transeunda Cæsari antè, quàm ad eum collem quem capere uolebat, perueniretur: ultraq; eam conuallem oliuetum uetus crebris arboribus condensum. Hic cùm Labienus animaduer-

maduertisset, Cæsarem, si uellet eum locũ occupare, prius necesse cõuallem oliuetum q; transgredi: eorum locorum peritus, in insidijs cum parte equitatus leuiq; armatura cõsedit: & præterea post montẽ collemq; equites in occulto collocauerat, ut quũ ipse ex improuiso legionarios adortus esset, ex colle se equitatus ostenderet: ut re duplici perturbatus Cæsar, eiusq; exercitus, neq; retrò regrediundi, neq; ultrà procedẽdi ablata facultate, circũuentus concideretur. Cæsar equitatu antè præmisso, inscius insidiarum, quum ad eum locum uenisset, abusi, siue obliti præceptorum Labieni, siue ueriti ne in fossa ab equitibus opprimerentur, rari ac singuli de rupe prodire, & summa petere collis: quos Cæsaris equites cõsecuti, partim interfecerunt, partim uiuis sunt potiti. Deinde protinus collem petere contenderunt, atq; eum, decusso Labieni præsidio, celeriter occupauerunt. Labienus cum parte equitũ uix fuga sibi peperit salutẽ. Hac re per equites gesta, Cæsar legionib. opera distribuit, atq; in eo colle quo erat potitus, castra muniuit. Deinde ab suis maximis castris per medium campum è regione oppidi Vzitæ, quod inter sua castra & Scipionis in planicie positum erat, tenebatúrque à Scipione, duo brachia instituit duci, & ita erigere, ut ad angulũ dextrum sinistrúmque eius oppidi conuenirent. Is hac ratione opus instruebat, ut cùm propius oppidum copias admouisset, oppugnareq; cœpisset, tecta latera suis munitionib. haberet, ne ab equitatus multitudine circumuentus, ab oppugnatione deterreretur. Præterea quò facilius colloquia fieri possent, & si qui perfugere uellent (id quod antea sæpe accidebat magno cũ eorũ periculo) tum facilè & sine periculo fieret. Voluit etiam experiri, cùm

propius hostem accessisset, habcrétne in animo dimicare. Accedebat etiam ad reliquas causas, quòd is locus depressus erat, puteiq; ibi nonnulli fieri poterãt: aquatione enim longa & angusta utebatur. Dum hæc opera quæ antè dixi, fiebãt à legionibus, interim pars acici ante opus instructa sub hoste stabat: equites barbari, leuisq; armaturæ prælijs minutis cominus dimicabant. Cæsar ab eo opere cum iam sub uesperũ copias in castra reduceret, magno incursu cũ omni equitatu, leuiq; armatura, Iuba, Scipio, Labienus, in legionarios impetũ fecerunt. Equites Cæsariani ex ui uniuersæ subitæq; hostium multitudinis pulsi, parũper cesserunt: quæ res aliter aduersarijs cecidit. namq; Cæsar ex medio itinere copijs reductis, equitibus suis auxiliũ tulit: equites autẽ aduentũ legionũ animo addito, conuersis equis in Numidas cupidè insequẽtes dispersosq; impetum fecerunt, atq; eos conuulneratos usq; in castra regia repulerunt, multosq; ex his interfecerunt. Quòd ni in noctem prælium esset coniectũ, puluisq; uento flatus omniũ prospectibus offeciſſet, Iuba cum Labieno capti in potestatẽ Cæsaris uenissent, equitatusq; cum leui armatura funditus ad internecionẽ deletus esset. Interim incredibiliter ex legionibus quarta & sexta Scipionis milites diffugere, partim in castra Cæsaris, partim in quã quisq; poterat regionẽ peruenire. Itẽq; equites Curiani diffisi Scipioni, eiusq; copijs, complures se eôdem conferebant. Dum hæc circũ Vzitam ab utrisq; ducibus administrantur, legiones duæ, IX. & X. ex Sicilia nauibus onerarijs profectæ, cùm iam non longè à portu Ruspinæ abessent, cõspicatæ naues Cæsarianas, quæ in statione apud Thapsum stabant, ueritine in aduersariorum, ut insidiandi gratia ibi cõmorantium,

classem

classem incíderent, imprudentes uela in altum dederunt, ac diu multumq; iactati, tandē multis post diebus siti inopiaq; confecti, ad Cæsarem peruenerunt. Quibus legionibus expositis, memor in Italia pristinæ licentiæ militaris, ac rapinarū certorum hominum paruulā modò causulam nactus Cæsar, quòd Auienus Trib. mil. x. legionis nauem commeatu familia sua atq; iumentis occupasset, neq; militem unum ab Sicilia sustulisset: postero die de suggestu, cōuocatis omnium legionum Tribunis Centurionibusq;: Maximè uellē, inquit, homines suæ petulantiæ, nimiæque libertatis aliquādo finē fecissent, meæque lenitatis, modestiæ, patientiæq; rationē habuissent. Sed quoniam ipsi sibi neq; modū neq; terminū constituunt, quo cæteri dissimiliter se gerāt, egomet ipse documentum more militari constituam. C. Auiene, quòd in Italia milites pop. Rom. contra Rempul. instigasti, rapinasq; per municipia fecisti, quodq; mihi Reiq; pub. inutilis fuisti, et pro militibus tuā familiam iumentaq; in naues imposuisti, tuaq; opera militibusq; tempore necessario Respub. caret, ob eas res ignominiæ causa ab exercitu meo te remoueo, hodieq; ex Africa abesse, & quantū potes proficisci iubeo. Itemq; te A. Fontei, quòd Tribunus mil. seditiosus, malusq; ciuis fuisti, te ab exercitu dimitto. T. Alliē, M. Tyro, C. Clusiane, cum ordines in meo exercitu beneficio, non uirtute consecuti, ita uos gesseritis, ut neq; bello fortes, neq; pace boni aut utiles fueritis, & magis in seditione, concitandisq; militibus aduersariorum nostrorum imperatoris, quàm pudoris modestiæque fueritis studiosiores, indignos uos esse arbitror, qui in meo exercitu ordines ducatis: missosque facio, & quantum potestis, abesse ab Africa iubeo.

Itaq; tradidit eos Centurionibus, & ad singulos non amplius singulis additis seruis, in nauim imponendos separatim curauit. Getuli interim perfugæ, quos cũ literis mandatisq; à Cæsare missos suprà docuimus, ad suos ciues perueniunt: quorum autoritate facilè adducti, Cæsarisq; nomine persuasi, à rege Iuba desciscunt, celeriterq; cũcti arma capiunt, contraq; regem facere non dubitant. Quibus rebus cognitis, Iuba distẽtus triplici bello, necessitate coactus, de suis copijs, quas contra Cæsarem adduxerat, VI. cohortes in fines regni sui mittit, quæ essent præsidio contra Getulos. Cæsar brachijs perfectis, promotisq; eò usq;, ut telũ ex oppido abijci non posset, castra munit: balistis, scorpionibusq; crebris ante frontem castrorum, contraq; oppidum collocatis, defensores muri deterrere non intermittit, eóque V. legiones ex superioribus castra deducit. Qua facultate oblata illustriores notissimiq; conspectum amicorum propinquorúmque efflagitabant, atq; inter se colloquebantur: quæ res quid utilitatis haberet, Cæsarem non fallebat. Namq; Getuli ex equitatu regio nobiliores, equitumq; præfecti, quorum patres cũ Mario antè meruerant, eiusque beneficio agris finibusq; donati post Syllæ victoriam, sub Hyempsalis regis erant potestate dati, occasione capta, nocte iam luminibus accẽsis, cum equis calonibusq; suis circiter mille perfugiunt in Cæsaris castra, quæ erant in campo proximè Vzitæ locata. Quod postquam Scipio, quiq; cum eo erant, cognouerunt, cùm commoti ex tali incommodo essent, ferè per id tempus M. Aquinium cum C. Saserna colloquentẽ uiderunt. Scipio mittit ad Aquinium, nil attinere eum cum aduersarijs colloqui. Cũ nihilominus eius sermonẽ nuncius ad se referret, dice-

diceretq;, ut reliqua quæ uellet, perageret: uiator postea ab Iuba ad eũ est missus, qui diceret audiente Saserna, Vetat te Rex colloqui. Quo nuncio perterritus discessit, & dicto audiens fuit Regi. Vsu uenisse hoc ciui Romano miror, & ei qui à pop. Rom. honores accepisset, incolumi patria fortunisq; omnibus, Iubæ barbaro potius obedientem fuisse, quàm aut Scipionis obtemperasse nuncio, aut cæsis eiusdem partis ciuibus incolumẽ reuerti malle. Atq; etiam superbius Iubæ factum non in M. Aquinium hominem nouum, paruumq; Senatorem, sed in Scipionem, hominem illa familia, dignitate, honoribusq; præstantem. Nam cùm Scipio sagulo purpureo ante Regis aduentum uti solitus esset, dicitur Iuba cũ eo egisse, nõ oportere illũ eodem uti uestitu, atq; ipse uteretur. Itaq; factum est, ut Scipio ad album sese uestitum transferret, & Iubæ homini superbissimo inertissimoq; obtemperaret. Postero die uniuersas omnium copias de castris omnibus educunt, & supercilium quoddam excelsum nacti, non longè à Cæsaris castris aciem constituunt, atq; ibi cõsistunt. Cæsar ilem producit copias, celeriterq; his instructis, ante suas munitiones quæ erant in campo, constitit: sine dubio existimãs, ultrò aduersarios, cùm tam magnis copijs auxilijsq; regis essent præditi, promptiusq; prosiluissent, ante se cõcursuros, propiusq; se accessuros, equo circũuectus, legionesq; cohortatus, signo dato, accessum hostium aucupabatur. Ipse enim à suis munitionibus longius non sine ratione non procedebat, quòd in oppido Vzita, quod Scipio tenebat, hostium erant cohortes armatæ. Eidem autem oppido ad dextrum latus eius cornu erat oppositum. Verebaturq;, ne si prætergressus esset, ex oppido eruptione facta,

ab latere eũ adorti cõciderent. Præterea hæc quoq; eum causa tardauit, quòd erat locus quidam perimpeditus ante aciem Scipionis, quem suis impedimento ad ultrò occurrendum fore existimabat. Nõ arbitror esse prætermittendum, quemadmodum exercitus utriusq; fuerint in aciem instructi. Scipio hoc modo aciem direxit: Collocabat in fronte suas & Iubæ legiones: postea autẽ Numidas in subsidiaria acie ita extenuatos, & in longitudinem directos, ut procul simplex esse acies à legionarijs militibus uideretur: in cornibus autẽ duplex esse existimabatur. Elephantos dextro sinistroq; cornu collocauerat, æqualibus inter eos interuallis interiectis. Post autem elephantos armaturas leues, Numidásque substituerat auxiliares. Equitatum frænatũ uniuersum in suo dextro cornu disposuerat: sinistrum enim cornu oppido Vzita claudebatur, neq; erat spaciũ equitatus explicãdi,* propterea Numidas, leuisq; armaturæ infinitã multitudinẽ ad dextrã partẽ suæ aciei opposuerat, ferè interiecto nõ minus M. passuum spacio, & ad collis radices magis appulerat, longiusq; ab aduersariorum suisq; copijs promouebat. Id hoc consilio, ut cũ acies duæ inter se concurrissent initio certaminis, paulò longius eius equitatus circumuectus ex improuiso claderet multitudine sua exercitum Cæsaris, atq; perturbatum iaculis cõfigeret. Hæc fuit ratio Scipionis eo die præliãdi. Cæsaris autẽ acies hoc modo fuit collocata, ut ab sinistro eius cornu ordiar, & ad dextrũ perueniã: habuit legionẽ nonã & octauã, in sinistro cornu: in dextro cornu trigesimã, uigesimam octauã, tertiamdecimã, quartamdecimã, tri gesimamtertiam & uigesimam sextã in media acie: ipsum dũt dextrũ cornu, secũdũ aciẽ ferè, in earũ legionũ parte

* præterea

cohor-

cohortium collocauerat. Præterea ex tyronũ legionibus paucas adiecerat. Tertiã aũt aciem in sinistrum suum cornu contulerat, & usq; ad aciei suæ mediã legionem porrexerat, & ita collocauerat, uti sinistrũ suum cornu triplex esset. Id eo cõsilio fecerat, quod suũ dextrũ latus munitionibus adiuuabatur: sinistrum autem, equitatus hostium * multitudini resistere posset: cõdemq; suum omnem contulerat equitatum: & quòd ei parum cõfidebat, præsidio his equitibus legionem quintã præmiserat, leuemq; armaturam inter equites interposuerat. Sagittarios, uariè passimq; locis certis, maximèque in cornibus collocauerat. Sic utrorumq; exercitus instructi, non plus passuum trecentorum interiecto spacio, quod fortè ante id tẽpus acciderat nunquam, quin dimicaretur, à mane usq; ad horam decimam diei perstiterunt. Itáque Cæsar dum exercitum reducere intra munitiones suas cœpisset, subitò uniuersus equitatus ulterior Numidarum Getulorumq; sine frænis ad dextrã partẽ se mouere, propiusq; Cæsaris castra, quæ erãt in colle, se cõferre cœpit. Frænati aũt Labieni equites in loco permanere, legionesq; distinere: cum subitò pars equitatus Cæsaris cũ leui armatura cõtra Getulos iniussu ac temerè longius progressi, paludemq; transgressi, multitudinem hostium sustinere pauci non potuerunt: leuiq; armatura deserti, ac pulsi, cõuulneratiq;, uno equite amisso, multis equis saucijs, leuis armaturæ uigintisex occisis, ad suos refugerũt. Quo secundo equestri prælio facto, Scipio lætus in castra nocte copias reduxit. Quod proprium gaudiũ bellantibus fortuna tribuere non decreuit. Nanq; postero die Cæsar cũ partẽ equitatus sui Leptim frumenti gratia misisset, in itinere prædatores equites Numidas Getu-

multitudini uti resistere posset la bornbat, eodẽq;.

Getulosq; ex improuiso adorti, circiter centũ partim occiderunt, partim uiuorũ potiti sunt. Cæsar interim quotidie legiones in campum deducere, atq; opus facere, uallumq; & fossam per medium campum ducere, aduersariorumq; excursionibus iter officere non intermittit. Scipio itẽ munitiones contrà facere, & in iugo, ne à Cæsare excluderetur, adproperare. Ita duces utriq; & in operibus occupati erant, & nihilominus equestribus prælijs inter se quotidie dimicabant. Interim Varus classem, quam antea Vticæ hyemis gratia subduxerat, cognito legionis septimæ et octauæ ex Sicilia aduẽtu, celeriter deducit, ibiq; Getulis remigibus epibatisq; complet: insidiandiq; gratia ab Vtica progressus, Adrumetũ cũ quinquaginta quinque nauibus peruenit. Cuius aduentus inscius Cæsar, L. Cispiũ cum classe XXVII. nauium ad Thapsum uersus in stationem præsidij gratia commeatus sui mittit. Itemq; Q. Aquilam cum tredecim nauibus longis Adrumetum eadem de causa præmittit. Cispius quò erat missus, celeriter peruenit. At Aquila tempestate iactatus, promontorium superare nõ potuit: atq; angulum quendam tutũ à tempestate nactus, cũ classe se longius à prospectu remouit. Reliqua classis in salo ad Leptim, egressis remigibus, pasimq; in littore nauigantibus, partim in oppido uictus sui mercãdi gratia progressis, uacua à defensoribus stabat. Quibus rebus Varus ex perfugis cognitis, occasionẽ nactus, uigilia secunda Adrumeto ex Cothone egressus, primo mane Leptim uniuersa classe uectus, naues onerarias, quæ lõgius à portu in salo stabãt, incendit, & pentiremes duas uacuas à defensoribus nullo repugnante cepit. Cæsar interim celeriter per nuncios in castris, quum opera circuiret, certior

tior factus, quæ aberant à portu millia passuum VI. equo admisso, omissis omnib. rebus celeriter peruenit Leptim: ibiq; moratus, omnes ut se naues cõsequerentur, primum ipse nauigiolum paruũ cõscendit: in cursu Aquilam multitudine nauigiorum perterritum, atq; trepidantẽ nactus, hostiũ classem sequi cœpit. Interim Varus celeritate Cæsaris audaciaq; motus, cum uniuersa classe conuersis nauibus Adrumetum uersus fugere contendit: quem Cæsar in millibus passuum quatuor consecutus, recuperata quinq; remi, cum omnibus suis epibatis, atq; etiã hostium custodibus CXXXX. in ea naue captis, triremem hostium proximam, quæ in repugnando erat cõmorata, onustam remigum epibatarúmque cepit. Reliquæ naues hostium promontoriũ superarunt, atq; Adrumetũ in Cothonem se uniuersæ contulerunt. Cæsar eodem uento promontoriũ superare non potuit, atq; in salo in anchoris ea nocte commoratus, prima luce Adrumetum accedit: ibiq; nauibus onerarijs, quæ erant extra Cothonem incensis omnibusq; reliquis alijs aut subductis, aut in Cothonem compulsis, paulisper cõmoratus, si fortè uellent classe dimicare, rursus se recepit in castra. In ea naue captus est P. Vestrius eques Romanus, & P. Ligarius Afranianus, quem Cæsar in Hispania cũ reliquis dimiserat, & postea se ad Pompeium contulerat: inde ex prælio effugerat, in Africamq; ad Varum uenerat: quem ob periurium perfidiamq; Cæsar iussit necari. P. Vestrio autem, quòd eius frater Romæ pecuniam imperatã numerauerat, et quòd ipse suam causam Cæsari probauerat, se in Nasidij classe captum, cùm ad necem duceretur, beneficio Vari esse seruatum, postea facultatẽ sibi nullam datã transeundi, ignouit. Est in Africa

In salo ὕφαλος Graece, ἀποδιδόασιν, quod hic sit in salo rammorum vides? Vide Dioscor. in 20. Βυρσάριθος λιμὴν ἀποβαθεῖσαι ἡμέραν μίαν ὑφορμοῦσι· ὅπερ ἀπὸ τῆς ἀγκύρας τοῦτο ἔλεγον. Quam salmere τὰ ἄγκυρα Hesychius dicebat, sine barbarismo. Vide Turnebum in Adversar. 2. capite 30.

ca consuetudo incolarum, ut in agris & in omnibus ferè uillis sub terra specus condendi frumenti gratia clàm habeant, atq; id propter bella maximè, hostiumq; subitum aduentũ præparent. Qua de re Cæsar certior per indicem factus, tertia uigilia legiones duas cũ equitatu mittit à castris suis millia passuum decem, atque inde magno numero frumenti onustos recepit in castra. Quibus rebus cognitis, Labienus progressus à suis castris millia passuum VII. per iugum & collem, per quem Cæsar pridie iter fecerat, ibi castra duarum legionum facit: atq; ibi ipse quotidie existimãs Cæsarem eãdem sæpe frumentandi gratia cõmeaturum, cum magno equitatu, leuiq; armatura insidiaturus locis idoneis consedit. Cæsar interim de insidijs Labieni ex perfugis certior factus, paucos dies ibi cõmoratus, dum hostes quotidiano instituto sæpe idem faciendo in negligentiã adducerentur, subitò manè imperat porta decumana legiones se octo ueteranas cũ parte equitatus sequi: atq; equitibus præmissis, neq; opinãtes insidiatores subitò in conuallibus latentes leui armatura concìdit circiter D. reliquos in fugam turpissimam coniecit. Interim Labienus cũ uniuerso equitatu fugientibus suis suppetias occurrit: cuius uim multitudinẽq; cùm equites pauci Cæsariani iam sustinere nõ possent, Cæsar instructas legiones hostiũ copijs ostendit. Quo facto perterrito Labieno, ac retardato, suos equites recepit incolumes. Postero die Iuba, Numidas eos qui loco amisso fuga se receperant in castra, in cruce oẽs suffixit. Cæsar interim, quoniã frumenti inopia premebatur, copias omnes in castra conducit, atq; præsidio Lepti, Ruspinæ, Acillæ relicto, Cispio Aquilæq; classe tradita, ut alter Adrumetum, alter Thapsum mari obsi-

obsiderent, ipse castris incensis, quarta noctis uigilia, acie instructa, impedimentis in sinistra parte collocatis, ex eo loco proficiscitur, & peruenit ad oppidum Agar, quod à Getulis sæpe antea oppugnatum, summaq; ui per ipsos oppidanos erat defensum. Ibi in campo castris unis positis, ipse frumentatum circum uillas cum parte exercitus profectus, magno inuento hordei, olei, uini, fici numero, pauco tritici, atque recreato exercitu, redijt in castra. Scipio interim cognito Cæsaris discessu, cum uniuersis copijs per iugum Cæsarem subsequi cœpit, atq; ab eius castris millia passuum VI. longè trinis castris dispartitis copijs consedit. Oppidum erat Zetta, quod aberat à Scipione millia passuum decem ad eius regionem, & partem castrorum collocatum: à Cæsare autem diuersum ac remotum, quod erat ab eo longè millia passuum XVIII. Huc Scipio legiones duas frumẽtandi gratia misit. Quod postquam Cæsar ex perfugis cognouit, castris ex campo in collem ac tutiora loca collocatis, atque ibi præsidio relicto, ipse quarta uigilia egressus, præter hostium castra proficiscitur cum copijs, & oppido potitur. Legiones Scipionis comperit longius in agris frumentari: & quum eò contendere conaretur, animaduertit copias hostium ijs legionibus occurrere suppetias: quæ res eius impetum retardauit. Itaque capto C. Biotio Regino, equite Rom. Scipionis familiarissimo, qui ei oppido præerat, & P. Atrio equite Rom. de conuentu Vticensi, & camelis XXII. regis adductis, præsidio ibi cum Oppido legato relicto, ipse se recipere cœpit ad castra. Cùm iam nõ longè à castris Scipionis abesset, quæ eũ necesse erat præ tergredi, Labienus Afraniusq; cum omne equitatu leuiq;

armá-

armatura ex insidijs adorti, agmini eius extremo se offerunt, atq; ex collibus primis existiunt. Quod postquã Cæsar animaduertit, equitibus suis hostiũ ui oppositis, sarcinas legionarios in aceruũ iubet cõportare, atq; celeriter signa hostibus inferre: quod postquã cœptum est fieri, primo impetu legionũ, equitatus & leuis armatura hostium nullo negocio loco pulsa, & deiecta est de colle. Cùm iam Cæsar existimasset hostes pulsos deterritosq; finẽ lacessendi facturos, & iter cœptũ pergere cœpisset, iterum celeriter ex proximis collibus erumpunt, atq; eadem ratione, qua antè dixi, in Cæsaris legionarios impetũ faciunt Numidæ, leuisq; armaturæ, mirabili uelocitate præditi, qui inter equites pugnabant, & unà pariterq; cum equitibus accurrere & refugere consueuerãt. Cùm hoc sæpius facerent, & Iulianos proficiscentes insequerentur, & refugerent stantes, propius non accederent, & singulari genere pugnæ uterẽtur, eosq; iaculis conuulnerare satis esse crederent: Cæsar intellexit nihil aliud illos conari, nisi ut se cogerẽt castra in eo loco ponere, ubi omnino aquæ nihil esset, ut exercitus eius ieiunus, qui à quarta uigilia usq; ad horam x. dici nihil gustasset, ac iumenta siti perirent. Cùm iam ad solis occasum esset, & non totos centum passus in horis quatuor esset progressus, equitatu suo propter equorũ interitum extremo agmine remoto, legiones inuicem ad extremum agmen euocabat: ita uim hostium, placidè leniterq; procedens, per legionarium militem commodius sustinebat. Interim equitum Numidarum copiæ dextra sinistraq; per colles percurrere, coronæq; in modum cingere multitudine sua Cæsaris copias, pars agmen extremũ insequi. Cæsariani interim non amplius tres aut qua-

tuor milites ueterani, si se cõuertissent, & pila uirib. contorta in Numidas infestos coniecissent, amplius duorum milliũ numero ad unum terga uertebant, ac rursus ad aciem passim conuersis equis, se colligebant, atq; in spacio cõ sequebantur, et iacula in legionarios conijciebant. Ita Cæsar modò procedẽdo, modò resistendo, tardius itinere confecto, noctis hora prima omneis suos ad unũ in castra incolumes, saucijs x. factis, reduxit. Labienus circiter CCC amissis, multis uulneratis, ac defessis instando omnibus, ad suos se recepit. Scipio interim legiones productas cum elephantis, quos ante castra in acie terroris gratia in cõspectu Cæsaris collocauerat, reducit in castra. Cæsar contra eiusmodi hostiũ genera, copias suas, non ut imperator exercitum ueteranum, uictoremq; maximis rebus gestis, sed ut lanista tyrones gladiatores condoceface ret, quo pede se reciperent ab hoste, & quemadmodum obuersi aduersarijs, & in quantulo spacio resisterent, modò procurrerent, modò recederent, comminarenturq; impetum, ac propè quo loco, & quemadmodum tela mitterent, præcipit. mirificè enim hostiũ leuis armatura anxiũ exercitũ nostrum atq; solicitũ habebat: quia et equites deterrebat prælium inire, propter equorũ interitũ, quòd eos iaculis interficiebant: & legionarium militem defatigabant, propter uelocitatem. Grauis enim armaturæ miles, simulatq; ab his insectatus constiterat, in eosq; impetum fecerat, illi ueloci cursu facilè periculum uitabant. Quibus ex rebus Cæsar uehementer commouebatur: quia quodcunq; prælium quoties erat cõmissum, equitatu suo sine legionario milite, hostium equitatus, leuiq; armaturæ eorũ nullo modo par esse poterat. Solicitabatur autem his rebus, quòd

nondum hostium legiones cognouerat, & quo nam modò sustinere se posset ab eorũ equitatu, leuiq; armatura, quæ erat mirifica, si legiones quoque accessissent. Accedebat etiam hæc causa, quòd elephantorum magnitudo multitudoq; militum animos detinebat in terrore. Cui uni rei tamen inuenerat remedium. Nanque elephantos in Italiam transportari iusserat, quò & miles noster speciẽq; & uirtutem bestiæ cognosceret, & cui parti corporis eius telũ facilè adigi posset, ornatusq; ac loricatus elephantus cùm esset, quæ pars eius corporis nuda sine iegmine relinqueretur, ut eò tela conijcerentur. Præterea ut tumẽta bestiarum odorẽ, stridorẽ & speciẽ, consuetudine captarũ, non reformidarent: quibus ex rebus largiter erat consecutus. Nam & milites bestias manibus pertractabant, earumq; tarditatem cognoscebant: equitesq; in eos pila præpilata conijciebant, atq; in consuetudinem equos patientia bestiarum adduxerat. Ob has causas, quas suprà cõmemorauí, solicitabatur Cæsar, tardiorq; & consideratior erat factus, & ex pristina bellandi consuetudine celeritateq; excesserat. Nec mirum: copias enim habebat in Gallia bellare consuetas locis campestribus, & contra Gallos homines apertos, minimeq; insidiosos: qui per uirtutẽ, non per dolum dimicare cõsueuerunt. Tum autem erat ei laborandum, ut consuefaceret milites hostiũ dolos, insidias, artificia cognoscere: & quid sequi, quid uitare cõueniret. Itaq; quò hæc celerius conciperent, dabat operam, ut legiones nõ in uno loco cõtineret, sed per causam frumentãdi huc atq; illuc raptaret, ideo quòd hostiũ copias ab se suoq; uestigio non discessuras existimabat: atq; post diem tertium productas accuratius suas copias, sicut instruxerat, propter

pter hostiũ castra prætergressus, æquo loco inuitat ad dimicandũ. Postquã eos abhorrere uidet, reducit sub uesperum legiones in castra. Legati interim ex oppido Vacca, quod finitimũ fuit Vzitæ, cuius Cæsarẽ potitũ esse demõstrauimus, ueniunt: petunt & obsecrant, ut sibi præsidiũ mittat: se res complureis quæ utiles bello sint, administraturos. Per id tempus de eorum uoluntate studióque erga Cæsarem transfuga suos ciues facit certiores, Iubam regẽ celeriter cum copijs suis, antequàm Cæsaris præsidiũ eò peruenire t, ad oppidum accurrisse, atq; aduenientẽ multitudine circundata, eo potitum, omnibusq; eius oppidi incolis ad unum interfectis, dedisse oppidũ diripiendum deledendumq; militibus. Cæsar interim lustrato exercitu, ad XII. Calend. April. postero die productis uniuersis copijs, progressus à suis castris millia passuum V. à Scipione circiter II. milliũ interiecto spacio, in acie constitit. Postquã satis diuq; aduersarios à se ad dimicandum muitatos, supersedere pugnæ animaduertit, reducit copias. Postero die castra mouet, atq; iter ad oppidum Sarsuram, ubi Scipio Numidarum habuerat præsidium, frumentumq; conportauerat, ire contẽdit. Quod ubi Labienus animaduertit, cum equitatu leuiq; armatura agmen eius extremum carpere cœpit: atq; ita lixarum mercatorumq;, qui plaustris merces portabant, interceptis sarcinis, addito animo propius audaciusq; accedit ad legiones, quòd existimabat milites sub onere ac sub sarcinis defatigatos pugnare non posse. Quæres Cæsarem nõ fefellerat: namque expeditos ex singulis legionib. CCC. milites esse iusserat: itaq; eos in equitatũ Labieni immissos, turmis suorũ suppetias mittit. Tum Labienus, cõuersis equis, signorũ cõspectu perterri

tus, turpißimè cõtendit fugere, multis eius occisis, compluribus uulneratis. Milites legionarij ad sua se recipiũt signa, atq; iter incœptũ ire cœperũt. Labienus per iugum summum collis dextrorsus procul milites subsequi nõ desistit. Postquã Cæsar ad oppidũ Sarsurã uenit, inspectãtibus aduersarijs interfecto præsidio Scipionis, cùm suis auxilium ferre non auderent, fortiter repugnante P. Cornelio Scipione euocato, qui ibi præerat, atq; à multitudine circumuẽto interfectoq;, oppido potitur: atq; ibi frumento exercitui dato, postero die ad oppidum* Tisdrã peruenit: in quo Cõsidius per id tempus fuerat cũ grandi præsidio, cohorteq; sua gladiatorum. Cæsar oppidi natura perspecta, atq; inopia, ab oppugnatione eius deterritus, protinus profectus circiter millia passuum IIII. ad aquã fecit castra, atq; inde quarta die egressus, redit rursus ad ea castra quæ ad Agar habuerat. Idẽ facit Scipio, atq; in antiqua castra copias reducit. Thabenenses interim, qui sub ditione & potestate Iubæ esse cõsuessent, in extrema eius regni regione maritima locati, interfecto regio præsidio, legatos ad Cæsarem mittunt: rem malè gestam docent: petunt orantq;, ut suis fortunis præsto, quòd benemeriti essent, auxiliũ ferret. Cæsar eorũ cõsilio probato, M. Crispum tribunum cum cohorte, & sagittarijs tormentisq; compluribus, præsidio Thabenã mittit. Eodem tempore ex legionibus omnibus milites, qui aut morbo impediti, aut commeatu dato, cum signis non potuerant antè transire in Africam, ad millia IIII. equites CCCC. funditores sagittarijq; M. uno commeatu Cæsari occurrerunt. Itaq; cum his copijs & omnibus legionibus eductis, sicut erat instructus, VIII. millibus passuũ à suis castris, ab Scipionis

thebẽnã.

pionis uerò IIII. millibus passuũ, longè constitit in campo. Erat oppidum infra castra Scipionis nomina Tegea, ubi præsidium equestre circiter CCCC. habere cõsueuerat: eo equitatu dextra siniſtráque directo ab oppidi lateribus, ipse legionibus ex castris eductis, atq; in iugo inferiore instructis, nõ longius ferè M. passus ab suis munitionibus progressus, in acie constitit. Postquã diutius in uno loco Scipio commorabatur, & tempus diei in ocio consumebatur, Cæsar equitum turmas suorum iubet in hostiũ equitatũ, qui ad oppidum in statione erat, facere impressionem, leuemq; armaturam, sagittarios funditoresq; eôdem summittit. Quod ubi cœptum est fieri, & equis concitatis Iuliani impetum fecissent, Pacidius suos equites exporrigere cœpit in longitudinem, ut haberent facultatem turmas Iulianas circumfundere, & nihilominus fortißimè acerrimeq; pugnare. Quod ubi Cæsar animaduertit, trecentos quos ex legionibus habere expeditos consueuerat, ex proxima legione, quæ ei prælio in acie constiterat, iubet equitatui succurrere. Labienus interim suis equitibus auxilia equestria summittere, saucijsq; ac defatigatis integros, recẽtioribusq; uiribus equites subministrare. Postquã equites Iuliani CCCC. uim hostium ad IIII. millia numero sustinere non poterãt, & à leui armatura Numidarum uulnerabantur, minutatimq; cedebant, Cæsar alteram alam mittit, qui fatagentibus celeriter occurrerent. Quo facto, sui sublati uniuersi in hosteis impreßione facta, in fugã aduersarios dederunt, multis occisis, compluribus uulneratis: insecuti per tria millia passuum, usq; in colles hostibus adactis, se ad suos recipiunt. Cæsar in horam X. commoratus, sicut erat instructus, se ad sua castra

recepit, omnib. incolumibus. In quo prælio Pacidius grauiter pilo per caſsidē caput ictus, cōpluresq; duces, ac fortiſsimus quiſq; interfecti uulneratiq; ſunt. Poſtquam nulla cōditione cogere aduerſarios poterat, ut in æquū locum deſcenderent, legionumq; periculū facerēt, neq; ipſe propius hoſtē caſtra ponere propter aquæ penuriam ſe poſſe animaduerteret: aduerſarios nō eorum uirtute confidere, ſed aquarum inopia fretos, deſpicere ſe intellexit: pridie Non April. tertia uigilia egreſſus ab Agar XVI. millia paſſuū nocte progreſſus, ad Thapſum, ubi Vergilius cum grandi præſidio præerat, caſtra ponit, oppidumq; eo die circummunire cœpit, locaq; idonea opportunaq; complura præſidijs occupare, ne hoſtes intrare ad ſe, ac loca interiora capere poſſēt. Scipio interim cognitis Cæſaris conſilijs, ad neceſsitatem adductus dimicandi, ne per ſummum dedecus fidiſsimos ſuis rebus Thapſitanos & Vergilium amitteret, cōfeſtim Cæſarem per ſuperiora loca conſecutus, millia paſſuum octo à Thapſo binis caſtris conſedit. Erat ſtagnum ſalinarum, inter quod & mare anguſtiæ quædam non amplius mille & quingentos paſſus intererant, quas Scipio intrare, & Thapſitanis auxilium ferre conabatur: quod futurum Cæſarem non fefellerat. Namq; pridie in eo loco caſtello munito, ibiq; trino præſidio relicto, ipſe cum reliquis copijs lunatis caſtris Thapſum operibus circummuniuit. Scipio interim excluſus ab incœpto itinere, ſupra ſtagnum poſtero die & nocte confecta, cœlo albeſcente non longè à caſtris, præſidioq; quod ſuprà commemorauimus, mille quingentis paſsibus ad mare uerſus conſedit, & caſtra munire cœpit. Quod poſtquam Cæſari nunciatū eſt, milites ab opere deductos,

ductos, castris præsidio Asprenate procõsule cum legionibus duabus relicto, ipse cum expedita copia in eum locum citatim contendit, classisq; parte ad Thapsum relicta, reliquas naues iubet post hostium tergum quam maximè ad littus appelli, signumq; suum obseruare: quo signo dato, subitò clamore facto, ex improuiso hostibus auersis inuterent terrorẽ, ut perturbati ac perterriti respicere post terga cogerentur. Quò postquam Cæsar peruenit, & animaduertit aciem pro uallo Scipionis castris elephantisq; dextro sinistróque cornu collocatis, & nihilominus partem militum castra non ignauiter munire: ipse acie tripli ci collocata, legione decima secundaq; dextro cornu, octaua & nona sinistro, oppositis quinq; legionibus, in quarta acie ante ipsa cornua quinis cohortib. cõtra bestias collocatis, sagittarijs, funditoribus in utrisq; cornib. dispositis, leuiq; armatura inter equites interiecta, ipse pedibus circũ milites cõcursans, uirtutesq; ueteranorum præliaq; superiora commemorans, blandéq; appellans, animos eorum excitabat. Tyrones aũt, qui nunquã in acie dimicassent, hortabatur, ut ueteranorũ uirtutẽ æmularentur, eorumq; famam, nomen, locúmque uictoria parta cuperent possidere. Itaq; in circũeundo exercitum, animaduertit hostes circa uallũ trepidare, atq; ultrò citroq; pauidos concursare, & modò se intra portas recipere, modò incõstanter immoderateq; prodire. Cũq; idẽ à plurib. animaduerti cœptũ esset, subitò legati euocatiq; obsecrare Cæsarẽ, ne dubitaret signũ dare, uictoriã sibi propriam à dijs immortalibus portendi. Dubitante Cæsare, atq; eorũ studio cupiditatiq; resistente, sibiq́ue eruptione pugnari non placere clamitante, & etiam atq; etiã aciem sustentante,

subitò dextro cornu iniussu Cæsaris tubicen à militibus coactus canere cœpit. Quo facto ab uniuersis cohortibus signa in hostem cœpêre inferri: cum centuriones pectore aduerso resisterent, uiq; continerent milites, ne iniussu imperatoris concurrerent, nec quicquam proficerẽt. Quod postquam Cæsar intellexit, incitatis militum animis resisti nullo modo posse, signo felicitatis dato, equo admisso in hostẽ cõtra principes ire cõtendit. A dextro interim cornu funditores sagittarijq; concita tela in elephantos frequentes imijciunt: quo facto, bestiæ stridore fundarum lapidumq; perterritæ, sese conuertere, & suos post se frequentes stipatosq; proterere, & in portas ualli semifactas ruere cõtendunt. Item Mauri equites, qui in eodem cornu cum elephantis erant, præsidio deserti, principes fugiunt. Ita celeriter bestijs circuitis, legiones uallo hostiũ sunt potitæ: & paucis acriter repugnantibus interfectis, reliqui concitati in castra, unde pridie erant egressi, confugiunt. Non uidetur esse prætermittendum de uirtute militis ueterani quintæ legionis: nã cùm in sinistro cornu elephantus uulnere ictus, & dolore concitatus, in lixam inermem impetum fecisset, eumq; sub pede subditum, deinde genu innixus, pondere suo, proboscide erecta uibrãtiq;, stridore maximo premeret, atq; enecaret, miles hic non potuit pati, quin se armatũ bestiæ offerret: quẽ postquã elephantus ad se telo infesto uenire animaduertit, relicto cadauere, militem proboscide circundat, atq; in sublime extollit armatum: qui in eiusmodi periculo cum constanter agendum sibi uideret, gladio proboscidẽ quo erat circũdatus, cædere quantum uiribus poterat, non destitit: quo dolore adductus elephantus, milite abiecto, maximo cum stridore

cursuq;

cursúq; conuersus ad reliquas bestias se recepit. Interim Thapso qui erant præsidio, ex oppido eruptionem porta maritima faciũt, et siue ut suis subsidio occurrerẽt, siue ut oppido deserto fuga salutem sibi pararent, egrediuntur: atq; ita per mare umbilici fine ingressi, terram petebant. Qui à seruitijs pueriśq; qui in castris erant, lapidibus pilisq; prohibiti terram attingere, rursus se in oppidum receperunt, Interim Scipionis copijs prostratis, passimq; toto campo fugientibus, confestim Cæsaris legiones consequi, spaciúmque se non dare colligendi: qui postquam ad ea castra quæ petebant, perfugerunt, ut refectis castris rursus sese defenderent, ducem aliquem requirunt, quem respicerent, cuius autoritate imperióque rem gererent. Qui postquam aduerterunt, neminem ibi esse præsidio, protinus armis abiectis, in regia castra fugere contendunt. Quò postquam peruenerunt, ea quoq; ab Iulianis teneri uident. Desperata salute, in quodã colle consistunt, atq; armis dimissis salutationem more militari faciunt, quibus miseris ea res paruo præsidio fuit: namq; milites ueterani ira et dolore incensi, nõ modò, ut parcerẽt hosti, nõ poterãt adduci, sed etiã ex suo exercitu illustres urbanos, quos autores appellabãt, complures aut uulnerarũt, aut interfecerũt. In quo numero fuit Tullius Rufus Quæstorius, qui pilo traiectus consultò à milite, interijt. Item Pompeius Rufus brachiũ gladio percussus, nisi celeriter ad Cæsarẽ accurrisset, interfectus esset. Quo facto cõplures equites Romani senatoresq; perterriti, ex prælio se receperũt, ne à militibus, qui ex tãta uictoria licentiã sibi assumpsissent, immoderatè peccandi impunitatis propter maximas res gestas, ipsi quoq; interficerẽtur. Itaq; omnes

Scipionis milites, quum fidem Cæsaris implorarent, inspectante ipso Cæsare, & à militibus deprecante, eis uti parcerent, ad unum sunt interfecti. Cæsar trinis castris potitus, occisisq; hostiũ decem millibus, fugatisque compluribus, se recepit, quinquaginta militibus amissis, paucis saucijs, in castra. Ac statim ex itinere ante oppidũ Thapsum cõstitit, elephantosq; LXIIII. ornatos armatosq; cũ turribus ornamentisq; capit, captos ante oppidum instructos cõstituit. Id hoc consilio, si posset & Vergilius, quiq; cum eo obsidebãtur, rei malè gestæ suorũ indicio à pertinacia deduci. Deinde ipse Vergilium appellauit, inuitauitq; ad deditionem, suamq; lenitatem & clementiam cõmemorauit. Quem postquam animaduertit responsum sibi nõ dare, ab oppido recessit. Postero die diuina re facta, cõcione aduocata, in conspectu oppidanorũ milites collaudat, totumq; exercitum ueteranorum donauit præmijs, ac fortissimo cuiq; ac bene merenti pro suggestu tribuit. Ac statim inde digressus, T. Rebillo proconsule cum tribus ad Thapsum legionibus, & Cn. Domitio cũ duabus Tisdræ, ubi Considius præerat, ad obsidendũ relictis, M. Messala Vticã antè præmisso, cum equitatu ipse eôdem iter facere cõtẽdit. Equites interim Scipionis, qui ex prælio fugerãt, cùm Vticam uersus iter facerent, perueniunt ad oppidum Paradam. Vbi cùm ab incolis nõ reciperentur, ideo quòd fama de uictoria Cæsaris præcurrisset, ui oppido potiti, in medio foro lignis coaceruatis, omnibusq; rebus eorũ congestis, ignẽ subijciunt, atq; eius oppidi incolas cuiusq; generis ætatisq; uiuos constrictosq; in flammam conijciunt, atq; ita acerbissimo afficiũt supplicio. Deinde protinus Vticã perueniũt. Superiore tempore M. Cato, quòd

Vticen-

Vticensibus propter beneficium legis Iuliæ parum in suis partibus præsidij esse existimauerat, plebem inermẽ oppido eiecerat, & ante portã belli causa, castris, fossáq; paruula duntaxat munierat, ibiq; custodijs circundatis habitare coegerat. Senatũ autẽ oppidi custodia tenebat. Eorum castra L. equites adorti expugnare cœperunt, ideò quòd eos partibus Cæsaris fauisse sciebant, ut eis interfectis, eorũ pernicie dolorem suum ulciscerentur. Vticenses animo addito ex Cæsaris uictoria, lapidibus fustibúsque equites repulerunt. Itaq; postquã castris nõ potuerant potiri, Vticam se in oppidũ coniecerunt, atq; ibi multos Vticenses interfecerunt, domosq; eorum expugnauerunt ac diripuerunt: quibus cũ Cato persuadere nulla ratione quiret, ut secum oppidum defenderẽt, & cæde rapinisq; desisterent, & quid sibi uellent, sciret, sedandæ eorũ importunitatis gratia, singulis HS. C. diuisit. Idem Sylla Faustus fecit, ac de sua pecunia largitus est, unáque cum ijs Vtica proficiscitur, atq; in regnũ ire contendit. Complures interim ex fuga Vticã peruenĩũt: quos oẽs Cato conuocatos, unà cum CCC. qui pecuniã Scipioni ad bellum faciendum contulerãt, hortatur ut seruitia manumitterẽt, oppidũq; defenderent: quorum cùm partẽ assentire, partẽ animum mentemq; perterritã, atq; in fugã destinatam habere intellexisset, amplius de ea re agere destitit, nauẽsque ijs attribuit, ut in quas quisq; parteis uellet, proficiscceretur. Ipse omnib. rebus diligẽtißimè cõstitutis, liberis suis L. Cæsari, qui tum ibi pro quæstore fuerat, commendatis, & sine suspicione, uultu atque sermone quo superiore tẽpore usus fuerat, cùm dormitum isset, ferrum intrò clàm in cubiculum tulit, atq; ita se traiecit. Qui, dũ anima nondum

expirata

expirata concidisset, impetu facto in cubiculum, ex suspicione medicus familiaresq; continere, atq; uulnus obligare cœpissent, ipse suis manibus uulnus crudelissimè diuellit, atq; animo præsenti se interemit. Quem Vticenses, quanquã oderant partium gratia, tamẽ propter eius singularem integritatem, & quòd dissimilimus reliquorum ducum fuerat, quodq; Vticam mirificis operibus munierat, turresq; auxerat, sepultura afficiũt. Quo interfecto, L. Cæsar, ut aliquod sibi ex ea re auxilium pararet, cõuocato populo, concione habita, cohortatur omnes ut portæ aperirentur, se in Cæsaris clementia magnam spem habere. Itaq; portis patefactis, Vtica egressus, Cæsari imperatori obuiam proficiscitur. Messala, ut erat imperatum, Vticam peruenit, omnibusq; portis custodias ponit. Cæsar interim à Thapso progressus, Vscetam peruenit, ubi Scipio magnum frumenti numerum, armorum, telorum, cæterarumq; rerum cum paruo præsidio habuerat: hoc aduenies potitur. Deinde Adrumetũ peruenit: quò cùm sine mora introisset, armis, frumento, pecuniaq; cõsidera ta, Q. Ligurio C. Considij filio, qui tum ibi fuerat, uitam concessit. Deinde eodem die Adrumeto egressus, Liuineio Regulo ibi cum legione relicto, Vticam ire contendit: cui in itinere fit obuius L. Cæsar, subitoq; se ad genua proicit, uitamq; sibi, nec amplius quicquã deprecatur: cui Cæsar facilè, & pro sua natura & instituto cõcessit. Item Cecinnæ, Cetcio, P. Atio, L. Cellæ patri & filio, M. Eppio, M. Aquinio Catonis filio, Damasippiq; liberis ex sua consuetudine tribuit: circiterq; noctẽ luminibus accensis Vticam peruenit, atq; extra oppidum ea nocte mansit. Postero die manè oppidum introijt, concioneq; aduocata, Vticenses

cẽſes incolas cohortatus, gratias pro eorũ ſtudio erga ſe agit: ciues aũt Rom. negociatores, & eos qui inter CCC. pecunias contulerant Varro et Scipioni, multis uerbis accuſatos, & de eorum ſceleribus lõgiore habita oratione, ad extremum, ut ſine metu prodirent, edicit, ſe eis duntaxat uitã conceſſurum, bona quidem eorum ſe uenditurũ: ita tamen, ut qui eorum bona ſua redemiſſet, ſe bonorum uenditionẽ indicturum, & pecuniam mulctæ nomine relaturum, ut incolumitatẽ retinere poſſent. Quibus metu exanguibus, de uitaq; ex ſuo promerito deſperantibus, ſubitò oblata ſalute, libenter cupideq; conditionem acceperunt, petieruntq; à Cæſare, ut uniuerſis CCC. uno nomine pecuniã imperaret. Itaq; bis mille ſeſtertiũm his impoſito, ut per trienniũ ſex penſionibus pop. Rom. ſoluerent, nullo eorum recuſante, ac ſe eodem die demũ natos prædicantes, læti gratias agunt Cæſari. Rex interim Iuba, ut ex prælio fugerat, unà cum Petreio interdiu in uillis latitando, tandem nocturnis itineribus cõfectis in regnũ peruenit, atq; ad oppidum Zamam, ubi ipſe domicilium, coniuges, liberosq; habebat, quò ex cuncto regno omnem pecuniam, chariſſimasq; res comportauerat, quodq; imito bello operibus maximis munierat, accedit. Quẽ antea oppidani rumore exoptato de Cæſaris uictoria audito, ob has cauſas oppido prohibuerũt, quòd bello contra pop. Rom. ſuſcepto, in oppido Zama lignis cõgeſtis maximam in medio foro pyram cõſtruxerat, ut ſi fortè bello foret ſuperatus, omnibus rebus eò coaceruatis, dehinc ciuibus cunctis interfectis, eodemq; proiectis igne ſubiecto, tum demum ſe ipſe inſuper interficeret, atq; unà cum liberis, coniugibus, ciuibus, cunctaq; gaza regia cremaretur. Poſtquam

Iuba

luba ante portas diu multumq; primò minis pro imperio egisset cum Zamensibus, deinde cum se parum proficere intellexisset, precibus quoq; orasset, uti se ad suos deos penates admitterẽt: ubi eos in sententia perstare animaduertit, nec minis nec precibus suis moueri, quo magis se recipererent: tertiò petit ab eis, ut sibi cõiuges liberósque redderent, ut secum eos asportaret. Postquam sibi nihil omnino oppidanos responsi reddere animaduertit, nulla re ab his impetrata, ab Zama discedit, atq; ad uillam suam cum M. Petreio paucisq; equitibus se confert. Zamenses interim legatos de his rebus ad Cæsarẽ Vticam mittunt, petuntq; ab eo, uti antè quàm rex manum colligeret, seseq; oppugnaret, sibi auxilium mitteret: se tamen paratos esse, sibi quoad uita suppeteret, oppidum seq; ei reseruare. Legatos collaudatos Cæsar domum iubet antecedere, ac suum aduentum prænunciare. Ipse postero die Vtica egressus, cũ equitatu ire in regnũ contendit. Interim in itinere ex regijs copijs duces complures ad Cæsarem ueniunt, orantq; ut sibi ignoscat. Quibus supplicibus uenia data Zamam perueniunt. Rumore interim perlato, de eius lenitate clementiaq;, propemodum omnes regni equites Zamam peruenient ad Cæsarem, ab eoq; sunt metu periculoq; liberati. Dum hæc utrobiq; geruntur, Considius, qui Tisdræ cum familia sua, gladiatoria manu, Getulisq; præerat, cognita cæde suorum, Domitijq; & legionum aduentu perterritus, desperata salute, oppidum deserit, seq; clàm cum paucis barbaris pecunia onustus subducit, atq; in regnũ fugere contendit: quem Getuli sui comites in itinere prædæ cupidi concidunt, seq; in quascunque potuêre partes conferunt. C. interim Vergilius postquam terra mariq;

eláu-

clausus, se nihil proficere intellexit, suosq; interfectos aut fugatos, M. Catonẽ Vticæ sibi ipsi manus intulisse, regem uagum, à suis desertum, ab omnibus aspernari, Saburam eiusq; copias ab Sitio esse deletas, Vticæ Cæsarẽ sine mora receptum, de tanto exercitu reliquias esse nullas, quæ sibi suisq; liberis prodessent: à Caninio proconsule, quẽ cum obsidebat, fide accepta, seq; & sua omnia, & oppidum proconsuli tradit. Rex interim Iuba ab omnib. ciuitatibus exclusus, desperata salute, quum iam conatus esset cum Petreio, ut per uirtutem interfecti esse uiderẽtur, ferro inter se depugnãt, atq; firmior imbecilliorem Iuba Petreium facilè ferro consumpsit. Deinde ipse sibi cùm conaretur gladio traijcere pectus, nec posset, precibus à seruo suo impetrauit, ut se interficeret, idq; obtinuit. P. interim Sitius, pulso exercitu Saburæ præfecti Iubæ, ipsoq; interfecto, cum iter cum paucis per Mauritaniã ad Cæsarẽ faceret, fortè incidit in Faustũ Afranium q;, qui eam manum habebant qua Vticam diripuerant, iterq; in Hispaniã tendebant, & erant numero circiter M D. itaq; celeriter nocturno tempore insidijs dispositis, eos prima luce adortus, præter paucos equites qui ex primo agmine fugerãt, reliquos aut interficit, aut in deditionem accipit: Afranium & Faustum uiuos capit cum coniunge & liberis. Paucis post diebus, dissensione in exercitu orta, Faustus & Afranius interficiuntur. Pompeiæ cum Fausti liberis Cæsar incolumitatẽ, suaq; omnia concessit. Scipio interim cum Damasippo, & Torquato, & Pletorio Rustiano, nauib. longis diu multũq; iactati, cùm Hispaniã peterent, ad Hyppo nem regiũ deferuntur, ubi classis P. Sitij per id tẽpus erat: à qua pauciora ab amplioribus circũuẽta nauigia deprimuntur.

muntur. Ibiq; Scipio cũ ijs quos paulo antè nominaui, interijt. Cæsar interim Zamæ auctione regia facta, bonisq; eorum uenditis, qui ciues Romani contra pop. Rõ. arma tulerant, præmijsq; Zamensibus, qui de rege excludendo consilium ceperãt, tributis, uectigalibusq; regijs irrogatis, ex regnoq; prouincia facta, atque ibi Crispo Sallustio populi Romani proconsule cum imperio relicto, ipse Zama egressus, Vticam se recepit. Ibi bonis uẽditis eorũ qui sub Iuba Petreioq; ordines duxerant, item Thapsitanis HS. uiginti millia, conuentui eorum HS. triginta millia, Adrumetanis HS. triginta millia, conuentui eorum HS. quinquaginta millia, mulctæ nomine imponit. Ciuitates bonaq; eorum ab omni iniuria rapinisq; defendit. Leptitanos, quorum superiorib. annis Iuba bona diripuerat, & ad Senatum questi per legatos, atq; arbitris à Senatu datis, sua receperant, triginta centenis millibus põderis olei in annos singulos mulctat, ideo quòd initio per dissensionem principum societatem cum Iuba inierant, eumq; armis, militibus, pecunia iuuerant. Tisdritanos propter humilitatem ciuitatis certo numero frumenti mulctat. His rebus gestis, Idibus Iunij Vticæ classem conscendit, et post diem tertium Caraleis in Sardiniam peruenit. Ibi Sulcitanos, quòd Nasidium eiusq; classem receperãt, copijsq; iuuerant, HS. centum millib. mulctat, & pro decumis octauas pendere iubet, bonaq; paucorum uendit, & ante diem III. Calendarum Quintilis naues conscendit. Et à Caralibus secũdum terrã prouectus, duodetrigesimo die, eò quòd tẽpestatib. in portubus cohibebatur, ad urbem Romam uenit.

HENRI-

HENRICI GLAREANI IN LIBRVM QVINTVM *Annotationes.*

QVintus hic liber, sicut & sequens, non usq; adeò accuratè scriptus est. Continet autem bellum gestum in Africa, aduersus eos, qui ex Pharsalica pugna illuc fugerant. Porrò nisi solius Africæ res gestæ narrantur, non etiam aliarum nationum. Vrbes memorabiles Africæ, quas apud uel consedêre duces, uel pugnatum est, hæ sunt: Adrumetum, Ruspina, Leptis, Atilla, Isdra, Vzita, Agar, Zetta, Vacca, Thabena, Tegea, Vtica, Parada, Vsceta. In regno item Iubæ Cirtha, ac Zama. Duces Pompeiani: Scipio Metellus, Iuba rex, T. Labienus, C. Considius, Cn. Piso, duo Pacidij, M. Petreius, C. Vergilius Peronius, M. Aquinius, M. Cato, L. Cæsar. Perisse autem & multi à pugna, iusta acie congressis legionibus, & alijs item locis Pacidius, Tullius, Rufus, M. Cato, qui sibi ipse mortem Vticæ conscíuit, C. Considius, Petreius, Iuba rex cum suo præfecto Sabura, Afranius, Faustus, denicq; ipse Scipio. Cæsar tota recepta Prouincia, in Italiam redijt.

A. HIRTII AVT OPPII COMMENTARIORVM DE BELLO HISPANIENSI, *Liber VI.*

HARNACE *superato, Africa recepta, qui ex his prælijs cum adolescente Cn. Pompeio profugissent, cùm & ulterioris Hispaniæ potitus esset, dum Cæsar muneribus dãdis in Italia detinetur, quò facilius præsidia cõtrà compararet Põpeius, in fidẽ uniuscuiusq; ciuitatis cõfugere cœpit. Ita partim precib. partim ui, bene magna cõparata manu, Prouinciam uastare cœpit. Quibus in rebus non-*

nullæ ciuitates sua sponte auxilia mittebant: item non nullæ portas claudebant, ex quibus, si qua oppida ui ceperat, cum aliquis ex ea ciuitate optimè de Cn. Pompeio meritus ciuis esset, propter pecuniæ magnitudinem aliqua ei inferebatur causa, ut eo de medio sublato, ex eius pecunia latronum largitio fieret. Ita paucis commodis hoste hortato, maiores augebantur copiæ. Ideoque crebris nuntijs in Italiam missis, ciuitates contrariæ Pompeio auxilia sibi deposculabant. C. Cæsar dictator tertiò, designatus quartò, multis itineribus antè confectis, quum celeri festinatione ad bellum conficiendum in Hispaniam conuenisset, legati Cordubenses, qui à C. Pompeio discesserant, Cæsari obuiam ueniunt: à quibus nuntiabatur, nocturno tempore oppidum Cordubam capi posse, quòd nec opinantibus aduersarijs eius Prouincia potitus esset, simulque quòd tabellarij à Cn. Pompeio dispositi omnibus locis essent, qui certiorem Cn. Pompeium de Cæsaris aduentu facerent: multa præterea ueri similia proponebant. Quibus rebus adductus, quos legatos antè exercitui præfecerat, Qu. Pedium & Quintum Fabium Maximum de suo aduentu facit certiores, ut quem sibi equitatum ex Prouincia fecissent, præsidio mitterent. Ad quos celerius quàm ipsi opinati sunt, appropinquauerunt: * atque ut ipse uoluit, equitatum sibi præsidio habuit. Erat per idem tempus Sextus Pompeius frater, qui cum præsidio Cordubam tenebat, quod eius Prouinciæ caput esse existimabatur. Ipse autem Cn. Pompeius adolescens Vllam oppidum oppugnabat, & ferè iam aliquot mensibus ibi detinebatur: quo ex oppido, cognito Cæsaris aduentu, legati clam præsidio Cn. Pompeij Cæsarem

neq; ut uit:

rem cùm adissent, petere cœperunt, ut sibi primo quoque tempore subsidium mitteret. Cæsar eam ciuitatem omni tempore optimè de populo Romano meritã esse sciebat, sex cohortes secunda uigilia iubet proficisci, pariq; equites numero, quibus præfecit hominem eius prouinciæ notum, & nõ parum scientem L. Iunium Patiecum: qui quãdo ad Cn. Pompeij præsidia uenisset, incidit idem temporis, ut tempestate aduersa, uehementiq; uento afflictaretur, qua ui tempestatis ita obscurabatur, ut uix proximũ cognoscere posset: cuius incommodum summam utilitatem ipsis præbebat. Ita cùm ad eum uenerũt, iubet binos equites incedere, & rectà per aduersariorum præsidia ad oppidum cõtendere: medijsq; ex præsidijs, quum quæreretur qui essent, unus ex nostris respondit, ut fileat uerbum facere: nam id temporis * conari ad murum accedere, ut oppidum capiant. Et partim tempestate impediti uigiles non poterant diligentiam præstare, partim illo responso deterrebantur. Cùm adportam appropinquassent, signõ dato, ab oppidanis sunt recepti: & pedites equitesq; clamore facto, dispositis ibi partim qui remansere, eruptionem in aduersariorum castra fecerunt. Sic illud cùm inscientibus accidisset, existimabat magna par hominum, qui in ijs castris fuissent, se propè captos esse. Hoc missso ad Vllam præsidio, Cæsar, ut Pompeium ab ea oppugnatione deduceret, ad Cordubam contendit, exq; itinere loricatos uiros fortes cũ equitatu antè præmisit: qui * simul in conspectũ oppidi se dederunt, in equis recipiuntur. Hoc à Cordubensib. nequaquam poterat animaduerti. Appropinquantibus, ex oppido bene magna multitudo ad equitatum concidendum cùm exisset, loricati, ut suprà scripsimus,

conati

simulã que in cõspectũ

mus, ex equis descenderunt, & magnum prælium fecerunt, sic ut ex infinita hominum multitudine pauci in oppidum se recíperẽt. Hoc timore adductus Sex. Pompeius, literas fratri misit, ut celeriter sibi subsidio ueniret, ne prius Cæsar Cordubam caperet, quàm ipse illò uenisset. Itaq; Cneius Pompeius Vlla propè capta, literis fratris excitus, cum copijs ad Cordubã iter facere cœpit. Cæsar, cùm ad flumẽ Bætim uenisset, neq; propter altitudinem fluminis transire posset, lapidibus corbes plenos demisit: ita insuper põte facto, copias ad castra tripartitò traduxit. Tẽdebant aduersus oppidum è regione pontis trabes, ut suprà scripsimus, bipartitò. Huc cùm Pompeius cum suis copijs uenisset, ex aduerso pari ratione castra ponit. Cæsar, ut eum ab oppido commeatuq; excluderet, brachium ad pontẽ ducere cœpit. Pari idem conditione Pompeius. Hic inter duces duos fit contentio, uter prius pontem occuparet: ex qua contentione quotidiana minuta prælia fiebãt, ut modò hi, modò illi superiores discederent. Quæres, cùm ad maiorem contentionem uenisset, ab utrisq; comi-

iniqua. nus pugna* inita, dum cupidius locum studẽt tenere, propter pontem coangustabantur, & fluminis ripis appropinquãtes coangustati præcipitabãtur. Hic alteri alteris non solùm mortem morti exaggerabant, sed tumulos tumulis exæquabant. Ita diebus compluribus cupiebat Cæsar, si qua cõditione posset, aduersarios in æquum locum deducere, & primo quoque tempore de bello decernere. Cũ animaduerteret aduersarios minimè uelle, quos ideo à uia retraxerat, ut in æquum deduceret: copijs flumẽ traductis, noctu iubet ignes fieri magnos. Ita firmissimũ eius præsidium Ateguam proficiscitur. Id cùm Pompeius ex per-

perfugis resciſſet, ea die per uiarum angustias, carra complura multosq; laniſtas retraxit, & ad Cordubam se recepit. Cæſar munitionibus Ateguam oppugnare, et brachia circumducere cœpit: cuius rei Pompeio cùm nuntius esset allatus, eo die proficiscitur: cuius in aduentũ, præſidij causa, Cæſar complura caſtella occupauit, partim ut equitatus, partim ut pedestres copiæ in ſtatiõe & in excubitu castris præſidio esſe possent. Hic in aduentu Pompeij incidit, ut matutino tempore nebula esset craßißima. Itaq; in illa obſcuratione cũ aliquot cohortibus & equitum turmis circumcludunt Cæſaris equites, & concidunt, sic, ut uix in ea cæde pauci effugerent. Inſequenti nocte caſtra ſua incendit Pompeius, & trans flumen Salſum per conualles caſtra inter duo oppida Ateguam & Vcubim in monte cõſtituit. Cæſar in munitionibus, cæteris q;, quæ ad oppidum oppugnandum opus fuerunt, aggerẽ, uineasq; agere inſtituit. Hæc loca ſunt montoſa, & natura edita ad rem militarẽ, quæ planicie diuiduntur Salſo flumine, proximè tamen Ateguam, ut ad flumen ſint circiter paſſuum duo millia. Ex ea regione oppidi in mõtibus caſtra habuit poſita Pompeius in conſpectu utrorumq; oppidorum, neq; ſuis auſus eſt ſubſidio uenire. Aquilas habuit, & ſigna tredecim legionum: ſed ex quibus aliquid firmamenti ſe exiſtimabat habere, duæ fuerunt uernaculæ, quæ à Trebonio transfugerant: & una facta ex colonis, quæ fuerunt in his regionibus: quarta fuit Afraniana ex Africa, quam ſecum adduxerat. Reliquæ ex fugitiuis auxiliares conſiſtebant. Nam & leui armatura & equitatu longè & uirtute & numero noſtri erant ſuperiores. Accedebat huc, ut longius bellum duceret Pompeius, quòd

loca sunt edita, & ad castrorũ munitiones non parũ idonea. Nam ferè totius ulterioris Hispaniæ regio propter terræ fœcunditatem, inopem difficilémque habet oppugnationem, & nõ minus copiosam aquationem. Hic etiã propter barbarorũ crebras excursiones omnia loca, quæ sunt ab oppidis remota, turribus & munitionib. retinentur, sicut in Africa, rudere, non tegulis teguntur, simulq; in his habent speculas, & propter altitudinem longè lateq; prospiciunt. Item oppidorũ magna pars eius prouinciæ montibus ferè munita, & natura excellentibus locis est constituta, ut simul aditus ascensusq; habeat difficiles. Ita ab oppugnationibus natura loci distinentur, ut ciuitates Hispaniæ non facilè ab hostibus capiantur: quod in hoc contigit bello. Nam ubi inter Ateguam & Vcubim, quæ oppida suprà sunt scripta, Pompeius habuit castra cõstituta, in conspectu duorum oppidorum, ab suis castris circiter millia passuũ quatuor grumus est excellens natura, qui appellatur Castra posthumiana: ibi præsidij causa castellum Cæsar habuit constitutum. Pompeius, qui eodẽ iugo tenebatur, loci natura, & quòd remotum erat à castris Cæsaris, animaduertebat loci difficultatem, & quòd flumine Salso intercludebatur, non esse permissurum Cæsarem, ut in tanta loci difficultate ad subsidium cõmittendũ se mitteret. Ista fretus opiniõe, tertia uigilia profectus, castellum oppugnare cœpit, ut laborantibus succurreret. Nostri quũ appropinquassent, clamore repentino, telorumq; multitudine iactus facere cœperũt, uti magnã partem hominũ uulneribus afficerent. Quo peracto, quũ ex castello repugnare cœpissent, & maioribus castris Cæsari nuntius esset allatus, cum tribus legionibus est profectus.

fectus. Et cũ ad eos appropinquasset, fuga perterriti multi sunt interfecti, complures capti, in quibus multi præterea armis exuti fugerunt, quorũ scuta sunt relata LXXX. Insequenti luce Arguetius ex Italia cum equitatu uenit. Is signa Saguntinorum retulit V. quæ ab oppidanis cepit. Suo loco perterritus est, quòd equites ex Italia cũ Asprenate ad Cæsarem uenissent. Ea nocte Pompeius castra incendit, & ad Cordubam uersus iter facere cœpit. Rex nomine Indo, qui cum equitatu suas copias adduxerat, dum cupidius agmen aduersariorũ insequitur, à uernaculis legionarijs exceptus est, & interfectus. Postero die equites nostri longius ad Cordubã uersus prosecuti sunt eos, qui cõmeatus ad castra Pompeij ex oppido portabant: ex ijs capti L. cum iumentis ad castra nostra adducti sunt. Eodẽ die Q. Martius Tribunus mil. qui * fuisset Pompeij, ad nos transfugit: & noctis tertia uigilia in oppido acerrimè pugnatum est, ignemq; multũ miserunt, sicut & omne genus quibus ignis per iactus solitus est mitti. Hoc præterito tẽpore, C. Fundanius eques Rom. ex castris aduersariorum ad nos transfugit. Postero die ex legione uernacula milites sunt capti ab equitibus nostris duo, qui dixerunt se seruos esse: cùm uenirent, cogniti sunt à militibus, qui antea cum Fabio & Pedio fuerant, & à Trebonio trãsfugerãt. Eis ad ignoscendũ nulla est data facultas, & à militibus nostris interfecti sunt. Eodem tempore capti tabellarij, qui à Corduba ad Pompeium missi erant, perperamq; ad castra nostra peruenerant, præcisis manibus missi sunt facti. Pari cõsuetudine uigilia secunda ex oppido ignem multum, telorumq; multitudinem iactando, ne magnum tempus consumpserunt, complures q; uulneribus

* fuit.

ribus affecerunt. Præterito noctis tempore, eruptionẽ in legionem VI. fecerũt, cùm in opere nostri distenti essent, acriterq; pugnare cœperunt. Quorum uis repressa à nostris, etsi oppidani superiore loco defendebantur, L. cùm eruptionem facere cœpissent, tamen uirtute militum nostrorũ, qui etsi inferiore loco premebantur, tamẽ repulsi aduersarij bene multis uulneribus affecti, in oppidum se contulerũt. Postero die Pompeius ex castris suis brachiũ cœpit ad flumẽ Salsum facere: & cùm nostri equites pauci in statione fuissent à pluribus reperti, de statione sunt deiecti, & occisi tres. Eo die A. Valgius Senatoris filius, cuius frater in castris Pompeij fuisset, omnibus suis rebus relictis, equum cõscendit, & fugit. Speculator de legione secunda Pompeiana captus à miltibus, & interfectus est. Per id tempus glans missa est inscripta, quo die ad oppidum capiendũ accederent, sese scutũ esse positurũ. Qua spe nonnulli, dum sine periculo murũ ascendere, & oppido potiri posse se sperarent, postero die ad murum opus facere cœperunt, & bene magna prioris muri pars deiecta est. Quo facto ab oppidanis, ac si suarũ partiũ essent conseruati, missos fecere loricatos, quique præsidij causa præpositi oppido à Pompeio essent, orabant. Quibus respondit Cæsar, se conditiones dare nõ accipere cõsueisse. Qui cùm in oppidum reuersi essent, relato respõso, clamore sublato, omni genere telorum emisso, pugnare pro muro toto cœperũt. Propter quod ferè magna pars hominum qui in castris nostris essent, nõ dubitarũt, quin irruptionem eo die essent facturi. Ita corona circundata, pugnatũ est aliquandiu uehemẽtissimè. Simulq; balista missa à nostris turrẽ deiecit, qua aduersariorũ qui in ea turre fue-

re fuerant, v. deiecti sunt, & puer qui baliſtã ſolitus erat obſeruare. Eo præterito tempore, Pompeius trans flumẽ Salſum caſtellum conſtituit, neq; à noſtris prohibitus, falſáq; illa opiniõe gloriatus eſt, quòd propè in noſtris partibus locũ tenuiſſet. Item in ſequenti die eadem conſuetudine dum lõgius proſequitur, quo loco equites noſtri ſtationem habuerant, aliquot turmæ cum leui armatura impetu facto, loco ſunt deiectæ, & propter paucitatem noſtrorum equitũ, ſimúlque leui armatura inter turmas aduerſariorum protritæ. Hoc in conſpectu utrorumq; caſtrorum gerebatur, & maiore Pompeiani exultabãt gloria, longius quòd noſtris cedentibus proſequi cœpiſſent: qui cũ aliquo loco à noſtris recepti eſſent, ut conſueſſent, ex ſimili uirtute clamore facto, auerſati ſunt prælium facere. Ferè apud exercitus hæc eſt equeſtris prælij cõſuetudo, cùm eques ad dimicandũ dimiſſo equo cũ pedite progreditur, nequaquam par habetur: id quod in hoc accidit certamine: cùm pedites ex leui armatura lecti ad pugnã equitibus noſtris nec opinantibus ueniſſent, idq; in prælio animaduerſum eſſet, complures* equites deſcenderunt. Ita exiguo tẽpore eques pedeſtre, pedes equeſtre prælium facere cœpit, uſq; eò, ut cædem proximè à uallo fecerint. In quo prælio aduerſariorum ceciderunt CXXIII. complurésque armis exuti, multi uulneribus affecti, in caſtra ſunt redacti: noſtri ceciderũt III. ſaucij XII. pedites, & equites V. Eius diei inſequenti tempore priſtina cõſuetudine pro muro pugnari cœptum eſt. Cùm bene magnam multitudinẽ telorum, ignemq; noſtris defendentibus iniecciſſent, nefandum crudeliſſimumq; facinus ſunt aggreſſi, in conſpectuq; noſtro hoſpites qui in oppido erant, iu-

* ex equis

gulare, & de muro præcipites mittere cœperunt, sicut apud barbaros: quod post hominum memoriam nunquã est factũ. Huius diei extremo tempore à Pompeianis clam ad nostros tabellarius est missus, ut ea nocte turres aggeremq; incenderẽt, & tertia uigilia eruptionẽ facerent. Ita igne telorumq; multitudine iacta, cùm bene magnam partem muri consumpsissent. portã quæ è regione & in conspectu Pompeij castrorum fuerat, aperuerunt, copiæq; totæ eruptionem fecerunt, secumq; extulerunt * calcatus ad fossas complendas, & harpagones ad cæsas, quæ stramentis ab nostris hybernorum causa ædificatæ erant, diruendas & incendendas. Præterea argentũ, & uestimenta: ut dum nostri in præda detinerentur, illi cæde facta ad præsidia Pompeij se reciperent. Nam quòd existimabant eos posse conatum efficere, nocte tota ultra ibat flumen Salsum in acie. Quod factum licet nec opinantibus nostris esset gestũ, tamẽ uirtute freti, repulsos multisq; uulneribus affectos, oppido repressêrunt: prædaq; & armis eorum sunt potiti: uiuosq; aliquos ceperunt, qui postero sunt interfecti die. Eodem tẽpore transfuga nuntiauit ex oppido Iunium, qui in cuniculo fuisset, iugulatione oppidanorum facta, clamasse facinus se nefandum & scelus fecisse. Nam eos nihil meruisse, quare tali pœna afficerẽtur, qui eos ad aras & focos suos recepissent, eósque hospitium scelere contaminasse: multa præterea dixisse: qua oratione perterritos amplius iugulationem non fecisse. Ita postero die Tullius legatus cum Catone Lusitano uenit, & apud Cæsarem uerba fecit: Vtinam quidem dij immortales fecissent, ut tuus potius miles, quàm Cn. Pompeij factus essem, et hanc uirtutis constantiã in tua uictoria,

Trates.

ria, nõ in illius calamitate præstarẽ: cuius funestæ laudes, quippe ad hanc fortunam reciderunt, ut ciues Rom. indi gentes præsidij & propter patriæ luctuosam perniciem dedamur hostiũ numero, qui neq; in illius prospera acie primam fortunam, neq; in aduersa secundam obtinuimus uictoriã: qui legionũ tot impetus sustentantes, nocturnis diurnisq; operibus gladiorum ictus, telorumq; missus expectantes, uicti & deserti à Pompeio, tua uirtute superati, salutem à tua clementia deposcimus: petimusq;, ut qualem te gentibus præstitisti, similem in ciuium deditione præsles. Remißis legatis, cùm ad portam uenisset Tiberius Tullius, cùm eum introeuntem C. Antonius insecutus non esset, reuersus est ad portam, & hominem apprehendit. Quod Tiberius quum fieri animaduertit, simulq; pœgionem eduxisset, manus eius incidit: ita refugerunt ad Cæsarem. Eodemq; tempore signifer de legione prima transfugit, & nuntiauit, quo die equestre prælium factũ esset, suo signo periisse homines trigintaquinq;, neq; licere castris Cn. Pompeij nuntiari neq; dici periisse quenquã. Seruus, cuius dominus in Cæsaris castris fuisset, uxorẽq; & filium in oppido reliquerat, dominum iugulauit, & ita clàm à Cæsaris præsidijs in Pompeij castra discessit, & indicium glande scriptum misit, per quod certior fieret Cæsar, quæ in oppido ad defendendum cõpararentur. Ita literis acceptis, quum in oppidum reuersi essent, qui mittere glandem scriptam solebant, insequenti tempore duo Lusitani fratres trãsfugæ nuntiarunt, quã Pompeius concionem habuisset: quoniã oppido subsidio nõ posset uenire, noctu ex aduersariorũ conspectu se deducerent ad mare uersum. Vnum respondisse, ut potius ad dimicandum

descen-

descenderent, quàm signũ fugæ ostenderent. Tum, qui ita locutus esset, iugulatũ. Eodem tempore tabellarij eius deprehensi, qui ad oppidum ueniebant, quorum literas Cæsar oppidanis obiecit: & qui uitam sibi peteret, iussit turrem ligneã oppidanorũ incendere: id si feciſſet, ei se promisit omnia concessurũ. Quod dificile erat factu, ut eam turrẽ sine periculo quis incenderet. Ita facturus de ligno quum propius accessisset, ab oppidanis est occisus. Eadẽ nocte transfuga nuntiauit, Pompeium & Labienũ de iugulatione oppidanorum indignatos esse. Vigilia secunda propter multitudinem telorum turris lignea, quæ nostra fuisset, ab imo uitium fecit usq; ad tabulatũ secundum & tertium. Eodem tempore pro muro pugnatum acerrimè, & turrim nostram, ut superiorem, incenderunt, idcirco quòd uentum oppidani secundum habuerunt. Insequenti luce materfamiliâs de muro se deiecit, & ad nos transilijt, dixitq; se cum familia cõstitutum habuisse, ut unà transfugerent ad Cæsarem: illam oppressam & iugulatã. Hoc præterea tẽpore tabellæ de muro sunt deiectæ, in quibus scriptum est inuentũ: L. Minutius Cæsari, Si mihi uitam tribuis, quoniã à C. Pompeio sum desertus, qualem me illi præstiti, tali uirtute & constantia futurũ me in te esse præstabo. Eodẽ tempore oppidanorum legati qui antea exierant, Cæsarem adierunt, si sibi uitam concederet, se insequenti die oppidũ esse dedituros. Quibus respondit, se Cæsarem esse, fidemq; præstaturum. Ita ante diem XI. Calend. Martij oppido potitus, imperator est appellatus. Et Pompeius ex perfugis quum deditionem oppidi factam esse sciisset, castra mouit Vcubim uersus: sed circum ea loca castella disposuit, & munitionibus se continere

re cœpit. Cæsar mouit, & propius castra castris contulit. Eodem tempore mane loricatus unus ex legione uernacula ad nos transfugit, & nuntiauit Pompeium oppidanos Vcubenses conuocasse, eisq; imperauisse, ut diligentia adhibita perquirerent, qui essent suarũ partium, itemq; aduersariorũ uictoriæ fautores. Hoc præterito tempore, in oppido quod fuit captũ, seruus est deprehensus in cuniculo, quẽ suprà demonstrauimus dominum iugulasse: is uiuus est cõbustus. Eodemq; tempore Centuriones loricati octo ad Cæsarem transfugerunt ex legione uernacula, & equites nostri cum aduersariorũ equitibus cõgressi sunt, et saucij aliquot occiderũt ex leui armatura. Ea nocte speculatores prehensi serui tres, & unus ex legione uernacula. Serui sunt in crucẽ sublati, multi ceruices abscissæ. Postero die equites cum leui armatura ex aduersariorum castris ad nos transfugerunt. Et eo tempore circiter undecim equites ad aquatores nostros excurrerunt, nonnullos interfecerunt, item alios uiuos abduxerunt. Ex equitibus capti sunt equites octo. Insequenti die Pompeius securi percussit homines 74. qui dicebantur esse fautores Cæsaris uictoriæ: reliquos in oppidum iussit deduci, ex quibus effugerunt centum uiginti, & ad Cæsarem uenerunt. Hoc præterito tempore, qui in oppido Ategua Bursauolenses capti sunt, legati profecti sunt cum nostris, uti rem gestam Bursauolensibus referrent, quid sperarent de Cn. Pompeio, quum uiderẽt hospites iugulari. Præterea multa scelera ab ijs fieri, qui præsidij causa ab his reciperentur: qui, cùm ad oppidũ uenissent, nostri qui fuissent equites Ro. & senatores, non sunt ausi introire in oppidum, præterquam qui eius ciuitatis fuissent. Quorũ responsis

ultrò

ultrò citroq; acceptis & redditis quum ad nostros se reciperent, qui extra oppidum fuissent: illi de præsidio insecuti ex auersione legatos iugularũt. Duo reliqui, qui ex eis fugerunt, Cæsari rem gestam detulerunt, & speculatores ad oppidum Ategũa miserunt. Qui quũ certum comperissent legatorũ responsa, ita esse gesta quemadmodũ illi retulissent, ab oppidanis concursu facto, eum qui legatos iugulasset, lapidare, & ei manus intentare cœperunt, illius opera se periisse. Ita uix periculo liberatus, petijt ab oppidanis, uti ei liceret legatum ad Cæsarẽ proficisci, illi se satisfacturũ. Potestate data, quum inde esset profectus, præsidio comparato, quum bene magnã manum fecisset, & nocturno tempore per fallaciam in oppidũ esset receptus, iugulationẽ magnam facit: principibus qui sibi contrarij fuissent, interfectis, oppidũ in suam potestatẽ recepit. Hoc præterito tempore, serui transfugæ nũciauerũt oppidanorum bona uendere, ne cui extra uallum liceret exire, nisi discinctũ. Idcirco quod ex quo die oppidũ Ategua esset captum, metu conterritos complures profugere in Bethuriam, neq; sibi ullam spem uictoriæ propositam habere, ut si quis ex nostris transfugerit, in leuẽ armaturam conijci, eumq; non amplius sexdecim accipere. Insequenti tempore Cæsar castris castra contulit, & brachiũ ad flumen Salsum ducere cœpit. Hic dum in opere nostri distenti essent, cõplures ex superiore loco aduersariorum decurrerunt. Nec detinentibus nostris, multis telis iectis, complures uulneribus affecêre. Hic tamen, ut ait Ennius, nostri cessere parumper. Itaq; præter consuetudinẽ, cum à nostris animaduersum esset cedere Centuriones, ex rãsgredi legione quinta flumẽ * transgressi duo, resistuerũt aciem;

acri-

acriterq; eximia uirtute plures cũ agerent, ex superiore loco multitudine telorum alter eorum cõcidit. Ita cùm is compar prælũ facere cœpisset, & cùm undiq; se circumuenirì animaduertisset: paruper ingressus, pedem offendit. Huius concidentis uiri casu passim audito, cùm complures aduersariorum concursum facerent, equites nostri transgressi interiore loco aduersarios ad uallũ agere cœperunt. Ita, dum cupidius intra præsidia illorũ studẽt cædem facere, à turmis & leui armatura sunt intercluſi: quorum nisi summa uirtus fuisset, uiui capti essent. Nã & munitiõe præsidij ita coangustabantur, ut equites spacio intercluſo uix se defendere possẽt. Ex utroq; genere pugnæ cõplures sunt uulneribus affecti, in queis autem Claudius Aquitius. Inter quos ita cominus est pugnatum, ut ex nostris præter duos cẽturiones sit nemo desideratus, gloriá se efferentes. Postero die ab Soricaria utræq; cõuenêre copiæ. Nostri brachia ducere cœperũt. Pompeius quum animaduerteret castello se excludi Aspania, quod ab Vcubi millia passuũ v. dista, hæc res necessariò uocabat, ut ad dimicandũ descenderet, neq; tamen æquo loco sui potestatem faciebat, sed ex grumo excelsum tumulum capiebat, usq; eò, ut necessariò cogeretur miquum locum subire. Quo facto, cùm utrorumq; copiæ tumulum excellentem petissent, prohibiti à nostris sunt, deiectiq; planicie. Quæ res secundum nostris efficiebat prælium. Vndiq; autem cedentibus aduersarijs, nostri magna in cæde uersabantur: quibus mons, non uirtus saluti fuit: qui subitò tunc, nisi aduesperasset, à paucioribus nostris omni auxilio priuati essent. Nam ceciderunt ex leui armatura CCCXXIIII. ex legionarijs CXXXVIII. præterquàm quorũ arma & spolia

spolia sunt allata. Ita pridie duorũ Cẽturionũ internecio hac aduersariorum pœna est litata. Insequẽti die pari cõ suetudine cùm ad eundem locum eius præsidium uenisset, pristino illo suo utebantur instituto. Nam præter equites nullo loco æquo se committere audebant. Cùm nostri in opere essent, equitum copiæ concursus facere cœperunt. Simulq; uociferantibus legionarijs, cùm locum efflagitarent, ut cõsueti insequi existimare possent, se paratißimos esse ad dimicandum, nostri ex humili conualle bene lõgè sunt egreßi, & planicie in æquo loco constiterunt. Illi tamen procul dubio ad congrediendum in eum locum non sunt ausi descendere, præter unum Antistium Turpionẽ, qui fidens uiribus, ex aduersarijs sibi parem esse neminẽ cogitare cœpit: hic (ut fertur) Achillis, Memnonisq; cõgressus fuit. Qu. Põpeius Niger, eques Rõ. Italicẽsis, ex acie nostra ad congrediendum progressus est: quoniam ferocitas Antistij omnium mentes conuerterat ab opere ad spectandum, acies sunt dispositæ. Nam inter bellatores principesq; dubia erat posita uictoria, ut propè uideretur finem bellandi duorũ dirimere pugna. Ita auidi cupidiq; suarũ quisq; partium, expertorũ uirorũ, fautorumq; uoluntas habebatur. Quorũ uirtute alacri cùm ad dimicandum in planicie cõtulissent, scutorumq; laudis insignis præfulgens opus cælatũ opponerẽt (quorũ pugna esset propè profectò direpta, nisi propter equitũ consessũ, ut suprà demõstrauimus, leuẽ armaturã præsidij causa nõ lõgè ab opere castrorũ cõstituissent) ut nostros equites in receptu, dum ad castra redeunt, aduersarij cupidius sunt insecuti, uniuersi clamore facto impetũ dederunt. Ita metu perterriti, cùm in fuga essent, multis amißis in castra se reci-

recipiunt. Cæsar ob uirtutẽ turmæ Cassianæ donauit millia XIII. & præfecto torques aureos II. & leui armaturæ millia X. Hoc die A. Bebius, & C. Flauius, & A. Trebellius, equites Romani Hastẽses, argẽto propè tecti equites ad Cæsarem transfugerunt, qui nuntiauerunt equites Romanos cõiurasse omnes qui in castris Pompeij essent, ut transitionẽ facerent: seruii indicio omnes in custodiam esse coniectos: è quibus occasione capta, se transfugisse. Item hoc die literæ sunt deprehensæ, quas mittebat Saonẽ Cn. Pompeius: S. V. G. E. V. Etsi, prout nostra felicitas, ex sententia aduersarios adhuc propulsos habemus, tamẽ si æquo loco sui potestatem facerent, celerius quàm uestra opinio est, bellum confecissent. Sed exercitum tyronũ nõ audent in campum deducere, nostrisq; adhuc freti præsidijs bellum ducũt. Nam singulas ciuitates circunsidẽt, inde sibi commeatus capiunt. Quare & ciuitates nostrarũ partium conseruabo, & bellum primo quoq; tẽpore cõficiã. Cohortes in animo habeo ad uos mittere. Profectò nostro commeatu priuati necessariò ad dimicandum descendent. Insequenti tempore quum nostri temerè in opere distenti essent, equites in oliueto dum lignantur, interfecti sunt aliquot: serui transfugerũt, qui nuntiauerunt ad tert. Nonarum Martij prælium affore ad Soritiam, quod factum est, ex eo tempore metum esse magnum, & Actium Varum circũ castella præesse. Eo die Pompeius castra mouit, & circa Hispalim in oliueto constitit. Cæsar prius quàm eodẽ est profectus, luna hora circiter sexta uisa est. Ita castris motis Vcubim, præsidium, quod Põpeius reliquit, iussit ut incenderent, & deusto oppido in castra maiora se reciperent. Insequenti tempore Ventisponte oppi

Si ualetis gaudeo: ego ualeo.

dum quum oppugnare cœpisset, deditione facta, iter fecit Carrucã, contraq; Pompeiũ castra posuit. Pompeius oppidum, quòd contra sua præsidia portas clausisset, incendit: milesq; qui fratrem suum in castris iugulasset, interceptus est à nostris, & fuste percussus. Hunc itinere facto, in campum Mundensem quum esset uentum, castra contra Pompeium constituit. Sequenti die quum iter facere Cæsar cum copijs uellet, renunciatum est à speculatoribus Pompeium de tertia uigilia in acie stetisse. Hoc nũtio allato, uexillũ proposuit. Idcirco enim copias eduxerat, quòd Versaonẽsiũ ciuitati fuissent fautores. Fausto antea literas miserat, Cæsarem nolle in conuallẽ descendere, quòd maiorem partem exercitus tyronum haberet. Hæ literæ uehementer confirmabant mentes oppidanorum. Ita hac opinione fretus, totum se facere posse existimabat. Etenim & natura loci defendebatur, & ipsius oppidi munitione, ubi castra habuit constituta. Nanq; (ut superius demonstrauimus) lota excellentia tumulis contineri, interuallum Prouinciam diuidit. Sed ratione nulla placuit tacere id quod eo incidit tempore: planicies inter utraq; castra intercedebat circiter millia passuum quinque, ut auxilia Pompeij duabus defenderẽtur rebus, oppidi excelsi, & loci natura: hinc dirigẽs proxima planicies æquabatur, cuius decursum antecedebat riuus, qui ad eorum accessum summam efficiebat loci iniquitatem. Nam palustri & uoraginoso solo currebat ad dextram partem: et Cæsar quũ aciem directam uidisset, non habuit dubium quin media planicie in æquum ad dimicandum aduersarij procederent: hoc erat in omnium conspectu. Huc accedebat, ut locus illa planicie equitatum ornaret, & diei solisq; serenitas,

nitas, ut mirificũ & optandum tempus propè à dijs immortalibus illud attributum esset ad prælium cõmittendum, nostri lætari, nonnulli etiam timere, quòd in eum locum res fortunæq; omniũ deducerentur, ut quicquid post horam castris fieret, in dubio poneretur. Itaq; nostri ad dimicandum procedunt, id quod aduersarios existimabamus esse facturos. Qui tamen à munitione oppidi mille passibus longius nõ audebant procedere, in quo sibi prope murũ aduersarij constituebant. Ita nostri procedunt: interdũ æquitas loci aduersarios efflagitabat, ut tali conditione contenderent ad uictoriam. Neq; tamen illi à sua cõsuetudine discedebãt, ut aut ab excelso loco, aut ab oppido discederẽt. Nostri pede presso propius riuũ cum appropinquassent, aduersarij patrocinari loco iniquo non *defecerunt. Erat acies XIII. aquilis constituta, quæ lateribus equitatu tegebatur, cum leui armatura millibus VI. Præterea auxiliares accedebant prope †alterũ tantum. Nostra præsidia LXXX. cohortibus, & VII. millibus equitum. Ita cùm in extrema planicie iniquum in locũ nostri appropinquassent, paratus hostis erat superior, ut transeundi superius iter uehemẽter esset periculosum. Quod cùm à Cæsare esset animaduersum, ne quid temerè culpa sua secus admitteretur, eum locum definire cœpit. Quod cùm hominum auribus esset obiectum, molestè & acerbè accipiebant, se impediri quò minus prælium conficere possent. Hæc mora aduersarios alacriores efficiebat, Cæsaris copias timore impediri ad committendum prælium. Ita se efferentes iniquo loco sui potestatẽ faciebant, ut magno tamẽ periculo accessus eorũ haberetur. Hic decumani suum locũ cornu dextrũ tenebant, sinistrũ tertia

desinunt

totidem.

& quinta legio, itemq; cætera auxilia, & equitatus. Prælium, clamore facto, cõmittitur. Hic etsi uirtute nostri antecedebant, aduersarij loco superiore defendebãtur acerrimè, & uehemens fiebat ab utrisq; clamor, telorũq; missus, concursus, sic ut propè nostri diffiderẽt uictoriæ: congressus enim, & clamor, quibus rebus maximè hostes conterrentur, in* collatu pari erant cõditione. Itaq; ex utroq; genere pugnæ, cùm parem uirtutẽ ad bellandum cõtulissent, pilorum missu fixa cumulatur & concidit aduersariorum multitudo. Dextrum demonstrauimus decumanos cornu tenuisse, qui, etsi erant pauci, tamen propter uirtutem, magno aduersarios timore eorum opera afficiebant, quòd à suo loco hostes uehementer premere cœperunt, ut ad subsidium, ne ab latere nostri occuparentur, legio aduersariorum traduci cœpta sit ad dextrum: quæ simul est mota, equitatus Cæsaris sinistrum cornu premere cœpit: at ij eximia uirtute præliũ facere incipiunt, ut locus in acie ad subsidiũ ueniendi nõ daretur. Ita cùm clamori esset intermixtus gemitus, gladiorumq; crepitus auribus oblatus, imperitorũ mẽtes timor præpediebat. Hic, ut ait Ennius, pes pede premitur, armis terũtur arma, aduersariosq; uehementißimè pugnantes nostri agere cœperunt: quibus oppidum fuit subsidio: ita ipsi fusi fugatiq; non superfuissent, nisi in eum locum confugissent, ex quo erant egressi. In quo prælio ceciderũt millia hominum circiter xxx. et si quid amplius: præterea Labienus, et Actius Varus: quibus occisis, utrisq; funus est factum. Itemq; equites Rom. partim ex urbe, partim ex Prouincia ad millia tria. Nostri desiderati ad hominũ mille, partim peditũ, partim equitũ: saucij ad quingentos. Aduersariorum aquilæ sunt ablatæ

Vr. collatu.

ablatæ XIII. & signa, & fasces. Præterea duces belli XVII. capti sunt. Eos habuit res exitus. Ex fuga hac cùm oppidũ Mundam sibi cõstituissent præsidiũ, nostri cogebantur necessariò eos circũuallare. Ex hostiũ armis, pro cespite cadauera collocabantur, scuta & pila pro uallo, insuper occisi, & gladij, & mucrones, & capita hominũ ordinata, ad oppidũ cõuersa uniuersa hostium, ut timorẽ, uirtutisq; insignia proposita uiderẽt, & uallo circumcluderentur aduersarij. Ita Galli tragulis iaculisq; oppidum ex hostium cadaueribus complexi, oppugnare cœperunt. Ex hoc prælio Valerius adolescens Cordubam cum paucis equitibus fugiẽs, Sex. Pompeio, qui Cordubæ fuisset, rem gestã refert. Cognito hoc negocio, quos equites, quod pecuniæ secum habuit, eis distribuit, et oppidanis dixit, se de pace ad Cæsarem proficisci, & secunda uigilia ab oppido discesſit. Cn. Pompeius aũt cum equitibus paucis, nonnullisq; peditibus ad nauale præsidium parte altera cõtendit Carteiam, quod oppidũ abest à Corduba millia passuum C L X X. Quò cùm ad octauũ milliarium ueniſſet, P. Caluitius, qui castris antea Pompeij præpositus esſet, eius uerbis nunciũ mittit, cùm minus bellè haberet, ut mitteret lectícam, qua in oppidum deferri posſet. Literis missis, Pompeius Carteiam defertur. Qui illarum partium fautores essent, conueniunt in domum quò erat delatus: qui arbitrati sunt clanculum ueniſſe, ut ab eo quæ uellent de bello requirerent. Cùm frequentia conueniſſet, de lectica Pompeius eorum in fidem confugit. Cæsar ex prælio munitione circundata, Cordubam uenit. Qui ex cæde eò refugerant, pontem occupauerunt: cùm eò esſet uentũ, conuiciari cœperũt, nos ex prælio paucos supereſſe, quò

confugeremus? Ita pugnare cœperũt de ponte. Cæsar flumen traiecit, & castra posuit. Scapula, totius seditionis familiæ & libertinorũ caput, ex prælio Cordubam cùm uenisset, familiam & libertos conuocauit, pyram sibi extruxit, cœnam afferri quàm optimam imperauit: item optimis superadditis uestimentis, pecuniam & argentum in præsentia familiæ donauit. Ipse de tempore cœnauit, uinum & nardum identidem sibi infudit: ita nouissimo tempore seruum iussit, & libertum qui fuisset eius concubinus, alterum se iugulare, alterũ pyram incendere. Oppidani autẽ, simulac Cæsar castra cõtra id oppidum posuit, discordare cœperunt, usq; eò, ut clamor in castra nostra perueniret, quæ ferè inter Cæsarianos & inter Pompeianos erant. Hic legiones quæ ex perfugis conscriptæ, partim oppidanorum serui, qui erant à Sext. Pompeio manumissi, tunc ad Cæsaris aduentum descendere cœperunt. Legio XIII. oppidum defendere cœpit: nam cùm iam repugnarent, turres ex parte & murum occuparunt. Denuò legatos ad Cæsarem mittunt, ut sibi legiones subsidio intromitteret. Hoc cùm animaduerterent homines fugitiui, oppidum incendere cœperunt; qui superati à nostris, & interfecti hominum millia XXII. præterquàm qui extra murum perierunt. Ita Cæsar oppido potitus, dum hic detinetur ex prælio, quos circummunitos superius demonstrauimus, eruptionem fecerunt; & bene multis interfectis, in oppidum sunt redacti. Cæsar Hispalim quum contendisset, legati deprecatum uenerunt. Ita quum oppidum sese tueri dixisset, Caninium legatum cum præsidio intromittit. Ipse castra ad oppidum ponit. Erat bene magnum intra Pompeianas parteis præsidium, quod Cæsaris

Cæsaris præsidium receptum indignabatur, clam cuidam Philoni, illi qui Pompeianarum partium fuisset defensor acerrimus. Is tota Lusitania notissimus erat. Hic clã præsidio Lusitaniam proficiscitur, & Cæcilium Nigrum nomine Barbarum ad Lenium conuenit, qui bene magnam manum Lusitanorũ haberet. Reuersus in Hispalim oppidum, denuò noctu per murum recipitur: præsidium uigilesq; iugulant, portas præcludũt, de integro pugnare cœperunt. Dum hæc geruntur, legati Carteienses renunciarunt, quòd Pompeiũ in potestate haberẽt: quòd antè Cæsari portas præclusissent, illo beneficio suum maleficium existimabãt se lucrifacere. Lusitani Hispalim oppugnare nullo tempore desistebant. Quod Cæsar cùm animaduerteret, si oppidum capere contenderet, ut homines perditi incenderent, & mœnia delerent. Ita cõsilio habito, noctu patitur Lusitanos eruptionẽ facere: id quod consultò non existimabant fieri. Ita erumpendo naues quæ ad Betim flumẽ fuissent, incẽdunt. Nostri dum incendio detinentur, illi profugiunt, & ab equitibus conciduntur. Quo facto, oppido recuperato, Hastam iter facere cœpit: ex qua ciuitate legati ad deditionem uenerunt. Mundenses q; qui ex prælio in oppidum confugerant, cum diutius circunsiderentur, bene multi deditionem faciunt: & quum essent in legionem distributi, coniurant inter sese, ut noctu signo dato, qui in oppido fuissent, eruptionem facerent, illi cædem in castris administrarent. Hac re cognita, insequenti nocte, uigilia tertia, tessera data, extra uallum omnes sunt concisi Mundenses duces. Cæsar in itinere reliqua oppida oppugnat, quæ propter Pompeiũ dissentire cœperant: pars erat, quæ legatos ad Cæsarem miserat: pars, qui

Pompeianarum partium essent fautores. Seditione conci
tata, portas occupant, cædes fit magna: saucius Pompeius
naues xxx. occupat lõgas, & profugit. Didius, qui Gadis
classi præfuisset, ad quẽ simul nũtius allatus est, cõfestim
sequi cœpit, partim peditibus et partim equitibus ad per-
sequendum celeriter iter faciens. Item quarto die naviga-
al. impa rati. tione cõfecta, insequuntur, qui* imparati à Carteia profe-
cti sine aqua fuissent, ad terram applicant. Dum aquantur, Didius classe occurrit, naues incendit, nonnullas capit. Pompeius cum paucis profugit: & locum quendam munitũ natura occupat. Equites & cohortes quæ ad persequendum missæ essent, speculatoribus antè missis certiores fiunt, et diem & noctẽ iter faciunt. Pompeius humero & sinistro crure uehementer erat saucius: huc accedebat, ut etiam talum intorsisset: quæ res maximè impediebat. Ita lectica à turre qua esset allatus, in ea ferebatur. Lusitanus more militari, cũ à Cæsaris præsidio fuisset cõspectus, celeriter equitatu cohortibusq; circunluditur. Erat accessus loci difficultas. Nam idcirco quòd propter suos à nostro præsidio fuisset conspectus, celeriter munitum locum natura ceperat sibi Pompeius, quem uix magna multitudine deducti homines ex superiore loco defendere possent: subeũt in aduentu nostri, depelluntur telis. Quibus cedentibus, cupidius insequebantur aduersarij, & confestim tardabant ab accessu. Hoc sæpius facto, animaduertebatur nostro magno id fieri periculo. Opere circummunire instituit: pari autem & celeri festinatione circùm munitiones in iugo dirigũt, ut æquo pede cum aduersarijs congredi possent. A quibus cùm animaduersum esset, fuga sibi præsidium capiũt. Pompeius, ut suprà

demon-

demonstrauimus, saucio & intorto talo, idcirco tardabatur ad fugiendum. Item q; propter loci difficultatem, neq; equo neq; uehiculo salutis suæ præsidium parare poterat. Cædes à nostris undiq; administrabatur. Excluſa munitione, amissis q; auxilijs, ad cõuallem autẽ atq; exesum locum in spelunca Pompeius se occultare cœpit, ut à nostris non facilè inueniretur, nisi captiuorũ inditio. Ita ibi interficitur. Cùm Cæsar gradiebatur Hispalim pridie Iduũ April. caput allatum, et populo datum est in conspectum. Interfecto Cn. Pompeio adolescente, Didius, quem suprà demonstrauimus, illa affectus lætitia, proximo se recepit castello, nonnullas q; naues ad reficiendum subduxit. Lusitani qui ex pugna superfuerunt, ad signum se receperunt, & bene magna manu comparata, ad Didium se reportant. Huic etsi non aberat diligentia ad naues tuendas, tamen nonnunquã ex castello propter eorum crebras excursiones eijciebatur: et sic propè quotidianis pugnis insidias ponunt, & tripartitò signa distribuunt. Erant parati qui naues incenderent, incensis q; qui subsidium repeterent: ij sic dispositi erant, ut à nullo conspectu omnium ad pugnam contenderent. Ita cùm ex castello Didius ad propellendum processisset cum copijs, signũ à Lusitanis tollitur, naues incenduntur, simul q; qui è castello ad pugnam processerant, eodem signo fugientes latrones dum persequuntur, à tergo insidiæ clamore sublato circumueniunt. Didius magna cum uirtute cum cõpluribus interficitur, nõnulli ea pugna scaphas quæ ad littus fuerant, occupant. Item complures nando ad naues quæ in salo fuerunt, se recipiunt. Anchoris sublatis, pelagus remis petere cœperunt: quæ res eorũ uitæ subsidio fuit. Lusitani præda po-

tiuntur. Cæsar à Gadibus rursus ad Hispalim recurrit. Fabius Maximus, quem ipse ad præsidiũ oppugnandum reliquerat, operibus assiduis, hostesq; circum se intercluſi, inter se decernere: facta cæde bene magna, eruptionem faciunt. Nostri ad oppidum recuperandum occasionẽ non prætermittunt, & aliquos uiuos capiunt, ac deinde Vrsaonem proficiscuntur: quod oppidum magna munitione continebatur, sic ut ipse locus non solùm opere, sed etiam natura editus, ad oppugnandũ hostem appeteret. Huc accedebat, quòd aqua, præterquã in ipso oppido, non erat: nam circumcirca riuus nusquã reperiebatur propius millia passuum octo. Quæ res magno erat adiumẽto oppidanis. Tum præterea accedebat, ut agger materiesq;, unde solitæ sunt turres agi, propius millia passuum sex non reperiebantur: ac Pompeius, ut oppidi oppugnationẽ tutiorem efficeret, omnem materiam circum oppidum succisam intrò congeßit. Ita necessariò diducebantur nostri, ut à Munda quam proximè ceperãt, materiem illò deportarent. Dum hæc ad Mundam geruntur & Vrsaonem, Cæsar quum à Gadibus ad Hispalim se recepisset, insequenti die concione aduocata, commemorat initio quæsturæ suæ eam prouinciam ex omnibus prouincijs peculiarem sibi constituisse, & quæ potuisset eo tempore beneficia largitum esse. Insequenti prætura ampliato honore, uectigalia quæ Metellus imposuisset, à senatu petisse, & eis pecunijs prouinciã liberasse. Simulq; patrocinio suscepto, multis legibus ab se in senatũ inductis, simul publicis priuatisq; causis, multorum inimicitijs susceptis defendisse. Suo item in cõsulatu absentem quæ potuisset commoda prouinciæ tribuisse. Eorum omnium commodorum esse immemores

&

& ingratos in se & pop. Rom. hoc bello & in præterito tẽpore cognosse: Vos iure gentiũ, inquit, & ciuiũ Ro. institutis cognitis, more barbarorum, pop. Rom. * magistratib. sacrosanctis manus sæpe et sæpius, luce clara Cassium in medio foro nefariè interficere uoluistis. Vos ita pacem semper odistis, ut nullo tẽpore legiones desint populo Rom. in hac prouincia haberi. Apud uos beneficia pro maleficijs, maleficia pro beneficijs habentur. Ita neq; in ocio concordiam, neq; in bello uirtutem ullo tempore retinere potuistis. Priuatus ex fuga Cn. Pompeius adolescens à uobis receptus, fasces imperiúmque sibi arripuit. Multis interfectis ciuibus, auxilia contra pop. Rom. comparauit: agros uestramq; prouinciam uestro impulsu depopulauit. In quo uos uictores existimabatis? An me deleto non animaduertebatis, decem habere legiones populum Rom. quæ non solùm uobis obsisterc, sed etiam cœlum diruere possent? Quarum laudibus & uirtute.

Desunt nonnulla.

magna transiero sanctis Romanis semel & sæpi? attulistis, et luce clara captũ.

HEN-

HENRICI GLAREANI IN LIBRVM SEXTVM *Annotationes.*

EX omnibus his libris solus hic uix dimidiatus, mutilus, & undiq; corruptus habetur. Continet autem bellum inter Cn. Pompeium, Pompeij filium & C. Cæsarem. Nam ut ex Africa fugerat Cn. Pompeius, prouinciam ulteriorem Hispaniæ occupauerat, præsertim Bethycæ loca. Sex. Pomp. Cordubam præsidio obtinebat, Cneius Villã oppidum oppugnabat, à qua retractus, ut Cordubæ subsidio ueniret. Deinde ad Atteguam deuenitur: eam Cæsar expugnauit. Res deinde gestæ ad Vcubim oppidum. Denicp ad Mandam uentum, ubi acri pugna uictus Põpeius, occisi Labienus & Actius Varus cum XXX. millibus hominum. Põpeius Cartheiam concessit. Cæsar Cordubam ac Hispalim recepit. Quum uerò Cn. Pompeius in Lusitaniam fugeret, occisus est in itinere. Vltima oratio Cæsaris est Hispalis habita, post ostensum Cn. Pompeij caput.

FINIS.

C. IVLII CAESARIS EPISTOLARVM FRAGMENTA.

EX LIBRO EPISTOLARVM AD M. T. C.

Cæsar Imp. S. D. Ciceroni Imp.

VM Furnium nostrum tantum uidissem, neq; loqui, neq; audire me cõmodè potuisset, cùm properarem atq; essem in itinere, præmißis iam legionibus: præterire tamen non potui, quin & scriberem ad te & illum mittere, gratiasq; agerem: etsi hoc officium, & feci sæpè, & sæpius mihi facturus uideor: ita de me mereris. imprimis à te peto, quoniam confido me celeriter ad urbem uenturum, ut te ibi uideam? ut tuo consilio, gratia, dignitate, ope omnium rerum uti posßim. ad propositum reuertar: festinationi meæ, breuitatiq; literarum ignoßces. reliqua ex Furnio cognoßces. Vale. Ex li. ix ep. ad Attic.

Cæsar Imp. Ciceroni Imp. S.

RECTE auguraris de me (bene enim tibi cognitus sum) nihil à me abesse longius crudelitate, atq; ego cùm ex ipsa re magnam capio uoluptatem, tum meum factum probari abs te, triumpho & gaudeo. neq; illud me mouet, quod ij, qui à me dimißi sunt, discesßisse dicuntur, ut mihi rursus bellum inferrent: nihil enim malo, quàm & me mei similem esse, & illos sui. Tu uelim mihi ad urbem præstò sis, ut tuis consilijs atq; opibus, ut consueui, in omnib. rebus utar. Dolabella tuo nihil mihi scito esse iucundius. Ex li. ix ep. ad Attic.

hanc

hanc adeò habebo gratiam illi. neque enim aliter facere potuit: tanta eius humanitas, is sensus, ea in me est beneuolentia. Vale.

Cæsar Imp. M. Ciceroni Imp. S.

Ex li. 9. epist. ad Attic.

ETSI *te nihil temere, nihil imprudenter facturũ iudicaram? tamen permotus hominum fama, scribendum ad te existimaui, & pro nostra beneuolentia petendum, neque progredereris inclinata iam re, qua integra etiã progrediendum tibi non existimasses. namque & amicitiæ grauiorem iniuriam feceris, & ibi minus commodè consulueris, si non fortunæ obsecutus uidebere: omnia enim secundissima nobis, aduersissima illis accidisse uidentur: nec caussam secutus: eadem enim tum fuit, cum ab eorum consilijs abesse iudicasti: sed meum aliquod factum condemnauisse: quo mihi grauius abs te nihil accidere potest. quod ne facias pro iure nostræ amicitiæ à te peto. Postremo quid uiro bono, & quieto, & bono ciui magis conuenit, quàm abesse à ciuilibus controuersijs? quod nonnulli cum probarent. periculi caussa sequi non potuerunt. tu, explorato & uitæ meæ testimonio & amicitiæ iudicio, neque tutius neque honestius reperies quidquam, quàm ab omni contentione abesse.* XV. *kal. Maij, ex itinere.* Vale.

EX EPIST. CAESARIS AD CIC.

ex li. 7. epist. ad Cæsarẽ.

M. *Furium quem mihi commendas, uel regem Gallie faciam, uel Leptæ Legatum: si uis tu, ad me alium mitte, quem ornem.*

EX EPIST. CAESARIS AD CICERONEM.

Charist. lib.

Neque pro cauto, ac diligente se castris continuit.

EX CICER. AD ATT. LIB. X.

Cæsar mihi ignoscit per literas, quòd non uenerim: seseq; in optimam partem id accipere dicit. Facilè patior quod scribit, secum Tullum & Seruium questos esse, quia non idem sibi quod mihi remisisset, &c. sed tum exemplū misi ad te Cæsaris literarum.

EX LIB. XIII. AD ATT.

Sextius apud me fuit, & Theopōpus pridie: uenisse à Cæsare narrabat literas: hoc scribere, sibi certum esse Romæ manere: causſamq; eam adscribere, quæ erat in epistola nostra, ne se absente leges suæ negligerentur, sicut esset neglecta Sumptuaria.

EX LIBRO EPISTOLARVM AD C. OPPIVM ET CORNELIVM.

Cæsar Oppio, Cornelio S.

GAVDEO mehercule uos significare literis, quàm ualde probetis ea, quæ apud Corfinium sunt gesta, consilio uestro utar libenter, & hoc libentius quòd mea sponte facere constitueram, ut quàm lenissimum me præberem, & Pompeium, darem operam, ut reconciliarem tentemus hoc modo. si possumus omnium uoluntates recuperare, et diuturna uictoria uti: quoniam reliqui crudelitate odium effugere non potuerunt, neque uictoriam diutius tenere, præter unum L. Sullam, quem imitaturus non sum. hæc noua sit ratio uincendi: ut misericordia, & liberalitate nos muniamus. id quemadmodum fieri possit, nonnulla mihi in mentem ueniunt, & multa reperiri possunt. De his rebus, rogo uos, ut cogitationem suscipiatis. Cn. Magium, Pompeij præfectum deprehendi: scilicet meo instituto usus sum, & eum statim missum feci. Iam ex li. 9. epist. ad Attic.

duo

duo præfecti fabrûm Pompeij in meam potestatem uenêrunt, & à me missi sunt, si uolent grati esse, debebunt Põpeium hortari, ut malit mihi esse amicus, quàm ijs, qui & illi, & mihi semper fuerunt inimicissimi: quorum artificiis effectum est, ut Resp. in hunc statum perueniret.

Cæsar Oppio, Cornelio S.

ex li. ix. ep. ad Attic.

AD VII. Idus Mart. Brundisium ueni: ad murum castra posui. Pompeius est Brundisij, misit ad me Cn. Magiũ de pace. quæ uisa sunt respondi, hoc uos statim scire uolui. cùm in spem uenero, de compositione aliquid me conficere, statim uos certiores faciam. Valete.

ex Agel. lib. 17. ca. 9.

Libri sunt epistolarum C. Cæsaris ad C. Oppium, & Balbum Cornelium, qui res eius absentis curabant. in his epistolis quibusdam in locis inueniuntur literæ singulariæ, sine coagmentis syllabarum, quas tu putes positas inconditè. nam uerba ex his literis confici nulla possunt. Erat autem conuentum inter eos clandestinum, de commutando situ literarum, ut inscriptio quidem alia aliæ locũ, & nomen teneret: sed in legendo locus cuiq; suus, & potestas restitueretur, &c. Est autem Probi Grammatici cõmentarius satis curiosè factus, de occultâ literarum significatione epistolarum C. Cæsaris scriptarum.

EX LIBRO EPISTOLARVM AD Q. PEDIVM.

Cæsar Q. Pedio S.

ex li. 9. ep. ad Attic.

POMPEIVS se oppido tenet, nos ad portas castra habemus: conamur opus magnum, & multorum dierum, propter altitudinem maris: sed tamen nihil est, quod potius faciamus. ab utroq; portus cornu moles iacimus, ut aut illum quamprimum traijcere, quod habet Brundisij copiarum

copiarum cogamus, aut exitu prohibeamus.

EX LIBRO EPISTOLARVM
AD PISONEM.

LOCELLVM tibi signatum remisi. ex Charis. lib. 1.

EX LIB. II. EPISTOLARVM
AD FRONTONEM.

VESPERA fatigatus, luce dormitans. ex Caris. lib. 2.

EX LIBRO EPISTOLARVM
AD ANTONIVM.

NAM ad me misit Antonius exemplum Cæsaris ad se literarum, in quibus erat: se audiuisse Cæsarẽ, & L. Metellum in Italiam uenisse, Roma ut essent palàm: id sibi nõ placere: ne qui motus ex eo fierent: prohiberiq; omnes Italia, nisi quorum ipse caussam cognouisset, deq; eo uehementius erat scriptum. ex Cicer. ad Att. l. 11.

Epistolæ quoq; eius ad Senatum extant: quas primus uidetur ad paginas, & formam memorialis libelli conuertisse: cum anteà Consules & Duces non nisi transuersa charta mitterent scriptas. extant & ad Ciceronem: itẽ ad familiares domesticis de rebus. in quibus si qua occultius perferenda erant, per notas scripsit, id est, sic structo literarum ordine, ut nullum uerbum effici posset. quæ si quis inuestigare & persequi uellet, quartam elementorum literarum, id est, O pro A, & perinde reliquas commutet. ex Suet. in Cęsar.

Scribere & legere simul, dictare & audire solitũ accepimus. epistolas uero tantarum rerũ quaternas pariter librarijs dictare, aut, si nihil ageret, septenas. ex Plin. l. 7. cap. 25.

Ἐν ἐκείνῃ δὲ τῇ στρατείᾳ προσεξήσκησεν ἱππαζόμενος τὰς ἐπιστολὰς ὑπαγορεύειν, καὶ δυσὶν ὁμοῦ γράφουσιν ἐξαρκεῖν. ὡς δὲ ὄππιός φησι, καὶ πλείοσιν, λέγεται δὲ καὶ τὸ διὰ γραμμά ex Plut. Cęsare.

τῶν τοῖς φίλοις ὁμιλεῖν, λαίσαρα πρῶτον μηχανήσασθαι.

C. IVLII CAESARIS ORATIONVM FRAGMENTA.

EX ORATIONE IN FVNERE IVLIAE.

ex Suet. Cæs. Quæstor Iuliam amitam, uxoremq; Corneliam defunctas laudauit è more pro rostris. sed in amitæ quidem laudatione, de eius ac patris sui origine sic refert: Amitæ „ meæ Iuliæ maternum genus ab regibus ortum, pater„ num cum dijs immortalibus coniunctum est. nam ab „ Anco Marcio sunt Marcij Reges: quo nomine fuit ma„ ter. à Venere Iulij, cuius gentis familia est nostra. Est „ ergo in genere & sanctitas regum, qui plurimum inter „ homines pollent: & cæremonia deorum, quorũ ipsi in „ potestate sunt reges.

ex Plut. in Cæsare. Ὅτε δὲ μαρίου γυναικὸς ἀποθανούσης, ἀδελφιδοῦς ὢν αὐτῆς, ἐγκώμιον τε λαμπρὸν ἐν ἀγορᾷ διῆλθεν, καὶ περὶ τὴν ἐκφορὰν ἐτόλμησεν εἰκόνας μαρίου προθέσθαι.

EX ORAT. PRO BITHYNIS.

ex Agel. li. 5. cap. 13. C. Cæsar Pont. Max. in oratione, quam pro Bithynis „ dixit, hoc principio usus est: Vel pro hospitio regis Ni„ comedis, uel pro horum necessitate, quorũ res agitur, ex libri manuscripti corrupta scriptura. „ refugere hoc munus M.* Vinici, non potui. nam neq; „ hominum morte memoria deleri debet, quin proximis „ retineatur: neque clientes sine summa infamia deseri „ possunt, quibus etiam à propinquis nostris opem ferre „ instituimus.

ex Iulio Rufiniano de Figuris. Quid ergo? syngraphæ non sunt, sed res aliena est.

EX ORATIONE PRO LEGE PLAVTIA.

ex Agel. li. 13. c. 3. Reperi tamen in oratione C. Cæsaris, qua Plautiã rogationẽ suasit: necessitatem dictã pro necessitudine, id est, iure

iure adfinitatis. uerba hæc sunt: Equidẽ mihi uideor pro nostra neceßitate, non labore, non opera, non industria defuisse.

EX ORATIONE IN CN. DOLABELLAM.

Cæsar in Dolabellã: Actionis illibuisti, quorũ in ædibus, fanisq́; posita, & honori erant, & ornatu. In libris quoq; Analogicis oĩa istiusmodi sine i, litera dicẽda cẽset. ex Agel. li. 4. ca. 16. ex Cor. Tacit. in dialogo de oratorib.

Nono decimo ætatis anno L. Crassus C. Carbonẽ, uno & uigesimo Cæsar Dolabellam, altero & xxx. Asinius Pollio Catonem, non multo ætatem antecedens Caluus Vatinium, ijs orationibus insecuti sunt, quas hodieq́; cum admiratione legimus.

Cæterùm cõposita seditione ciuili, Cornelium Dolabellam consularem & triumphalem uirum repetundarũ postulauit: absolutoq́; Rhodum secedere statuit. ex Suet. in Cæs.

Diuus quoq; Iulius, quàm cælestis numinis, tum etiam humani ingenij perfectißimum columen, uim facundiæ propriæ expreßit, dicẽdo in accusatione Cn. Dolabellæ, quem reum agit, extorqueri sibi caussam optimam L. Cotta patrocinio. Ex Va. Max. li. 8. ca. 9.

C. Cæsar Cn. Dolabellam accusauit, nec damnauit.

Significat & Cæsarẽ, itẽ adolescẽtẽ, in Dolabella reo ex Sicilia, qui quidẽ dãnatus est quantũ oportuit per Hortensium, &c. ex Pediano in ora. pro M. Scau. ex Pedian. in Diuin.

Επανελθὼν δὲ εἰς ῥώμην, δολαβέλλον ἔκρινε κακώσεως ἐπαρχίας, καὶ πολλὰ ἀπὸ τῆς ἑλλάδος τῶν πόλεων μαρτυρίας αὐτῷ παρέσχον. ὁ μὲν οὖν δολαβέλλας ἀπέφυγε τὴν δίκην. ex Plut. in Cæs.

EX ORAT. AD MILITES.

Fama uerò hostilium copiarum perterritos, non negando, minuendóue, sed insuper amplificando emen

tiendoq́; confirmabat. itaq; cùm expectatio aduentus Iubæ terribilis esset, cõuocatis ad concionem militibus, Scitote inquit, paucißimis his rebus regem affuturũ cum x. „ legionibus, equitum xxx. leuis armaturæ c. millibus, „ elephantisq́; ccc. proinde desinant quidam quære„ re ultrà, aut opinari, mihiq́; qui compertum habeo, cre„ dant: aut quidem uetustißima naue impositos quocunq; „ uento in quascunq; terras iubebo auehi.

ex Diomede l. 1 Vt C. Cæsar apud milites de incommodis eorum. Non fru„ strabo uos milites.

EX ORAT. PRO DECIO SAMNITE.

ex Tacit ĩ dialog. de orat. NISI fortè quisquam aut Cæsaris pro Decio Samnite, aut Bruti pro Deiotaro rege, cæterosq́; cuiusdam lenti luminis ac temporis libros legit, &c.

EX ORAT. PRO SEXTILIO.

ex Valer. Ma. l. 5. ca. 3. QVO enim iambo, qua procella uerborum, impiũ Sextilij caput obrui meretur? quòd C. Cæsarem, à quo cum studiosè, tum etiam feliciter grauißimi criminis reus defensus fuerat, &c.

EX ORAT. DE CONIVRATIS.

ex Cic. Att. l. 12. CATONEM primum sententiam putat de animaduersione dixisse, quà omnes antè dixerant, præter Cæsarem. & cùm ipsius Cæsaris tam seuera fuerit, qui tum Prætorio loco dixerit, &c.

ex Salu. ĩ Cõiur. Sed Cæsar, ubi ad eum peruentum est, rogatus sententiam à Consule, huiuscemodi uerba locutus est: Omnes homines, &c.

ex Plutar. in Cæs. Ὁ δὲ καῖσαρ ἀναστὰς, λόγον διῆλθεν πεφροντισμένον, ὡς ἀποκτεῖναι μὲν ἀκρίτους ἄνδρας ἀξιώματα καὶ γένει λαμπροὺς, οὐ δοκεῖ πάτριον, οὐδὲ δίκαιον εἶναι, μὴ μετὰ τῆς ἐσχάτης

χάτης ἀνάγκης. εἰ δὲ φρουροῖντο δεθέντες ἐν πόλεσι τῆς ἰταλίας, ἃς αὖ αὐτὸς ἕλῃται κικέρων, μέχρι οὗ καταπολεμηθῇ κατιλίνας, ὕστερον ἐν εἰρήνῃ καὶ καθ' ἡσυχίαν περὶ ἑκάστου τῇ βουλῇ γνῶναι παρέξει. οὕτω δὲ τῆς γνώμης φιλανθρώπου φανείσης, καὶ τοῦ λόγου δυνατῶς ἐπ' αὐτῇ ῥηθέντος, οὐ μόνον οἱ μετὰ τοῦτον ἀνιστάμενοι προσετίθεντο πολλοὶ δὲ καὶ τῶν τὰς εἰρημένας γνόμας ἀπειπάμενοι, πρὸς τὴν ἐκείνου κατέστησαν, ἕως ἐπὶ κάτωνα τὸ πρᾶγμα καὶ κάτουλον περιῆλθεν.

EX ORATIONE IN FVNERE CORNELIAE.

QVAESTOR Iuliam amicam, uxoremq; Corneliã defunctas laudauit è more pro rostris. ex Suet. in Cęsa.

Τὸ μὲν οὖν ἐπὶ γυναιξὶ πρεσβυτέραις λόγους ἐπιταφίους διεξιέναι πάτριον ἦν ῥωμαίοις νέαις δ' οὐκ ὂν ἐν ἔθει, πρῶτος εἶπεν καῖσαρ ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς ἀποθανούσης. ex Plutar. ī Cę.

Tum Brutus. Orationes quidem eius mihi uehementer probantur. complures autem legi, &c. ex Cic. ī Bruto.

Orationes aliquas reliquit, inter quas temerè quædã feruntur. pro Q. Metello, quam non immeritò Augustus existimat magis ab actuarijs exceptam malè sub sequentibus uerba dicentis, quàm ab ipso editam. nam in quibusdã exemplaribus inuenio ne inscriptam quidem pro Metello, sed quam scripsit Metello, cùm ex persona Cæsaris sermo sit, Metellum, seq; aduersus communium obtrectatorum criminationes purgantis. Apud milites quoque in Hispania, idem Augustus orationem esse uix eius putat: quæ tamen duplex fertur, una quasi priore habita prælio, altera posteriore, quo Asinius Pollio ne tempus quidem concionandi habuisse eum dicit, subita hostium incursione. ex Suet. in Cęsare.

C. IVLII CAESARIS
FRAG. ANTICATONIS.
LIB. I.

Prisci an. li. 6. Cęsar in Anticatone priore. Vno em̃. &c. & lib. 7. et lib. 13. ex Plin. l. 3. epis. ad C. At. Seu.

VNO *enim excepto, quem aliusmodi atque omnis natura finxit, suos quisq; habet caros.*

INCERTA EX ANTIC.

ERVNT *officia antelucana, in quæ incidere impunè ne Catoni quidem licuit, quem tamen C. Cæsar ita reprehendit, ut laudet. describit enim eos quibus obuius fuerit, cum caput ebrij retexissent, erubuisse. deinde adijcit: Putares non ab illis Catonem, sed illos à Catone deprehensos. Potuitne plus auctoritatis tribui Catoni, quàm si ebrius tam uenerabilis erat? nostræ tamẽ cœnæ ut apparatus & impendij, sic temporis modus constet. neq; enim hi sumus, quos uituperare ne inimici quidem possunt, nisi ut simul laudent.*

ex Agel. l. 4. cap. 16. „ *C. etiam Cæsar grauis auctor linguæ Latinæ, in Anticatone: Vnius, inquit, arrogantiæ, superbiæq; dominatuq;.*

ex Ci. ad At. li. 12. *Qualis futura sit Cæsaris uituperatio contra laudationem meam, perspexi ex eo libro, quem Hirtius ad me misit: in quo colligit uitia Catonis, sed cũ maximis laudibus meis. itaque misi librum ad Muscam, ut tuis librarijs daret. uolo enim eum diuulgari.*

ex li. 12. ad Attic. *Hirtij epistolã si legeris, quæ mihi quasi πρόπλασμα uidetur eius uituperationis, quam Cæsar scripsit de Catone.*

ex li. 13. ad Atti. *Cùm mihi Balbus nuper in Lanuuino dixisset, se et Oppium scripsisse ad Cæsarem, me legisse libros contra Catonem, & uehementer probasse.*

Quibus

Quibus omnibus generibus usus est nimis impudenter Cæsar contra Catonem meum. ex Cic. in topic.

M. Ciceron. libro quo Catonem cœlo æquauit, quid aliud dictator Cæsar, quàm rescripta oratione uelut apud Iudices respondit? ex Tac. lib. 4.

His quoque usum C. Cæsarẽ in uituperãdo Catone notauerit Cicero. ex Quĩ. lib. 3.

Reliquit & de analogia duos libros, & Anticatones totidem. ex Suet. in Cæsa.

Vt Catonem Tullius laudans: & duobus uoluminibus Cæsar accusans. ex Mar. Capell. lib. 5.

Ῥυθόμενος δὲ ὡς ἑαυτὸν ὁ ἀνὴρ διεργάσαιτο, δῆλος μὲν ἦν δυχθεὶς, ἐφ' ᾧ δὲ, ἄδηλον. εἶπε δ' οὖν. ὦ κάτων φθονῶ σοι τοῦ θανάτου. καὶ γὰρ ἐμοὶ τῆς σωτηρίας ἐφθόνησας. ὁ μὲν οὖν με τὰ ταῦτα γραφεὶς ὑπ' αὐτοῦ πρὸς κάτωνα τεθνεῶτα λόγος, οὐ δοκεῖ πράως ἔχοντος, οὐδὲ συδιαλλάκτως σημεῖον εἶναι. πῶς γὰρ ἐφείσατο ζῶντος, εἰς ἀναίσθητον ἐγχέας ὀργὴν τοσαύτην? Paulo post: καὶ τὸν λόγον ἐκεῖνον οὐκ ἐξ ἀπεχθείας, ἀλλὰ φιλοτιμίας πολιτικῆς συντετάχθαι διὰ τοιαύτην αἰτίαν. ἔγραψε κικέρων ἐγκώμιον κάτωνος, ὄνομα τῷ λόγῳ θέμενος κάτωνα. καὶ πολλοῖς ὁ λόγος ἦν διὰ σπουδῆς, ὡς εἰκὸς ὑπὸ τοῦ δεινοτάτου τῶν ῥητόρων εἰς τὴν καλλίστην πεποιημένος ὑπόθεσιν. τοῦτο ἡνία καίσαρα, κατηγορίαν αὐτοῦ νομίζοντα, τὸν τοῦ τεθνεῶτος δι' αὐτὸν ἔπαινον. ἔγραψεν οὖν πολλάς τινας κατὰ τοῦ κάτωνος αἰτίας συναγαγὼν. τὸ δὲ βιβλίον αὐτικάτων ἐπιγέγραπται, καὶ σπουδαστὰς ἔχει τῶν λόγων ἑκάτερος διὰ καίσαρα καὶ κάτωνα πολλούς.

Αὐτὸς δ' οὖν ὕστερον ἐν τῇ πρὸς κικέρωνα περὶ κάτωνος αὐτιγραφῇ παρατεῖται, μὴ στρατιωτικοῦ λόγον ἀνδρὸς ex Plut. in Cæs.

αὐτεξιτάζειν πρὸς δεινότητα ῥήτορος σὺφυοῦς, καὶ σχολὴν ἐδὶ τοῦτο πολλὴν ἄγοντος.

ex Plut. Cicer. Ἐκ δὲ τούτου διετέλει τιμῶν καὶ φιλοφρονούμενος, ὥστε καὶ γράψαντι λόγον ἐγκώμιον κάτωνος, ἀντιγράφων, τόν τε λόγον αὐτοῦ καὶ τὸν βίον, ὡς μάλιστα τῷ περιχλέους ἐοικότα καὶ θηραμένους, ἐπαινεῖν. ὁ μὲν οὖν κικέρωνος λόγος κάτων ὁ δὲ καίσαρος, ἀντικάτων γέγραπται.

ex Iuuenale Sat. 6.

Atq; utinam ritus ueteres, & publica saltem
His intacta malis agerentur sacra: sed omnes
Nouerunt Mauri, atq; Indi quæ psalteria penem
Maiorẽ, quàm sint duo Cæsaris Anticatones, illuc, &c.

C. IVLII CAESARIS DE ANALOGIA LIB. I. AD M. T. CICERONEM.

ex Cic. in Bruto. QVIN etiam in maximis occupationibus cùm ad te ipsum, inquit, in me intuens, de ratione Latinè loquendi accuratißimè scripserit, primoq; in libro dixerit, uerborum delectum originem esse eloquentiæ; tribueritq; mi Brute, huic nostro, qui me de illo maluit, quàm se dicere, laudem singularem (nam scripsit his uerbis, cùm hunc nomine esset affatus) Ac si cogitata præclarè eloqui possent, nonnulli studio, & usu laborauerũt (cuius te penè principem copiæ, atque inuentorem, bene de nomine ac dignitate Populi Romani meritum esse existimare debemus) hunc facilem, & cotidianum nouisse sermonem, nunc pro relicto est habendum. Tum Brutus, Amice hercule, inquit, & magnificè te laudatũ puto, quẽ non solum principem atque inuentorem copiæ dixerit, quæ erat magna laus: sed etiam bene meritum de Populi Romani nomine & dignitate.

C. Cæsar

C. Cæsar in libris quos ad M. Ciceronem de analogia scripsit, arenas uitiosè dici existimabat: quòd arena nunquam multitudinis numero appellanda sit: sicuti neque cælum, neque triticum. contrà autem quadrigas, etiam si currus unus equorũ quatuor iunctorum agmen unum sit, pluratiuo semper numero dicendas putat. Paulò post, ex lib. 1. de analogia: Nam cùm suprà dixisset, neque cælum, triticúmue, neque arenam multitudinis significationem pati. Num tu, inquit harum rerum natura accidere arbitraris. quòd unam terram, & plures terras, & urbem, & urbes & imperium & imperia dicamus. neque quadrigas in unam nominis figuram redigere, neque arenam in multitudinis appellationem conuertere possumus? ex Agel. li. 19. ca. 8.

Atque id quod à C. Cæsare excellentis ingenij ac prudentiæ uiro in 1. de analogia libro scriptum est, habe semper in memoria atque in pectore, Vt tanquam scopulũ sic fugias inauditum atque insolens uerbum. ex Agel. li. 1. cap. 10. & Macro. li. 1. Sat.

LIB. II.

Sed C. Cæsar in libro de analogia secundo, huius die, & huius specie dicendum putat. ex Agel. li. 9. cap. 12. 1.

C. Cæsar de analogia lib. II. fagos, populos, ulmos. ex Cha. lib. 1.

Nisi quia Cæsar libro II. singulariter Idem, pluraliter Iidem, dicendum affirmat. ex Cha. lib. 1.

Sed Cæsar de analogia II. turbonem, non turbinem etiam in tempestate dici debere ait. ex Cha. l. 1.

Cæsar de analogia libro II. Panium dixit: sed Verius Panum sine i. ex Cha. lib. 1.

Lacer, &c. Cæsar de analogia lib. II. nec non Valgius de rebus per epistolam, quæsitis. ex Cha. lib. 1.

INCERTA EX ANALOG.

ex Agel. li.4.c.16 *In libris quoque analogicis omnia istiusmodi sine i, litera dicenda censet.*

exChar. lib.1. C. Cæsar, quasi indiscretum hoc sit, ait, i, litera nominatiuo singulari neutra finita nomina, eandem definitionem capere, quam capiant E litera terminata, huic animali: huic puteali, & ab hoc puteali.

exChar. li.1. Quam C. Cæsar ponit in femininis, ut puppim, restim, puluim. hæc enim modo, & ab hoc cani, & ab hoc cane.

ex Prisc. lib. 6. Hic & hæc Samnis, huius Samnitis. sic Cæsar de analogia.

exChar. lib.1. Iubar: Plinius ait inter cætera etiam istud C. Cæsarem dedisse præceptum, Quorum neutra nomina ar nominatiuo clausa, per i, datiuum ablatiuumq; singularis ostendant: iubar tamen ab hac regula dissidere. nam ut huic iubari dicimus, ab hoc iubare dicendum est: ut huic farri, ab hoc farre.

ex Plin. lib. 6. ex Char. lib.

exChar. lib.1. Omnium nominum quæ sunt neutri generis, & in e terminantur, ait Plinius Cæsarem sciisse eosdem esse ablatiuos, quales sunt datiui singulares. Ar, literis nomina neutralia nominata: idem non minus ait Cæsar quòd datiuo & ablatiuo pari iure funguntur, ut idem Plinius ait.

exChar. lib.1. Partum Cæsar in analogicis, harum partiū.

ex Prisc. lib.1. Nam tribus iii, iunctis, qualis posset syllaba pronunciari? nam postremum i, pro uocali est accipiendum, quod Cæsaris artis grāmaticæ doctissimo placitum fuisse à Victore quoq; in arte Grammatica de syllabis cōprobatur.

exQuin. lib.1. At uim C. Cæsaris fregerunt editi de analogia libri?

ex Suet. in Cæsa. Reliquit & de analogia duos libros & Anticatones totidem.

Prætered

Præterea Cæsar declinat pubis, puberis. ex Prisc. lib. 6.

Quamuis Cæsar non incongruè protulit ens, à uerbo sum, es, est. ex Pris. lib. 18.

Sed Augustus quoq; in epistolis ad Cæsarem scriptis emendat, quòd is calidum dicere, quàm caldum malit: non quia illud non sit Latinum, sed quia sit odiosum, &, ut ipse Græco uerbo significauit, περίεργον. ex Quin. lib. 1.

Neque enim tam Calypsonem dixerim, ut Iunonem, quàm secutus antiquos C. Cæsar utitur hac ratione declinandi. ex Quin. lib. 1.

De quo genere optimè C. Cæsarem prætextatum adhuc accepimus dixisse, Si cantas malè cantas, si legis cantas. ex Quin. lib. 1.

Sic M. Tullius & C. Cæsar, mordeo memordi: pungo pepugi: spondeo spepondi dixerunt. ex Agel. li. 7. c. 9.

Pro quo digamma, Cæsar hanc figuram Ⅎ scribere uoluit. ex Prisc. lib. 1.

Vnguenta autẽ dicuntur à locis, ut Telinum: cuius Iulius Cæsar meminit dicẽs: Corpusq; suaui Telino unginur, hoc conficiebatur in insula Telo, quæ est una ex Cycladibus. ex Isidoro lib. 4. cap. 12.

Apud Cæsarem, & Catulum, & Caluum lectum est, quorum uacillat auctoritas: cùm iam fulua cinis fuerit. ex Non. Marc. in uoce Cinis.

Salue primus omnium Parens Patriæ appellatæ, primus in toga triumphum, lingúaeque lauream merite, & facundiæ, Latiarúmque literarum parens: atque (ut dictator Cæsar hostis quondam tuus de te scripsit) omnium triumphorum laurcam adepte maiorem, quanto plus est, ingenij Romani terminos in tantum promouisse, quàm Imperij. ex Plin. lib. 7. cap. 30.

Variè

ex Velio Lõgo de orthographia. ex Capro. Variè etiam scriptitatum est, mancipium, aucupiũ, manubia. siquidem C. Cæsar per i scripsit, ut apparet ex titulis ipsius.

Hoc lutum atq; macellum singulari exire memento: licet Ennius, ista macella, dicatq; & Cæsar, lutea.

C. IVLII CAESARIS LIBER APOPHTHEGMATVM.

ex Cice. li. 19. ex pistol. ad Pætum. Sed ipse Cæsar habet peracre iudicium. &, tamen ut Seruius frater tuus, quem litteratißimum fuisse iudico, facile diceret, Hic uersus Plauti non est, hic est, quòd tritas haberet aures notandis generibus poetarum, & consuetudine legendi: sic audio Cæsarem, cùm uolumina iam cõfecerit ἀποφθεγμάτων, si quid afferatur ad eũ pro meo, quod meum non sit, reijcere solere, quod eo nunc magis facit, quia uiuunt mecum ferè cotidie illius familiares.

ex Suet. in Cæsa. Feruntur & à puero, & ab adolescentulo quædam scripta, & c. item dicta collectanea, & c.

C. IVLII CAESARIS LIBRI AVSPICIORVM.

ex Mac. Sat. li. 1. Sed contrà Iulius Cæsar XVI. auspiciorum libro negat nundinis concionem aduocari posse, id est, cum populo agi, ideoq; nundinis Romanorum haberi comitia non posse.

DE SIDERVM MOTV.

ex Mac. Sat. li. 1. Nam Iulius Cæsar, ut siderum motus, de quibus nõ indoctos libros reliquit, ab Aegyptijs disciplinis hausit: ita hoc quoq; ex eadem institutione mutuatus est, ut ad Solis cursum finiendi anni tempus extenderet.

ex Plin. li. 8. c. 26 Cæsaris de singulorum siderum ortu & occasu observationes, in quib. & Idus Martias sibi ferales annotauit.

AVGV-

AVGVRALIA.

Cæsar in Auguralibus, Si sincera pecus erat. ex Prisc. lib. 6.

C. Cæsar, quæ res augurantur οἰωνοσκοπικῶς. ex Prisc. lib. 8.

EPHEMERIDES.

C. Iulius Cæsar cùm dimicaret in Gallia, & ab hoste raptus equo eius portaretur armatus occurrit quidam de hostibus, qui eum nosset: & insultans ait: Cecos Cæsar. ex Seru. in lib. 11. Æneid. *quod Gallorum lingua. Dimitte, significat: & ita factum est, ut dimitteretur. Hoc autem ipse Cæsar in Ephemeride sua dicit, ubi propriam commemorat felicitatem.*

C. IVLII CAESARIS POETVM FRAGMENTA.

Tu quoq; tu in summis, ô dimidiate Menander, ex Donato in uita Terētij.
Poneris, & merito, puri sermonis amator,
Lenibus atq; utinam scriptis adiuncta foret uis
Comica, ut æquato uirtus polleret honore,
Cum Græcis, neq; in hac despectus parte iaceres.
Vnum hoc maceror, & doleo tibi deesse Terenti.

EIVSDEM C. IVLIVS CAESAR.

FELTRIA PERPETVO NIMIVM DAMNATA RIGORE, ex antiquo lapide.
FORTE MIHI POSTHAC NON ADEVNDA VALE.

EIVSDEM.

Thrax puer astricto glacie dum ludit in Hebro, ex libro lusuũ in Priap. q dam Germanico, inscribũs
Pondere concretas frigore rupit aquas.
Dumq; imæ partes rapido traherentur ab amne:
Abscidit tenerum lubrica testa caput.
Orba quod inuentum mater dum conderet urna,
Hoc peperi flammis, cetera, dixit, aquis.

Reliquit

ex Suet. in Cæsa. Reliquit & de analogia, &c. ac præterea poema, quod inscribitur Iter, quorum librorum primos in transitu Alpium, cum ex citeriore Gallia, conuentibus peractis, ad exercitum rediret: sequentes sub tempus Mundensis prælij confecit: nouissimum, dum ab urbe in Hispaniam ulteriorem quarto & uigesimo die peruenit.

ex Pli. li. 19. ca. 8. Nec non olus quoq; siluestre est trium foliorum, Diui Iulij carminibus præcipuè, iocisq; militaribus celebratũ: alternis quippe uersibus exprobrauere lapsana se uixisse apud Dyrrachium, præmiorum parsimoniam cauillantes. est autem id Cyma siluestris.

ex Ascõ. pedian. C. Cæsar inter primos temporis sui oratores, & Tragicus poeta bonus admodum habitus est. huius sunt enim Tragœdiæ, quæ inscribuntur Iulij. & hi autẽ Iulij, et Antonius ab satellitibus Marij sunt occisi.

Feruntur & à puero, & ab adolescentulo quædam scripta, ut laudes Herculis, Tragœdia Oedipi, itẽ dicta collectanea, quos omnes libellos uetuit Augustus publicari.

Nisi fortè quisquam aut Cæsaris pro Decio Samnite, &c. nisi qui & carmina eorundem miratur. Fecerunt enim & carmina in bibliothecas retulerũt non melius quã Cicero: at felicius, quia illos fecisse pauciores sciunt.

Καὶ ποίημα ἀγράφων καὶ λόγους τινὰς, ἀκροαταῖς ἐκείνοις ἐχρῆτο, καὶ τοὺς μὴ θαυμαζομένους ἄντικρυς ἀπαιδεύτους καὶ βαρβάρους ἀπεκάλει.

C. IVLII CAESARIS DICTA.

ex Cice. ad Attic. lib. 18. Maximè autem de Bruto nostro, de quo quidem ille, ad „ quem diuerti, Cæsarem solitũ dicere: Magni refert hic quid uelit: sed quidquid uult, ualdè uult. idq; cum animaduertisse,

uertisse, cùm pro Deiotaro Nicææ dixerit.

Aiebat, Cæsarem secum, quo tempore Sextij rogatu, ue- ex Ci. ad Att. l. 18.
ni ad eum, cùm expectarem sedens, dixisse: Ego nunc tam
» sim stultus, ut hunc ipsum, facilem hominem, putem mi
» hi esse amicum, cùm tandiu sedens meum commodum
» expectet? (de Bruto.)

Interrogatusq; cur repudiasset uxorem. Quoniã (in- ex Suet. in Cęsa-
» quit) meos tam suspicione, quàm crimine iudicio care- re.
» re oportere.

Pontico triumpho inter pompæ ferculà trium uerbo- ex Suet. in Cęsa.
» rum prætulit titulum, Veni, uidi, uici.

Consecutusq; cohortes ad Rubiconem flumẽ, qui pro- ex Suet. in Cęsa.
uinciæ eius finis erat, paululum constitit: ac reputans quã-
» tum moliretur conuersus ad proximos, Et etiam nunc,
» inquit, regredi possumus: quod si ponticulum transieri
mus, omnia armis agenda erunt.

Tunc Cæsar Eatur, inquit, quo Deorũ ostenta, & ini- ex Suet. in Cęsa.
micorum iniquitas uocat. iacta est alea, inquit.

Quemadmodum C. Cæsar Pomponio ostendenti uul- ex Quin. lib. 7.
nus ore exceptũ in seditione Sulpiciana, quod ipse se pas-
» sum pro Cæsare pugnantẽ gloriabatur, Nunquã fugiẽs
» respexeris, inquit: aut crimen obiectum, ut Cicero, &c.

Est & illa ex ironia fictio, qua usus est C. Cæsar. nam ex Quin. lib. 6.
cùm testis diceret à reo femina sua ferro petita, & esset
facilis reprehensio, cur illam potissimum partem corpo-
» ris uulnerare uoluisset. Quid enim faceret, inquit, cùm
» tu galeam & loricam haberes?

Nam & ipse Cæsar accusata acerbitate Marcelli (sic ex Cice. lib. 4. e-
enim appellabat) laudatáq; honorificẽtissimè & æquitate pist. ad
tua, & prudẽtia, repẽtè præter spẽ dixit, se senatui rogãti Ser. Sul.
» de Marcello, ne hominis quidem caussa negaturum.

ex Ci.li. 13. epist. ad Acilium.

Cùm propter quosdam sordidos homines, qui Cæsaris beneficia uendebant, tabulam in qua nomina ciuitate donatorum incisa essent, reuelli iußisset, eidem Dolabellæ, me audiente, Cæsar dixit, Nihil esse, quod de Mega uereretur: beneficium suum in eo manere.

ex Plin. lib. 18. cap. 25.

Tres aũt fuêre secta, Chaldæa, Aegyptia, Græca: his addit apud nos quartam Cæsar dictator, annos ad Solis cursum redigens singulos.

ex Plin. lib. 18. cap. 26.

A' Bruma in Fauonium Cæsari nobilia sidera significant. Paulò pòst: Pridie nonas Ianuarij Cæsari Delphinus matutino exoritur, & postero die fidicula, quo Aegypto sagitta Vesperi occidit. Paulò post: A' Fauonio in æquinoctium uernum Cæsari significat 17. Kal. Martij triduũ uariè, & 8. Kal. hirũdinis uisus, & postero die arcturi exortu uespertino, item 3. Non. Martij Cæsar Cancri exortu id fieri obseruauit. Paulò post: Cæsar & Idus Martias Ferales sibi annotauit Scorpionis occasu. Paulò post: Tertio Nonas Aprilis in Attica uergiliæ uesperi occultantur. eadem postridie in Bœotia. Cæsari autẽ & Chaldæis nonis. Paulò post: Cæsari sexto Idus significatur imber Libræ occasu: 15. Kal. Maij Aegypto sucula occidunt uesperi sidus uehemens, & terra, mariq; turbidum, 16. Atticæ, 15. Cæsari, continuoq; triduo significat. Paulò post: 6. Non. Maij Cæsari sucula matutino exoriuntur, & 8. Idus Capella pluuialis.

ex Plin. lib. 18. cap. 27.

A' uergiliarum exortu significant Cæsari postridie Arcturi occasus matutini. Paulò post: Vndecimo kal. Cæsari Orionis gladius occidere incipit: tertio Non. Iunij Cæsari, & Assyriæ Aquilæ uesperi oritur, &c. undecimo kal. eiusdem Orionis gladius Cæsari occidere incipit.

A' solsti-

A solstitio ad fidiculae occasum sexto kal. Iunij, Cæsari Orion exoritur. Paulò post: XVIII. kal. Augusti, Aegypto aquila occidit matutino, Etesiarúmque prodromi flatus incipiunt, quod Cæsar x. kal. sentire Italiam existimauit. Paulò post: Aquila Atticæ matutino occidit: tertio kal. regia in pectore Leonis stella matutino Cæsari immergitur. ex Plin. li. 18. cap. 28.

DE C. IVLIO CAESARE.

SED tamen Brute, inquit, Atticus, de Cæsare & ipse iudico, & de hoc huius generis acerrimo æstimatore sæpissime audio, illum ferè omnium Oratorum Latinè loqui elegantissimè, nec id solùm domestica consuetudine, ut dudum de Læliorum & Mutiorũ familijs audiebamus, sed quanquam id quoque credo fuisse, tamen ut esset perfecta illa bene loquendi laus, multis literis, & ijs quidem reconditis & exquisitis est consecutus, & c. ex Cic. in Brut.

Sed perge Pomponi de Cæsare, & redde quæ restant: Solum quidem, inquit ille, & quasi fundamentum oratoris, & c. Cæsar autem rationem adhibens, consuetudinem uitiosam & corruptam pura & incorrupta consuetudine emendat. itaque cùm ad hanc elegantiam uerborum Latinorum, quæ etiamsi Orator nõ sis, & sis ingenuus ciuis Romanus, tamen necessaria est, adiungit illa oratoria ornamenta dicendi: tum uidetur tanquam tabulas bene pictas collocare in bono lumine. hanc cùm habeat præcipuam laudem in communibus, nõ uideo cui debeat cedere: splendidam quandam, minimeq; ueteratoriam rationẽ dicendi tenet, uoce, motu, forma etiam magnifica, & generosa quodãmodo. Tum Brutus, Orationes quidem eius, & c. atq; etiã Commentarios quosdam scripsit rerũ suarũ, ex Cic. in Brut.

ualdè quidem, inquã, probandos: nudi enim sunt, recti, & uenusti, omni ornatu orationis tãquã uestè detracta: sed dũ uoluit alios habere parata, unde sumerent, qui uellent scribere historiã, ineptis gratũ fortasse fecit, qui uolunt illa calamistris inurere: sanos quidem homines à scribendo deterruit, &c.

ex Cic. ad Cor. Nepot. apu. Sue in Cęsa. ex Cic. lib. 3. de Orat.

Quid Oratorum? quẽ huic antepones eorũ, qui nihil aliud egerũt? quis sentẽtijs aut acutior, aut crebrior? quis uerbis aut ornatior, aut elegantior?

Quid noster hic Cæsar? non ne nouã quãdã rationem attulit orationis, & dicẽdi genus induxit propè singulare? quis unquam res præter hunc Tragicas penè comicè, tristes remissè, seueras hilarè, forenses scenica propè uenustate tractauit? atque ita, ut neque iocus magnitudine rerum excluderetur, nec grauitas facetijs minueretur.

EX CICERONE, LIB. I. OFFIC.

SED bene loquendi de Catulis opinio non minor, sale uerò conditus, & facetijs Cæsar.

ex Suet. Cæsare.

Reliquit & rerum suarum Commentarios Gallici, ciuilisq; belli Põpeiani, nã Alexandrini, Africiq; & Hispaniensis incertus auctor est. alij enim Oppium putant, alij Hirtium: qui etiã Gallici belli nouissimũ, imperfectumq; librũ suppleuerit. Paulò post: Pollio Asinius parũ diligenter, parũq; integra ueritate compositos putat: cùm Cæsar pleraq; & quæ per alios erant gesta, temerè crediderit: & quæ per se, uel cõsulto, uel etiã memoria lapsus, perperã ediderit: cxistimatq; rescripturũ, & correcturũ fuisse.

ex Qui. lib. 10.

C. uerò Cæsar si tantum foro uocasset, nõ alius ex nostris contra Ciceronem nominaretur: tanta in eo uis est, id acumen, ea concitatio, ut illum eodem animo dixisse, quo

quo bellauit, appareat: exornat tamen hæc omnia mira sermonis, cuius propriè studiosus fuit, elegantia.

Quid tantum noceret uim Cæsaris, asperitatem Cælij, diligentiam Pollionis, iudicium Calui quibusdam in locis assumere? ex Quīt. lib. 10.

Hinc uim Cæsaris, indolē Cælij, subtilitatē Calidij, grauitatem Bruti, acumen Sulpicij, acerbitatem Cassij diligētiam Pollionis, dignitatem Messalæ, sanctitatem Calui reperiemus. ex Quīt. lib. 12.

At tristior Caluus, numerosior Asinius, splēdidior Cæsar, amarior Cælius, grauior Brutus, uehementior, & plenior, & ualentior Cicero. ex Tac. in dial. de Orat.

Λέγεται δὲ καὶ φῦναι πρὸς λόγος πολιτικὸς ὁ καῖσαρ ἄριστα, ᾗ διαπονῆσαι φιλοτιμώτατα τὴν φύσιν, ὡς τὰ μὲν περεῖα μὴ ἀδηρίτως ἔχειν, &c. ex Plu. in Cæsa.

Ἐμοὶ δὲ ῥώμη πολλὴ μὲν ἐδόκει τῷ λόγῳ περὶ τὰς συνηγορίας αὐτὸς χάρις ἐξέλαμπεν. ex Plu. in Cæsa.

Ac mihi ex Græcis orationes Lysiæ ostētat, ex nostris Gracchorum, Catonisq;, quorū sanè plurimæ sunt circūcisæ & breues. ego Lysiæ Demosthenem, Aeschinē, Hyperidē, multosq; præterea Gracchis, & Catoni Pollionem, Cæsarem, Cælium, imprimis M. Tullium oppono, cuius oratio optima fertur esse, quæ maxima. ex Plín. li. 1. epis.

Sed ego uerear ne me non satis deceat, quod decuit M. Tullium, C. Caluum, Asinium Pollionem, M. Messallam, &c. Diuum Iulium, Diuum Augustum, Diuum Neruam, Ti. Cæsarem, &c. ex Plín. li. 2. epi.

FINIS.

INDEX EORVM QVÆ IN COMMENTARIIS *C. Iulij Cæsaris habentur, per ordinem Alphabeti, per Raimundum Marlianum, hominem sui temporis eruditissimum. In quo diligenter quidem, sed cursim recognito, quædã emendata sunt, quædam uel dempta, uel mutata, multa addita usq; ad hæc tempora.*

A.

CÆSAR in Commentarijs Galliam in treis partes diuidens, loca Galliæ prouinciæ à Romanis tũc possessæ, Britanniæ ulterioris, quàm Angliam dicimus, Hispaniæ etiam citerioris, ac populorum cis Rhodanum, transq; Rhenum flumina sitorum annectit, qui omnes lingua, institutis, legibusq; inter se etiam tunc differebant.

Aduatici Belgarum populi regni Eburonum (nunc Leodiensium) finitimi, ac Neruijs (nunc Tornacensibus) proximi: habebant amplũ & in altissimis rupibus oppidum, fortè nunc, ut quibusdam uidetur, est oppidũ appellatum Beaumont, uicinum Thuduino in finib. Hannoniæ. Hos ex allusione uocabuli complures credunt esse eos, qui Douacum Atrebatensis diœcesis oppidũ non longè à Cameraco urbe distans incolunt. Hi Aduatici ex Cimbris Teutonisq; prognati erant, qui Transrhenani fuerunt. Sed magis coniectura est Aduaticos fuisse eos qui hodie Gallicam Brabantiam, ubi oppidum Niuella est, partemq; Hannoniæ circa Cannetum mõtem & Bintium oppida Cameracensis diœcesis, finitimaq; his loca extra Frãcorum regnum inhabitant: ubi locus quidam in uici formam redactus est ferè desertus, cuius nomen Gallica lingua ueteri satis alludit, & monimenta adhuc quædam præclara uetustatis uisuntur. Hi Bosseducenses dicti.

Ædui, populi finitimi sunt Aruernis, Biturigibus, Sequanis ac Sebusianis, inter Gestas. Hi adhuc nomen priscum Latinè retinẽt, inter Burgundos nunc nominati. nec citra Ararim flumen (qui nunc Saona appellatur) aliquos habent fines, nec hodie sunt Sabusianis finitimi. In Ducatu Burgundiæ & Francorum regno siti. Ciuitas horum Æduorum Episcopalis est, in Prouincia Lugdunensi.

Agendicum inter Celtas oppidũ, Senonibus, Parisiis, Vellauduno oppido Senonum, Genabo Carnutũ oppido, & Nouioduno, Auarico q; Biturigũ oppidis proximum, in regno Francorum, situm, Prouins Gallicè.

Agrippinam, quæ nunc Coloniæ dicitur, archiepiscopalem inferioris Germaniæ Vbiorum urbem ad ripas Rheni citerioris sitam nõ memorat

memorat Cæsar, sed Tacitus: in qua gente Agrippinam Claudij Cęsaris coniugem, Neronisq; matrem natam esse, ac ueteranos & coloniam illuc deduci imperasse: Vbiorumq; gentem Rhenum transgressam, auum eius Agrippam in fidem suam accepisse, ac eam urbem fatali igne paulò pòst consumptam refert, in qua Capitoliũ & loca ac ædificia fuere & ritus ad Romanorum instar. Ex his adhuc non omnia periere.

Alduasdubis Celtarum est fluuius, Gallicè le Doux oriens, circa montem Iuram, Sequanos ab Heluetijs diuidens, lapsusq; per comitatum Burgundiæ, Montem Bellicardum, Insulam ac Clerumuallem castella perluit, ac urbem Bisuntinam nũc intersecat: dehinc Dolam oppidũ præterfluens, circa Viredunum castrũ non lõgè à Cabillonensi urbe Arari fluuio, cui nunc Saona nomen est, miscetur, & Dubius nunc uocatur, ad Sequanos prorsus pertinens.

Alexia inter Celtas oppidũ Mandubiorum, in ducatu Burgũdię, finibusq; Æduorum: nõ longè à Lingonibus, nunc in uici formam redactum, nomen retinens: à quo etiam hodie, ut plerisq; placet, magna pars eius regionis Alsetum nuncupatur: nec longè distat à uico qui Flauiacum appellatur. In cuius Alexiæ expugnatione nonnullæ munitiones in floris lilij formã Cæsaris iussu, ut ipse scribit, facta sunt.

Allobroges erant populi citra Rhodanum flu. & ad Iuram montẽ, & Lomani lacus ripas, extra Belgas, Celtas & Aquitanos, Geneuã oppidum, ubi solennes nundinæ nostra ætate celebrantur, in Sabaudia, locaq; finitima incolentes: qui etiam fuere finitimi Vocontijs populis, propinqui Centronibus, nunc Tarentasiis: ac trans Rhodanũ uicos & possessiones habebant circa regionem quæ hodie Bressia dicitur, ad ducem Sabaudiæ spectantem, quam fluuius Indis irrigat citra Ararim flumen. Hos memorat Iuuenalis Satyra prima, & Sallust. in Catilinæ historia, referunturq; in epistola Planci inter familiares Tullij, quæ incipit: Nunquam me hercle. Allobroges enim, q cis Rhodanum habitabant, finitimi erant Galliæ prouinciæ Romanorum, propter quod cũ Romanis paulò antè bello contenderant, ac nuper pacati erant. Inde constat Delphinatum fuisse tunc ex parte Galliæ prouinciæ, quæ Romanorum erat, cum esset finitima Allobrogibus. fuisse item partem Allobrogum, inter quos fuit Vienna ciuitas metropolis secundum Strabonem. Hi sunt hodie Sabaudienses appellati, quibus dux præest uetustate imperij, & nobilitate generis lõgè clarissimus. Caput gentis Taurinum. nam Vercellas in dotem eius maiores à uicecomitibus habuere, pacis admodum studiosi.

Alpes erant, quibus initio Gallici belli Cæsar ex Italia in Galliã quinq; legiones traduxit per fines Centronum, qui hodie Tarentasij nominantur. hæ Graiæ dicuntur: quibus uulgò mons Cinesius seu Cinerum nomen est: quæ & Pœninæ, ut quidam uolunt, dicuntur, quòd Hannibal Pœnus his in Italiam penetrauerit. Tacitus aũt Pœnina iuga, quibus ex Italia in Noricum & Germaniam iter est, designat. Aliæ erant Alpes, quas summas Cæsar appellat, quòd inter om

neis magis emineant, quarum iter patefieri uolebat, quò magno cum periculo, magnisq; cum portorijs mercatores ire consueuerant, proximæ Veragris populis, quorum uicus erat Octodorus, nunc diuus Mauritius dictus: harum unam diœcesis Augustensis, diui Bernardi montem uulgus nominat. Alteri Sedunensis diœcesis mons Briga nomen est. Sunt & Alpes quas Cornelius Tacitus & ueteres dixere maritimas. hæ in prouincia Hebredunensi, locisq; Ligustico mari finitimis consistunt. quà ex Italia iter erat ad aggrediendam Narbonensem Prouinciam. Alpes item fuere, quas idem Tacitus & prisci dixere Rheticas, à Rhetis populis, qui ex Tuscia profecti duce Rheto ea loca tenuere, forsan dictæ. hæ agro Tridẽtino adiacent, & Veronensi, quibus ex Italia in Sueuiam & Austriam iter est. Fuerunt & illæ, ex quibus Rhenus inter fines Sedunensis & Curiensis diœcesum oritur, quas Lepõtias Cæsar & alij scriptores appellauere: nũc diui Gottardi, ac diui Nicolai dicuntur, quas Coctias esse quibusdã placet, quibus in loca Rheno Oceanoq; finitima ex Italia aditus est. Iulias præterea Alpes memorat Tacitus, quas sentit esse proximas Rhetis, quà fortè ex Italia per Taruisinam urbem in Stiriam, & Austriam interest.

Ambarri inter Celtas, necessarij erant & consanguinei Æduorum. quos quidam opinantur esse Borbonienses. Nonnulli autem, quòd fuerint Niuernenses, Æduis finitimi, siue pro parte Bituricenses, allusione uocabuli quo ætas nostra utitur. Ambarros etiam (aut potius Ambactos) dicimus ciuitatum clientes, seu adhærentes. Oppidũ Ambarrorum pagus Semarius, siue mons Barri dicitur.

Ambiani, Amiens uulgò, in Picardia posita. hanc Rex à duce Burgundiæ repetit.

Ambibareti erãt populi, in quos Cæsar hyemãdi causa Caiũ Antistiũ Rheginum cum legione una in septimi cõmentarij fine misisse cõmemorat, & fortè erãt Ambianenses, uel aliqui his proximi, ut eos, Atrebatesq; & Morinos finitimos in fide cõtineret. Non enim est uerisimile, quin aliquã legionẽ illic collocauerit, ut superioribus annis consueuerat, de qua non constat, nisi de hac intelligamus.

Ambibarij populi Celtarum inter Armoricas ciuitates Oceanum attingẽtes, finitimi Redonibus & Lemouicibus, circa Britanniam citeriorem, & Normaniam, in regno Francorum siti.

Ambiliates populi inter Celtas, Lexobijs, Nannetib⁹ Diablintribus, & Osissinis proximi in Britannia citeriore, qui oppositi sunt Angliæ, in regno Francorum siti, Aurunches Gallis.

Ambiuariti, qui Beuuni siue Brabãtini, inter Belgas populi erãt citra Rhenũ & Mosam flumina. Ad quos prædãdi frumẽtandiq; causa partẽ equitatus miserant Vsipetes Germani, & Tenchtheri populi, q Rhenũ transeuntes, finibus suis Menapios (nũc Iuliacenses) expulerant. Inde cõiectura est hos Ambiuaritos incoluisse eã ducatus Brabãtiæ partem, in qua Buscusducis, Breda, & Bergæ oppida Leodiensis

diœ-

diœcesis, & Antuerpia oppidū Cameracēsis diœcesis extāt. Nusiaq; & Geldria citerior sitę sunt: circa quę loca p Cāpaniā Brabātiæ usq; Tūgros oppidum propè usq; Leodiū, ut plerisq; placet, mare Oceanum protendebatur.

Anartij populi trans Rhenū & Danubiū, cui, ac Hercīniæ sylvæ, quæingēs erat sylua Germaniæ, & Dacis finitimi erāt. Qui Daci, ut plerisq; placet, pridem partem habitarunt Pannoniæ.

Arcalites populi in Anglia, Trinobantibus, Bibrocis, Cassis, & Cenmagnis proximi.

Aedes populi inter Celtas, Curiosolitis, Venetis, Carnutibus & Turonibus finitimi, ac Ducatui Bituricensi, Oceanoq; proximi, q̄s Ligeris flumē alluit, ciuitas est inter Gallię primarias, Andegauenses dicti, in prouincia Turonēsi, & Francorū regno siti, Ducat⁹ titulo insigniti. Hinc in regno Neapolitano Angioni dicti, quòd ad illam familiam regni iura deuenerant, quæ mox reges Francorum extestamento Rhenati ultimi sibi adsciuerunt.

Ansuarios Germaniæ inferioris populos proximos Phrysijs, pulsos à Caucis, non memorat Cæsar, sed Tacitus.

Antona, in Anglia fluuius. Tacitus.

Antuates populi citra Rhodanū extra Belgas, Celtas, et Agtanos, finitimi Allobrogib⁹, et Gebēnę oppido, ac Gallię Prouincię Romanorū proximi. Huius nominis adhuc extat uicus, et prefectura quędā monachorū inter Gebennā et Delphinatū, q̄ est Gebennēsis diœcesis. Videntur tamē secundū Cæsaris descriptionē Antuates magis fuisse inter Allobroges & uicū Veragrorū, cui Diuus Mauritius, Sedunēsis diœcesis, nomen est, Hos quidam hodie Vautuates appellant.

Aquitania regionum latitudine, & multitudine hominū ex tertia parte Galliæ existimanda est, hanc Garumna flumen à Celtis diuidit, quæ & Oceanū mare attingit. In hac sunt metropoles Burdegalēsis, Auxitana, earūq; suffraganeæ: pars itē aliarum metropoliū extra terminos eosdē sitarū, quę tamē Agtaniæ attribuūtur. Guiennā hāc Galli hodie nācupant. Hæc cū olim à regib⁹ Francorū ducibus Normaniæ tradita esset, q̄ postea regnū Angliæ occuparūt, cū illā post uarias conuentiones centū & LX. amplius annos Angli tenuissent, Caroli septimi auspicijs tandē ad Francos rediit. In hac cùm alij principatus celebres sunt, tū Fuxensis, quorum princeps nepos ex sorore Ludouici XII. qui nūc rerū in Gallia potitur, uictis apud Rauennā Hispanis memorabili plio, uitā cū principatu amisit. sicq; eius oppida ad regē nullis relictis hæredib. rediere sorore supstite Ferdinādo regi, nupta.

Arar Celticæ fluuius est, nācla Saone, Oritur in diœcesi Tullēsi, fit nibusq; Burgūdiæ & Lotoringiæ, nō lōgè à mōte Vogeso, quò Mosa flumen profluit. intersecat tū eam Burgundię partem quæ imperatoria, tum eam quæ Regia dicitur. Illi Comes, ut hodie loquuntur, huic Dux à Francorum rege institutus præerat, qui tamen mortuo Carolo Philippi ab Heluetijs occiso apud Nanceum ad supremū ius regiū adscriptus est, ut nullo adhuc Burgūdię Dux sit, sed Comes tātū.

Interfecat Cabillonum ac Matisconem ciuitates, tunc Æduorum oppida: prolapsus ad Lugdunum urbem, Rhodanum influit. Quem fluuium Virgilius in Bucolicis, Lucanus in primo, & Tibullus elegia sua septima memorant.

Arduenna sylua omnino in Belgis totius Galliæ maxima, atq; ingens, à Rheno fluuio per fines Treuirorum ad Neruios (nunc Tornacenses) & initium Rhemorum pertinens, millibus passuum amplius quingentis in longitudinem patet. Attingit enim Menapios (nunc Iuliacenses) Aquisgranum oppidum, Eburones (nunc Leodienses) Condrusos, Aduaticos, qui erant pars comitatus Hannoniæ, Lucenburgensem, Bullionensem, Barencem, Lotoringum. Limburgensemq; ducatus, Eiflią, & comitatū Namurcensem, Metensium, Maguntinorum confluentiæ, & Vbiorum (nunc Colonienſium) & Catalaunæ diœceſis fines, in qua sunt uici, castella, & oppida multa, ac cōplures insignes abbatiæ, præsertim ordinis diui Benedicti, scilicet diui Huberti Leodiensis diœcesis, diui Cornelij Colonienſis diœceſis: cuius sylua extrema pars uersus Belgas sunt Mosa & Scaldis fluuij: Scaldis uerò Mosam influit: qui fluuij & sylue nomen retinent priscum hic etiam tempestate.

Aremici populi, uel Artomici, extra Celtas, Belgas, & Aquitanos citra Rhodanum fluuium finitimi Volcis, non longè à Gabalis, Aruernis, Heluijs, Ruthenis, Massilientib. & Cadurcis, hos coniectura est fuisse Artomicorum populos, quorum ciuitas est episcopalis, & prouinciæ Viennensis in finibus Galliæ prouinciæ Romanorum, quos Auracenses dicimus, ubi principatus est Francorum Regi non subditus, Armeniacus uulgo dictus. Horum princeps Iacobus nomine, ci à Florentinis in Italiam accersitus esset aduersus Ioannem Galeatū Mediolanensem Ducem, apud Alexandriam magno prælio uictus & cæsus est. Vide Glareani annotationes ad librum 6. Comment. Cęsaris, ubi, Volgæ Tectosages occuparunt. & in lib. 7. ibi, Sebusianisq; qui sunt finitimi. Rhellicanus in 7. Cæsar Artomicos Armignacenses esse putat, qui & Tolosates à Tolosa dicuntur.

Arenaci, inter Coloniam & Traiectum urbes episcopales, locum ultra Noueſium Rheno adiacentem, nō memorat Cæsar, sed Tacitus.

Armoricæ ciuitates positæ erant in ultimis Galliæ finibus, Oceano coniunctæ, ex quibus fuere Curiosolites, Rhedones, Ambibarij, Cadetes, Osisini, Lemouices, Vnelli, populi oppositi Angliæ, Britannia citerior & Britonans appellata: cui Dux olim Regi subditus præfuit, nunc ex matrimonio Annæ Ducis olim filiæ ad Regem ducta.

Aruerni populi inter Celtas finitimi Aeduis, Biturigibus, ac Borbonienſibus, nec longè à Lemouicibus, nomen retinent. Ducatus est, cuius titulus Duci Borbonij adscribitur in Francorum regno siti. Hos memorat Lucanus in primo.

Asciburgum oppidum Germanię non longè à Rheno fluuio, & eius ęum inter Geldubam & Vetera castra situm, Nuscię & Cleuensi Ducatui

catui proximum, non memorat Cæsar, sed Tacitus, Asiypyrgiõ olim ab Vlysse quorundam opinione nuncupatum.

Atrebates inter Belgas populi finitimi Ambianis, Tornacensibus, & Morinis, partem Picardiæ continent, ciuitas est nomen adhuc retinens, in prouincia Rhemensi, Regem agnoscit, Atras hodie uulgò nuncupatur. in hac laudatissima texuntur aulæa.

Auaricum erat oppidum Celtarum maximum, munitissimumq; in finibus Biturigum, agri fertilissima regione, ferè ex omnibus partib. flumine & palude perpetua circundatum, trans Ligerim fluuium, habens unum & perangustum aditum, proximum Nouioduno oppido Biturigum, ac Genabo oppido Carnutũ, & Vellauduno oppido Senonum, in Francorum regno situm, Bourges uel Viaron à Gallis appellatum.

Auenticum Heluetiorum caput fuisse testis est Tacitus. Ammianus Marcellinus scribit suis quidem temporib. desertam ciuitatem, sed non ignobilem quondam, ex ædificijs semirutis colligi. Hodie latè patentes ruinæ uisuntur, & retinet patria lingua priscum nomen Auenche, uicus in agro Vautuatum.

Aulerici populi erant inter Celtas, Æduorum clientes de Angedicunt siue Rhoanum.

Aulerci item populi inter Celtas, ex ciuitatibus maritimis Oceanum attingentibus, quæ Armoricæ appellentur, proximi Rhedonib. Sesuuijs, Curiosolitis, Osissinis, Vnellis, Venetis, ac Cenomanis, in prouincia Turonensi & Francorum regno siti, quos nonnulli Aurelianenses esse opinantur: sed illi prouinciæ sunt Senonensis.

Aulerci item inter Belgas, proximi Eburonibus, Lexouijs, ac Velocasijs.

Ausci populi in Aquitania proximi Garumnis, Vocatibus, Tarusatibus, Sontiatibus, Cocosatibus, & Hispaniæ citeriori, in Regno Francorum siti: quos coniectura est fuisse Auscitanos, seu Auxitanos. Ciuitas est metropolis. Hi sunt Aquitanorum clarissimi, quorũ urbs opulentissima Heluiumberrum, ut refert Põponius Mela.

Axona inter Belgas fluuius est in extremis Rhemorum finibus, quò pedibus uado transitus est: la Disne uulgò dicitur. In huius fluminis transitu Germani ab insequentibus Gallis magnum incommodum accepere, ferè octo millibus passuum ultra Rhemos, Laudunensem & Rhemensem diœcesim partiens.

B

BAcenis, sylua ingens trans Rhenum, Suevos à Cheruscis pro natiuo muro diuidit: nunc, ut opinio est, Nigra sylua dicitur, non longè à Friburgo oppido, & Badensi agro, inter Atesim, Rhenũ, Nechar am, Moganum, & Danubium Germaniæ flumina, Herciniamq; sylam, & Hassiæ regionis Germaniæ montes.

Batavi populi inter Belgas. Nam Mosa flumen, parte quadam ex Rheno recepta longè ferè ab Oceano octoginta millibus passuũ, quæ appellatur Vualis, insulam efficit Batauorum, in Oceanumq; influit.

Hi hodie, ut plerisque placet, Hollandi dicuntur, dioecesis Traiectensis, propinqui Phrysiæ, & ducatui Geldriæ, ac mari Oceano finitimi. hos memorat Lucã. in primo. Hi à Cattis populis transrhenanis, Cheruscis & Ligijs Pannoniæ populis ultra Herciniam syluam, finitimis Hermunduris, orti dicuntur, & seditione domestica pulsi, extrema Gallicæ oræ uacua cultoribus, simulq; insulam inter uada sitam occupauere, quam mare Oceanum à fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circumluit, ut refert Cornelius Tacitus, dicens apud Batauos fuisse olim lucum sacrum, qui ut coniectura est, hodie in finibus uici Haghæducis in Hollandia extat: nec longè secundum Tacitum est insula nomine Mona, unde fortè Monachum oppidum uel Monasterium ciuitas episcopalis est.

Batauodurum inter Colonienſem & Traiectenſem urbeis epiſcopales, locum ultra Noueſium, in finibus ducatus Cleuenſis ſitũ, Rheno adiacentẽ Belgis adſcribendũ, non memorat Cęſar, ſed Tacitus.

Belgæ populi multarũ ciuitatũ, oppidorum, ac locorũ, mari Oceano, Rheno, Matrona & Sequana fluminibus includuntur. Horum plerique orti à Germanis Rhenum antiquitus traductis, Gallos inde expuleruut. Hi moribus, legibus, & ornatu nunc ſunt ualde culti, humani, & ſatis effœminati: cõtinueq; ſunt apud eos mercatores, quo pœtates commerciaq; mores hominum mutari conſtat. In his ſunt metropoles, Treuerenſis, Colonienſis, Maguntina, Rhemenſis, cum earũ ſuffraganeis, intra Oceanum mare ac eadem tria flumina conſtitutis, item Brabantia, Flandria, Hollandia, Galdriæ ac Phryſiæ pars, tota Picardia, Hannonia, Iuliacum, Virtutum Comitatus, ac Campaniæ maximi portio, Sylua Arduenna uniuerſa, cum ſingulis ſibi adiacentibus & ea incluſis populis ac locis: & plerique principes, tũ profani, tum ſacri, ducesq; & comites, ciuitatesq;, quarũ multæ liberæ ſuoq; iure agunt, aliæ Francorum regi obtemperant: quod ſupereſt, imperatorias parteis ſequitur. In his ſunt tres imperatorum electores, ſunt et Francorum regis quos Pares uocant fermè omnes. Imperator certè & Rex in Belgis coronatur, conſecratur, & inungitur: alter Aquiſgrani, alter Rhemis. Hos memorat Lucanus in primo. In his Belgarũ clariſsimi erant Treuiri, quorum urbs opulentiſsima Auguſta, ut refert Pomponius Mela, quæ nunc ignoratur. In Belgica autem à Iulio Cæſare uſque in tempus inclinantis imperij Legatum Romani diutius habuerunt: nunc uerò uice Proconſulum & Legatorum Romani Pontificatus monarchia extat, & Legatos natos & Primates habet, quibus ſubſunt Epiſcopi ad inſtar Præſidis prouinciæ inſtituti. Sunt & Collectores, quos priſca ætas Quæſtores appellauit, atq; Reges, & principes, qui uelut cenſores decreta Põtificis Maximi & cẽſuras reuerẽter exequunt. huic ſinguli obedientiã exhibẽt, & ad eum in cauſis maiorib. recurrunt, quas ad ipſum aſsiduè deferunt.

Belgium erat Bellouacorum ciuitas magna, & inter Belgas auctoritate atq; hominum multitudine præſtans, in qua Cæſar interdum hiemauit, ac plures legiones eius aliquando illic in hybernis fuere.

nomen

nomen adhuc retinet. Dictum etiam uideri potest Belgium pro Belgarum regione, ut apud Liuium Samnium pro Samnitiũ regione. Vide Giareanum in annotat. in sextum Commentar. Cæs. circa prin.

Bellocasi, populi inter Celtas, proximi Lexobijs, quos opinio est esse Baiocenses. Borum ciuitas est episcopalis, in prouincia Rotomagensi, ducatu Normaniæ, & Regno Francorum sita.

Bengiam, nunc Pinguiam, Germaniæ oppidum Belgis adscribendum, inter Maguntiam urbem & Confluentiam oppidum cis Rhenũ eius ripis finitimum, non memorat Cæsar, sed Tacitus.

Bellouaci ciuitas est episcopalis in prouincia Rhemensi, ac Francorum regno sita, hodie Beauuoisin.

Bethasios Germaniæ populos inter Belgas, proximos Caninefatibus, Batauis, Tungris, ac Marsacis, Traiectenses superiores fuisse coniectura est, ad utranq; Mosæ fluminis ripam cis Rhenum sitos, in diœcesi Leodiensi, hos Cæsar non memorat, sed Tacitus.

Bibracte oppidum Æduorum in Celtis, longè maximum, ac copiosissimũ, & maximæ apud Æduos auctoritatis: in quo totius Galliæ concilium Cæsar indixit, ius dixit, & sæpe hiemauit, in Francorum regno situm, in formam ruris redactum, & in radicibus montis non longè ab Ædua ciuitate positum nomen retinet.

Bibrax oppidum Rhemorum in Belgis ultra Axonam flumẽ, nec longè ab eo: quod flumen in extremis Rhemorum finibus erat, & in eo pons, in Francorum regno situs: nunc naui, & interdum uado traiicitur. portus priscum oppidi nomen Latinè retinet.

Bibroci populi in Anglia, mari proximi, & Caesis, Ancalitibus, Trinobantibus, Cenimagnis, ac Segontiacis.

Bigerrones populi in Aquitania proximi Tarbellis, Vocatib. Tarusconib. Sontiatibus, & Hispaniæ citeriori, in Francorum regno siti, Comiti de Fuxo subditi, ubi comitatus est, in Vasconia consistẽs, nomen retinent, ubi Tursa est, & castrum Begora, & episcopatus Bictorensis prouinciæ Narbonensis. Hinc profectus uir fortis Enequus nomine, Regnum Nauarræ constituit, pulsis q; inde Mauris, successoribus suis regnum per manus reliquit.

Bituriges populi inter Celtas: eorũ fines ab Æduis, quorum erãt in fide, Ligeris fluuius diuidit. proximi sunt Aruernis. 21. urbeis eorum uno die incenderunt, ut Cæsarem commeatu & pabulatione p̃hiberent. Ciuitas est metropolis, retinens nomen. Carolus septimus, qui pulsis Anglis Frãcorum Regnum restituit, cùm nihil fermè aliud esset quod in Gallia retineret, occupantib. Anglis omnia, Bituricensis rex in derisum appellabatur: in regno Francorum sita. hos memorat Lucan. in primo.

Biannonij (Brannouij magis legitur) populi inter Celtas proximi Segusianis, Ambiuaritis, ac Æduis, quorũ clientes erant: qui fuerunt forte & Brannouices, qui dicuntur à Gallis de Blano.

Boij populi Transrhenani, Franconiæ, Alpibus Italiæ, Sueuis Australibus, ac Danubio flumini proximi: qui in agrũ Noricũ trãsiuere, Noricamq;

Norciamq; oppugnauerunt, expulsis, ut coniectrua est, Noricis: quorum Noricorum adhuc pars trans Danubium non longè ab ortu eius, & Ateſis fluminis sita. Noricus ager appellatur. Boiorum pars Æduis Cæsarem deprecantibus, deuictis Heluetijs, quorum in societate domo exceſſerant, in finibus Æduorum à Cæsare sunt collocati: ubi Gergobinam ciuitatem exiguam & infirmam non longè ab Auarico oppido in finibus Biturigum sito, eis per Æduos attributam, habitarunt: Boij primùm, pòſt Boioarij, & nunc Bauari dicti. A finibus Herbipolenſium per Noricum agrũ, ubi Nurimberga eſt oppidum, in medio ferè Germaniæ ſitum, in Auguſtẽſes protendũtur: cum quibus, & alijs finitimis Transrhenanis uſque ad Briſsiham urbem, & terras quas hodie Sigiſmundus Auſtrię dux poſsidet, ac in fineis Tridentinos ſæpe tunc, & continuè uſque nunc Heluetij Rhenum transeuntes bella geſſere. hi Borbonij hodie dicuntur.

Bonnam oppidum ad citeriores Rheni ripas ſitum, & Coloniensi urbi ac Confluentiæ oppido proximum, inter Belgas numerandum, non memorat Cæsar, ſed Tacitus.

Brannouices populi inter Celtas, proximi Seguſianis, Ambiuaritis, ac Æduis, quorum clientes erant: hodie la Moriane. Iidem fortè qui & Brannouij.

Bratuſpantium oppidum Bellouacorum inter Belgas, finitimum Sueſsionibus, in Francorum regno ſitum.

Brigantes in Anglia populos Silurum gentem, non memorat Cæsar, ſed Tacitus.

Britanniæ maioris, cui nomen eſt Anglia, pars interior ab his incolitur, quos natos in inſula ipſi memoriæ proditum dicunt: maritima pars ab his, qui prædæ, ac inferendi belli cauſa ex Belgis tranſierũt, qui omnes ferè his nominibus ciuitatum appellantur, quibus orti ciuitatibus peruenerunt, & bello illato ibi remanſerunt, atq; agros colere cœperunt. Inde opinio eſt eorum linguam ex populorum diuerſitate compoſitam, intellectu ſcientiaq; loquendi difficiliorem eſſe, quodq; Germanos præ cæteris charos habeant, quia plericq; Belgæ orti ſunt à Germanis, qui antiquitus Rhenum tranſiuerunt, à quibus poſtea Angliæ pars maritima originem ſumpſit. hos refert Lucanus ultra Oceanum eſſe, & toto diſcretos orbe. Continet tota Anglia inſula in circuitu bis mille millia paſſuũ. Apud hos erat & eſt magnus pecorum numerus. Hæc inſula Angliæ, Germaniæ populis in eam claſſe ſæpius irruentibus, uictis ueteribus colonis, Anglorum terra dicta. Verùm partem eius quæ magis ad Septentrionem uergit, Scoti, & ipſi Germani, Pictis admiſtis, occuparũt, hodieq; tenent, Frãcis amiciſsimi, Anglorum regi maximè ſemper infeſti, populi moribus inconditi, efferi, nullas propè urbes habent, nemora & ſyluas bellis ingruentibus petunt.

Bruncteros, ex quibus fuit Velleda uirgo fatidica, quæ Germanis religione animos eorum occupante aliquando præfuit, ut auctor eſt Tacitus. Germanię inferioris populos Tenchtheris & Phryſiis, proximos, non memorat Cæsar, ſed Tacitus.

C

CAbillonum oppidum Æduorum inter Celtas, quod cõlectura est fuisse oppidum Cabillonem, ad ripas Araris fluuij, ubi rei frumentariæ, commerciíq; & commeatus causa sæpe Romani negociabant: Matisconæ oppido finitimum, in prouincia Lugdunensi, ducatu Burgundiæ & Francorũ regno sitũ, nomen retinens, Chalons sur Saune.

Cadetes populi inter Celtas ex ciuitatibus Oceanum attingentib. quæ Armoricæ appellantur, proximi Lemouicibus, Rhedonib. Venetis, Andegauensibus, Cenomanis, in regno Francorum siti.

Cadurci populi inter Celtas, proximi Heleuteris, Gaballis, Velaunijs, Lemouicibus, & Aruernis, quorum sub imperio esse consueuerant: ciuitas episcopalis, in prouincia Bituricensi ac regno Francorum sita. nomen retinent. Hos memorat Iuuenalis in prima satyra tertij libri. Nec longè erant à finibus prouinciæ Romanorum.

Caletes populi inter Belgas, Morinis Oceanoq; mari finitimi, ac Ambianis & Atrebatibus proximi. ab his breuissimus in Britanniã nunc Angliam traiectus nomen retinent. Morinensis sunt diœcesis, in regno Francorum siti, Anglorum regi subiecti.

Camulodunum in Anglia oppidum, seu colonia. Nihil de hoc Cæsar, sed Tacitus, quem post Cæsarem ferè centum & uiginti annis historiam scripsisse constat, præsertim ex libro quem de oratorum & poetarum collatione edidit.

Caninefates populos Batauis finitimos, & eandem insulam colentes, qui origine, uirtute, lingua pares Batauis, numero superantur, nõ memorat Cæsar, sed Tacitus.

Cantium in Anglia ad mare est in angulo imi minorisq; lateris ex tribus eius insulæ lateribus, contra Galliam, quo ferè omnes Galliæ naues appellunt: & ad orientem Solem spectat. Ex omnibus aũt Anglicis longè sunt humanissimi qui Cantium incolunt: quæ regio est maritima omnis: neq; multum à Gallica differunt consuetudine. Huic maritimæ regioni quatuor reges præerant, quibus Cæsar, quicquid in annos singulos uectigalis populo Romano Anglia penderet, constituit. Nunc regnum Angliæ ex uoto Henrici regis uectigale Romano Pontifici factum est, quæstôrque à Rom. Pontifice in Angliam mittitur, qui censum annuum exigat, non dissentiente rege. In Cantio ciuitas est metropolis nomen retinens, ferè habet omneis episcopos Angliæ sibi suffraganeos. Eius archiepiscopus legatus natus est: similiter & Bboracẽsis, cui in Anglia (quæ eas duas metropoles solũm habebat) duo tantùm subsunt suffraganei, quòd omnes olim episcopi Scotię, quæ nullũ habet archiepiscopũ, illi subijcerentur.

Cantabri populi ciuitatum citerioris Hispanię, finitimi Aquitaniq, qui auxilio fuerunt Vocatibus, Tarusatibus Tarbellis, Bigerronib. Garumnis, Cocosatibus. ac reliquis populis & ciuitatibus Aquitaniæ, contra exercitum Cæsaris, cuius dux erat P. Crassus Marci Crassi filius, qui cum patre à Parthis interemptus est. finitimi Oceano Aquitanico, Pyrenæis montibus, ac Garumnæ fluuio.

Cargali

Cargali populi Transrhenani, in Galliam Celticã circa fineis Sequanorum ac Æduorum ab Ariouisto Germanorum Rege transportati, quos non ab re opinari possumus eosdem fuisse cum Harudib⁹, ab ipso rege similiter translatis.

Carnutes populi inter Celtas, Andegauensibus Turonibusq; finitimi, ac Oceano proximi, erant in clientela Rhemorum. regio eorum totius Galliæ media, à qua tamen extra regnũ Francorum biduo iter expedito patet. Ciuitas est episcopalis, nomẽ Latinè retinens in, Francorum regno sita.

Cassi populi Angliæ mari proximi, & Cenimagnis, Trinobantibus, Segontiacis, Ancalitibus, & Bibrocis.

Cattos populos Germaniæ trans Rhenum flumen Ligijs Hungariæ populis, Cheruscis, Herciniæq; syluæ proximos, ac Hermunduris, cum quibus pro flumine finitimo sale fœcundo pugnabant, & in æternum discordabant, non memorat Cæsar, sed Tacitus.

Catuaci populi inter Belgas, Neruijs, Caletibus, Veromãduis, ac Condrusis ꝓximi, quos fortè Douaci oppidi incolas diœcesis Atrebatensis opinari licet.

Caturiges populi finitimi Centronibus, ac Garocelis, qua iter erat ab Alpibus Graijs ad oppidum Geneuam, lacum Lemanum, & Rhodanum fluuiũ, quos uerisimile est fuisse diœcesis uel saltẽ prouincię Tarentasiæ, extra Belgas, Celtas, & Aquitanos.

Celtica, quæ & Gallia olim à Romanis dicebatur, Vesontinã, Senonensem, Bituricensem, Lugdunensem ciuitates metropolicas, earũq; suffraganeas omneis inter Garumnam, Matronam, Sequanam et Rhodanũ flumina sitas cõplectitur. In hac sunt ducat⁹ Bituricẽsis, Burgundiæ, Borbonij, Aruerniæ, Aurelianensis, Valesij, à quo recentiores Francorum Reges, à Philippo scilicet Valesio, cognominantur: & Normaniæ, quoad citra Sequanam se extendit, comitatus etiam Burgundiæ, Niuernensis, Altissiodorensis, montis Bellicardi, Ferretẽsis, Carolotensis, Matisconensis, Blesensis, Bellouacẽsis, de Iouigni, principatus Auræsiccæ, multiq; alij, & pars comitatus Campaniæ. Celtarum clarissimi sunt Ædui. horum urbs opulentissima Augustodunum, ut refert Pomponius Mela, cui Gallica lingua alludit, Autun appellando: cuius Celticæ terminos, quoad Rom. Imperium in Gallis uiguit, Rhodanus flu. præfiniebat, ut nonnulli scripserunt. hi propriè Franci nunc dicuntur.

Centrones populi finitimi Garocelis & Caturigibus, non longè à Vocontijs & Allobrogibus erant, inter Alpes Graias, quæ hodie dicũtur Mos cinerũ, siue Cinesius, & urbẽ Geneuã, lacumq; Lemanũ, & Rhodanũ fluuium. Nunc autem Centrones sunt Tarentasij, extra Celtas, Belgas, & Aquitanos, in Sabaudia, ciuitas est metropolis. Quidam & Centrones legunt.

Centrones item Belgarum populi, qui sub imperio Neruiorũ (nũc Tornacensium) erãt proximi Grudijs, Leuacis, Pleumosijs, & Gordunis. Fortè sunt nũc Cortracenses in Flãdria, Tornacensis diœcesis.

Cen-

Cenimagni, populi in Anglia, mari proximi, & Trinobantibus, Segontiacis, Ancalitibus, Bibrocis, ac Cassis.

Ceracates Germanię Transrhenanę populos, Vangionibus ac Tribocis proximos, non memorat Cæsar, sed Tacitus:

Chamauos Germaniæ inferioris populos, pridem Phrysiæ partē, Oceanum mare, Rhenū fluuium, & lacum attingentem, paludibus ac saltibus uberrimam incolentes, quā mox Tubantes populi, pōst Vsipij (Germanica itidem gens) inhabitarunt, non memorat Cæsar, sed Tacitus.

Cherusci populi, Germani gente, nomine & numero appellati: cis Rhenū fluuiū inter Belgas, Eburonibus, qui hodie Leodienses, & Cōdrusis, proximi. hoc cōiectura ē fuisse iter populos Leodiensis diœcesis.

Cherusci Germaniæ populi Transrhenani, qs Bacenis sylua Germaniæ ingens (nunc Nigra, ut pleriscp placet, dicta) à Sueuis pro natiuo muro diuidit, hos Tacitus refert proximos Hermūduris, Cattis, & Ligiis Hungariæ populis.

Cimbri populi Rhenū fluuiū transeūtes, depositis (ubi postea Aduatici incoluerunt) citra id flumen impedimētis, omnē Galliā uexādo & occupando, solis Bellouacis resistentibus: itercp per Galliam pro uinciā Romanorū facientes, in Italiā cōtenderunt. Hos memorat Lucanus in primo, quos à Dacia (quæ Dania dicitur) uenisse opinio est. hi Zelandiam hodie tenent, Zelandicp nuncupātur.

Ciuarōnē oppidū proximū Hisarę flumini, Vocontijs, populis mōticp Cinisio, & Allobrogibus in Sabaudia, non memorat Cæsar, sed Plācus inter epistolas familiares Tullij, in illa quæ incipit, Nunquā mehercule. Quibus in locis opinio est Cęsarem initio Gallici belli quincp legiones ex Italia traduxisse: & uerisimilius est, quām quòd per Eporediam urbem episcopalem, & Augustam prætoriam, ac mōtem cui Coloniæ iugum uulgò nomen est, inter Cinesium & sancti Bernardi montes iter fecerit, cùm hoc impeditius ac prolixius uidere tur.

Cocosates populi in Aquitania proximi Sibuzatibus, Vocatibus Tarusatibus, Santiatibus, Garumnis, ac Hispaniæ citeriori, & Garumnæ fluuio: in Francorum regno siti.

Condrusi Belgarum populi inter Eburones, qui nunc Leodienses sunt, Segnos, & Treuiros, quorum erant clientes, Menapijs, Mosę fluuio, & sylua Arduennę finitimi, gente, nomine, & numero Germani, apud quos est ad ripas Mosæ oppidum ab Antonio Pio, ut quidam scribunt, conditum, & Benefacta appellatum, nomen retinent: diœcesis sunt Leodienses, & uscp ad ciuitatis ferè mœnia protenduntur, cuius antistiti etiam subiacent, nunc Ducatui Lucemburgensi ac Comitatui Namurcensi, & Mosæ fluuio finitimi.

Confluens Mosæ & Rheni fluminum in Sicambros (nunc Geldrenses) ad Menapios (nunc Iuliacenses) ut olim se ipsi Menapij, pertendebāt, est lōgè ab Oceano ferè octoginta mille passibus, proximus Nouiomagio Geldrēsiū oppido diœcesis Traiectēsis, quinciq Colo-

nienſis,

niensis, inter Buscunducis & Hœsdem oppida ducatus Brabantiæ: in quorum Sicambrorum fineis equitatus Vsipetum & Tenchtherorũ post prælium & fugam suorum se trans Rhenum recepit: inter quem Confluentem & Coloniensem ciuitatem (quæ pòst Vbiorũ fuit) ponte facto, Cæsar primò traiecit exercitum.

Curiosolitæ populi inter Celtas ex maritimis ciuitatibus Oceanum attingentibus, quę Armoricæ appellantur, proximi Andegauẽsibus, Sesuuijs Osissinis, Vnellis, Venetis, Aulercis, Rhedonibus. hos Corisopitenses esse plerisq; placet: quæ ciuitas est episcopalis in prouincia Turonensi, Britanniæ Ducatu, regnoq; Frãcorum siti: Cornouoille Gallis.

D

DAci populi erant Transrhenani, Danubio fluuio, & Anartib. syluæq; Herciniæ finitimi, quos olim Hungariæ partẽ habitasse plerique tradunt, & pòst in maritimæ loca Noruegiæ proxima cessisse. Lucanus in 2.

Danubius fluuius Germaniæ, ex monte qui ab alijs * Itaneus dicitur, non longè à Rheticis Alpibus, Athesisq;, & Rheni Germaniæ fluminum fontibus, inter Tridentinam & Curiensem diœceses oriens, Germanos sinistra, & Hungaros ac Teutones dextra alluens: pòst Ister dictus ac iterũ Danubius, Euxino mari pluribus ostijs immergitur. Hunc autẽ & Rhenũ fluuium in Rhetia oriri quidã tradũt.

* Abnoba ex aduerso Raurici Gallia oppidi.

Diablintres populi inter Celtas, Lexobijs, Nãnetibus, Ambiliatibus, Vnellis Curiosolitis, Venetis & Sesuuijs proximi, ex maritimis ciuitatibus Oceanũ attingentibus. oppositi Angliæ, in prouincia Turonensi, & regno Francorũ siti: Leondoul Gallicè.

Diuodurum inter Belgas oppidum, Metensis ciuitatis, quò ex Colonia urbe rhenum attingente ad eam ciuitatem iter est, non memorat Cæsar, sed Tacitus. fortè Theonis uilla nunc dicta.

Duracij populi in finibus Pictonum, qui perpetuò in amicitia remanserant Romanorum, propinqui oppido Lemoni, Aruernis, & Ligeri fluuio, ac Aquitanis, inter Celtas, in regno Francorum siti. hinc Duraciorum familia inter Gallos præcipua.

Imo uerò Duracius proprium uiri nomen magis fuisse ex Cæsaris textu colligitur. Vide 298.

Durocotorum (quod & Durocortum legitur, & Durocorterum) oppidum Rhemorum inter Belgas, in regno Francorum situm.

E

Eburones populi inter Belgas, gente, nomine & numero Germani appellati, Condrusis, Menapijs, Aduaticis, Treuiris, quorum clientes erant, & syluæ Arduennæ finitimi, nunc Leodienses dicti, apud Gallos Liege. Horum maxima pars inter Rhenum & Mosam, qui scilicet Mosa fluuius eos alluit, his Sicambri (qui Geldrensis erant Transrhenani) sunt proximi. Ciuitas tunc Eburonum ignobilis, atq; humilis, proximi Oceano & syluis, continentesq; paludes habebãt. His duo reges præerant, quo magis constat eos fineis quam latissimos

mos extitisse: quibus coniectura est, ducatum Lucemburgensem & Lotaringensem, ac Iuliacensis partem, & comitatum Namurcensem, urbemq; Aquisgranum, ubi imperatores primam ex more suscipiunt coronam, inclusos extitisse, ac quantum diœcesis ipsa Leodiensis usquequaque se extendit, reges illos possedisse. Apud Eburones autē stirpem Caroli Magni in uico Lupilia nomine, Leodiensi ciuitati proximo, ortum habuisse tradunt, Pipinosq; & Carlomanos, Belgas, simulq; Germanos fuisse, sicq; in Germanos, Cisrhenanos, qui Belgę sunt, à Græcis, non in Transrhenanos est translatum imperium. Ciuitas nunc est episcopalis prouinciæ Coloniensis. Hos memorat Lucanus in primo, & Suetonius in uita Iulij Cæsaris, quē refert cladem Cottæ & Aurunculei ægerrimè tulisse. Hanc ciuitatem Carolus dux Burgundiæ ultimus solo æquauit, omneisq; puberes & sacerdotes interfecit, ꝙ episcopo cōsanguineo suo infestiores aliquāto fuissēt.

Eburonices inter Celtas populi, Aulercijs, Lexouijs, Vnellis & Curiosolitis proximi, ex maritimis ciuitatibus Oceanum attingentibus. hos opinio est populos esse ciuitatis Ebroicorum, quæ est episcopalis in prouincia Rotomagensi, in ducatu Normanię & Francorum regno sita.

Elauer fluuius inter Celtas apud Aruernos, Gergouiam oppidum in altissimo monte positum præterfluens, qui ferè ante autumnum uado transiri non solet, in regno Francorum situs, nomen adhuc retinēs, Gallicè Allier.

Essui populi pacatissimi, & q̄etissimi, ꝓximi ciuitatib⁹ q̄ Armoricæ appellantur, remoti à Belgis ultra centū millia passuū. Hos inter Celtas fuisse cōiectura est, fortè in Normania aut Britannia citeriore & regno Francorum siti: Galli Retolois appellant.

F

Flustates populi in Aquitania, proximi Vocatibus, Tarusatibus, Sontiatibus, Garumnis, & Hispanię citeriori, in regno Francorū siti. Comitatus est in Vasconia consistens, ad comitem de Fuxo pertinēs: nomen retinet etiam nunc.

Frisios Oceano & Batauis finitimos, pluraq; loca & insulas circa Hollandiam, Geldriā, Brabantiā, & Traiectensem urbē, ac ostia quibus Rhenus Oceanū mare influit, habitāteis, non memorat Cæsar, sed Tacitus, referens eos Transrhenanam gentem tunc fuisse.

G

Gaballi populi inter Celtas proximi Heluijs & Cadurcis, Vellaunijs & Aruernis, quorū sub imperio esse cōsueuerant. Ciuitas est episcopalis prouinciæ Bituricensis olim, nunc Arelatensis, in regno Frācorum sita, nomen retinens.

Galli omnes in Septentrionibus sunt positi. Carnutum autem fines regio totius Galliæ media, Galli uirtute belli omnibus præferebātur, ac Germanos superabant, ut ultro eis bella inferrent, & propter hominum multitutidinem, agriq; inopiam, trans Rhenum colonias mitterent; & quòd à Dite patre se prognatos prædicabant, spacia totius

temporis non numero dierum, sed noctium finiendo, ita ut nocti dies subsequeretur, coniectura est horarum initium apud eos media nocte incipere consueuisse. Apud hos sunt tres præcipuæ ciuitates, Trenis rensis scilicet, Colonienſis, & Maguntina, quæ in imperatoris electione principatū obtinent. Constitutas autem apud Gallos eas coniectura est, ut Christi fortè fidem facilius introducerent apud Germanos eorum finitimos.

Garites populi in Aquitania, proximi Auscis, Garumnis, Vocatibus, Tarusatibus, Sontiatibus, & Hispaniæ citeriori, quos coniectura est fuisse Lacorites, nunc Lectorenses. Ciuitas est episcopalis in prouincia Auscitania, & in Vasconia, ac Francorum regno sita.

Garoceli populi citra Rhodanum, finitimi Caturigibus ultra Alpes Graias, quibus hodie nomen est mons Cinesius, siue Cinerū, hac Hannibal, auctore Liuio, non sine ingenti difficultate exercitum in Italiā traduxit. Hi non longè à Cētronib. (qui Tarentasij sunt) nec ab Hisara flu. extra Celtas, Belgas, & Aquitanos in Sabaudia cōstituti sunt. Garumna flumen Celtas ab Aquitanis diuidit, qui scilicet Aquitani consistunt inter illud flumen, montesq; Pyrenæos, ex quibus oritur, & in mare Oceanum influit, quod Aquitanicum appellatur. Lucan. in 1. & Tibul. eleg. 7. 1.

Garumni populi in Aquitania, proximi Auscis, Vocatibus, Sontiatibus, & Hispania citeriori, in regno Francorum siti.

Gebenna, mons qui Heluios ab Aruernis separat, ut lib. 7. Cæsar dicit. Distat autem hic mons plurimū à Geneua oppido. Meminit huius & Plin. lib. 3. cap. 4.

Geldubam Germaniæ locum prope Rhenum, Magūtinam & Coloniam urbeis metropoliticas, non memorat Cæsar, sed Tacitus.

Genabum inter Celtas Carnutū oppidum, quod pons Ligeris fluminis continebat, proximum Vellaunoduno & Agendico oppidis Senonum, ac Auarico & Nouioduno oppidis Biturigum, in regno Francorum situm.

Geneua oppidum Allobrogum proximum Heluetiorum finibus, ex quo pons super Rhodanum fluuiū situs ad Heluetios pertinebat, ubi à lacu Lemano (quem Lausanæ dicunt) Rhodanus ad Ligusticū mare profluit, finitimum Antuatibus, & à Gallia prouincia Romanorum non longè distans: nunc duci Sabaudiæ, siue eius ciuitatis ansistiti proprio comitatus nomine subest, extra Celtas, Belgas, & Aquitanos. Ciuitas est episcopalis in prouincia Viennensi, nomen præsertim Gallicè retinens. hanc memorat Lucanus in primo.

Gergobina inter Celtas Boiorum oppidum, quos Heluetico prælio uictos, Cæsar ibi collocauerat, Æduisq; attribuerat, ut suprà descripsimus, in finib. Æduorum, proximum Auarico & Nouioduno Biturigum oppidis, in regno Francorum situm. Vide Boij.

Gergouia in Celtis inter Aruernos oppidū secundū flumen Elauer in altissimo mōte posita: fortè nunc Claromōtensis ciuitas episcopalis, in prouincia Bituricensi & Francorum regno sita.

Germania

Germania, ut plerisq; placet, inter Danubium & Rhenum flumina protenditur, omneisq; illic habitantes populos à fontibus eorũ usq; ad maria, in quæ ambo influunt, complectitur, nec non & eos qui cis teriores Rheni ripas attingunt, Bburones, Condrusos, Treuiros, Aduquisgrani urbem, & plerosq; Belgas ortos à Germanis cis Rhenum flumen antiquitus in Galliam traductos. Superior Germaniæ pars, quæ alta dicitur, ab Alpibus Italiæ imminentib. usq; ad Maguntinã urbẽ Rheni fluminis citeriorib. ripis adiacentem protenditur, inferior ab inde usq; in mare Oceanum. Horum ciuitates pro gloria habebant finitimos longissimè expellere.

Gordunni populi inter Belgas, sub imperio Neruiorum, proximi Centronibus, Pleumosijs, & Grudijs: Gantois Gallicè.

Grinnes, inter Coloniẽsem & Traiectẽsem urbeis locũ ultra Nouesiũ oppidũ Rheno adiacentem, nõ memorat Cæsar, sed Tacitus, q, ut coniectura assequi possumus, Cleuis est, unde Cleuẽsis ducatus dicitur, cui satis uocabulum alludit. hinc mater Ludouici xij. Frãcorũ regis Maria nomine.

Grudij populi inter Belgas, sub imperio Neruiorum, proximi Centronibus, Plumosijs, & Gordunnis, Gallicè Launois.

Gugernos Germaniæ populos prope Rhenum fluuium & Geldubam, Batauis proximos, non memorat Cæsar, sed Tacitus, Sunt qui Gugernos malint.

H

HArudes populi Transrhenani sunt, in Galliam Celticam circa fines Sequanorum ac Æduorum ab Ariouisto Germanorum Rege transportati.

Heleuteri populi inter Celtas proximi Cadurcis, Gabalis, Vellaunijs, & Aruernis, quorum sub imperio esse consueuerant, in prouincia Bituricensi & regno Francorum siti. Nonnulli Heluetери corruptè leguntur: uide Glareanũ in septimũ Cõment. Cæs. belli Gallici.

Heluetij inter Celtas populi sunt bonitatẽ agri habẽtes, finitimi Cõstantiẽsi, Basiliẽsi, Sedunẽsi, ac Geneuẽsi & Vesontinæ diœcesib. ac ultra Lausanẽsem agrũ protẽsi, hiq; ex maxima parte Vesontinæ, prouinciæ sunt, atq; ad Sabaudiæ Ducatũ extendebãtur. Quorũ fines erant in lõgitudine ab ortu Rhodani inter Curiensem & Sedunẽsem diœceses, montesq; Brigã, & Sancti Bernhardi, usque ferè in Bellicẽsem diœcesim, cuius populi, ut coniectura est, olim Sebustiani sunt dicti. In latitudine aũt à monte Iura circa Basilienſem & Constantiensem agros, usq; ad ortũ flu. Rhodani, quæ latitudo ab inde usq; in finem lacus Lemani, ubi pons est & ciuitas Geneuæ, angustior fiebat. Quib. limitib. adhuc xij. Heluetiorũ pagi, ut tẽpore Cæsaris, constitunt, Berna caput nunc gentis, Suricum, Lucerna, Turegiũ, qui olim pagus Tigurinus, Verbigenus, &c. dicebãtur, qui sæpe ultra Regnũ transeuntes, bella cũ Bauaris, Sueuis, & alijs Transrhenanis finitimis (quos altos Allemanos nominamus) seu cũ his qui tũc loca illa incolebant, q nũc Cõstantiẽsis, Curiẽsis, Tridẽtinę, & finitimarũ sunt

diœcesum, gerebãt. Hos, cum per Galliã prouinciã Romanorum iti sire prohibiti essent à Cæsare, angusto & difficili itinere, uix quã singuli carri ducerentur, per loca ubi Claues & Iougni castella nunc sunt, in extremis Sabaudiæ & Burgundiæ finibus, in Sequanos, qui nunc comitatum Burgundiæ habitant, penetrasse creditur, & ad Ararim flu. circa Sutregium & Viredunum castella id flumen attingẽtia, ac in Æduos, ubi nunc ducatus est Burgundiæ, contendisse. Hi à plerisque Suitenses, à nonnullis * Fœderati dicuntur: agros q; & uicos possident in Italia citra montem, qui Sancti Gottardi dicitur, in diœcesi Mediolanensi. Contra hos Cæsar suo ac suorum equis amotis se prælium cõmisisse refert, & cum sex legionib. equitatuq; & auxiliarib. copijs, duob. pljs uno ad Ararim flu. altero in Æduis, Heluetios ad 263. millia, eorũ q ferre arma poterãt, fudisse: & tamẽ ancipiti prælio pugnatum diu atq; acriter, ut toto prælio, cum ab hora diei septima usq; ad uesperam pugnaretur, auersum hostẽ nemo uidere potuerit. Hi cũ sæpe in Italiam irrũperent, à Carmaniola duce Philippi Mediolanensis principis prælio uicti, intra fineis se suos postea continuere. Nostra demum ætate à Carolo octauo Francorum Rege in terra Italia cogniti, magnum sibi nomen compararunt, ut nullus peditatus melior esse censeatur. Quod superiore anno 30. M. eorum à Venetis euocatis (id quod nunquã antè acciderat) fugatis ex Italia Gallis, multo magis cõprobatũ est. Atq; hoc anno fugatis eisdem ad Novariam per insidias castra nocte aggressi, magnum sibi nomen compararunt.

* Homines de liga, quia simul colligati.

Heluij populi inter Celtas, Aruernorum fines cõtingunt. hos mõs Gebenna ab Aruernis diuidit. proximi sunt Gaballis, Ruthenis, Cadurcis, Volcis, Arecomicis, ac Galliæ prouinciæ Romanorum. Ciuitas est episcopalis in prouincia Bituricensi, & Regno Francorum sita, nunc Albienses dicti. Hinc M. Tullij Ciceronis matrem ortã esse Eusebius & alij tradunt.

Hercinia Germaniæ Transrhenanæ sylua est, fortè ab Hercino mõte dicta, latissima, ac supra omneis alias longissima. Oritur ab Heluetiorum & Nemetũ ac Rauracorum finibus, rectaq; flu. Danubij regione pertinet ad fines Anartium & Dacorum, quos plerique putant Hungariæ partem habitasse. Hinc constat Nemetes, qui Spirenses uocantur, & Heluetios trans Rhenum fines tempore Cęsaris habuisse, q sylua multo lõgior atq; latior est quàm Italia uel Gallia tota.

Hermunduros Transrhenanos, Germaniæ populos Ligijs Hungariæ populis, Cattis, & Cheruscis, ac sylvæ Hercyniæ & ultra illam proximos, memorat Tacitus.

I

Ibernia insula est ad Hispaniam occidentemq; solem sita, quã medium Angliæ latus uergit: dimidio minor (ut existimatur) quàm Anglia. Sed pari spacio transmissis 30. millib. passuum in Iberniam appelles, ut in Britanniam. In hac sunt plures metropoles, & ciuitates episcopales, quàm in Anglia. Eam quidam nominant Irlandiam.

Icenos

Icenos in Anglia populos ab Ostorio Ro. duce subactos, memorat Tac. qui fortè Itij portus accolæ fuerunt.

Portus Itius inter Belgas, Morinis Oceanoq; mari finitimus est, Ambianis & Atrebatib. proximus, à continenti Britanniæ (quã Angliam dicimus) 30. M. passuum distans, & tractui cõmodissimus, cui ad dextram Zelandia insula, Hollandia, & Flandria, ad sinistram autem Comittus qui dicitur Pontus. Picardiæ pars, & Normandiæ Ducatus. Ex oppositoverò Angliq; consistit. Oppidum est illic populorum quibus Caletũ nomen est. Id, adiecto Itij portus nomine, ut quibusdam placet, Calitium nuncupatur: Morinensis diœcesis, in regno Francorum, & potestate Anglorum Regis situm. Hunc portum memorat Lucanus in primo, + Dictus autem uidetur Itius ab itando, ut innuit Paulus Æmyl. lib. 7. de reb. gest. Francorum.

Iosedum inter Celtas oppidum, flu. Sequanæ ripas citeriores attingens, supra Melodunum oppidum ei finitimum, & Lutetiæ (quæ Parisiorum est) proximum, non longè à Senonibus, in Francorum regno situm. + Glareanus in lib. 7. Cõment. Cæs. oppidum hoc paululum supra Parisios ponit, non aũt supra Melodunũ: quod (inquit) ex Labieni castris quæ è regione Lutetiæ erant, facilè quis colliget. Hodie Corbeil nominatur, ut quidem existimant.

Iura mons Sequanos ab Heluetijs diuidit, incipiens in finib. Basiliensium ac Constantiensium, protensus ferè in Sebusianos, nunc Belicenses, prouinciæ Vesontinæ, quã Sequanarum fines in Rhodanũ perueniunt. Illac enim Cæsarem ex Allobrogibus in Æduos ad Arar im contra Heluetios legiones traduxisse opinio est. ciuitates nanq; oppida & uici, sicut olim continebãtur nominibus populorum, ita ut pluriũ eisdem in locis remanserũt de illorum diœcesibus, prouincijs, tribubus, ac regionibus.

L

LAtobrigi finitimi Heluetiorum sunt inter Celtas, non longà ab Allobrogibus, quos Lausanenses fuisse coniectura est. Ciuitas est episcopalis prouinciæ Vesontinæ, in ducatu Sabaudiæ sita, ac eius proprio antistiti subdita.

Lemanus lacus inter Celtas, in quem Rhodanus influit, Galliãq; prouinciam Romanorum ab Heluetijs diuidit, q hodie Lausanæ lacus dicitur, p quẽ Rhodanus ad põtẽ Geneuę urbis effluit. Lucã in. 1.

Lemouices item populi inter Celtas, ex ciuitatibus Oceanũ attingentibus, quæ Armoricę appellãtur, proximi Venellis, Venetis, Rhedonibus, Andegauensibus, Cenomanis, Lexouijs, in prouincia Turonensi regnoq; Francorum siti. Limosins Gallicè.

Lepontij populi sunt Germaniæ, qui Alpes incolunt inter Sedunensem & Curiensem diœceses. hos quibusdam placet fuisse Sarmatas, apud quos Rhenus flu. oritur, fortè hodie Suitenses dicti: inter fontem Rhodani fluuij, & Rhetias Alpes siti.

Leuaci inter Belgas sub imperio Neruiorum. proximi Grudijs, Pleumosijs, Gordunis, & Centronibus. hodie Louanium.

Leuci populi finitimi Lingonib. & Sequanis (qui Burgundi sunt) ac Mediomatricibus (qui Metenses hodie dicũtur) Belgis attribuũtur, & Treuirensi prouinciæ. hodie Tullẽses dicti. Ciuitas est episcopalis in Lotaringia regione. hos memorat Lucanus in 1.

Lexouij, qui & Lexobij, populi inter Celtas sunt proximi Ossismis. Nannetibus, Ambiliatib. Diablintribus & Aulercis, ex ciuitatibus Oceanum attingentib. hos quidam opinantur esse accolas ciuitatis Lexouiensis, quæ est episcopalis in prouincia Rotomagensi, ducatu Normaniæ, & Francorum regno sita. Gallicè Lisieux.

Huius fluminis Tibul. elegia 7. Gallicè Loire dicitur.

Ligeres seu Liger flumen nõ longè ab Æduorũ finibus, in Celtis oriẽs, eos à Biturigib. diuidit, in Carnutes diu per Celtas lapsu, multisq; obliquis gyris Aquitaniam alluens in Oceanũ mare, quod Britannicum dicimus, influit. Dignum memoria refertur, à Philippo qui secundus hoc nomine regnauit apud Gallos uadum hic primũ inuentum, cum antea nunquam uado transiri potuisset.

Ligios populos in Hungaria, nõ memorat Cæsar, sed Tacitus, proximos Hermunduris & Cattis.

Lingones inter Celtas populi finitimi Æduis, Sequanis, ac Tullẽsibus, qui dicebantur Leuci, nomen retinent. Ciuitas est episcopalis in prouincia Laudunensi ac Francorum regno sita. Langres ab indigenis. Hos memorat Lucanus in primo. Hinc Statiũ poetam qui Thebaida & Achilleida heroico uersu scripsit, ortum tradunt: quamuis Statij nomen seruum significat, ut scribit A. Gel. 16.26.

Londinum oppidum in Anglia insigne, copia negociatorũ & mercatuum maximè celebre, non memorat Cæsar, sed Tacitus. Ciuitas est episcopalis, in qua Angliæ reges, principes, Senatus, populi & mercatores continentur, in prouincia Cantuariensi sita.

Longobardos Cheruscis, Cattis, Caucisq; propinquos, inferioris Germaniæ populos Tacitus refert: quos nõnulli Vesifallos fuisse opinantur, nõ longè à Caninefatib. ac Phrysiis. Quidã uerò eos Pãnones fuisse tradunt. Hi sunt, qui, cũ Italiã fermè omnem occupassent p ducẽtos & quatuor annos, tandẽ à Gallorum rege Carolo pulsi sunt: ita tñ ut Cisalpinæ Galliæ nomẽ ab his ad nostra tẽpora peruenerit.

Lucum, municipium Vocontiorũ prope Caturige, Garocelos, Centrones & Allobroges, Tacitus memorat.

Lugdunum urbem ad Rhodani ripas, & Viennę finitimam Senec. in epist. ad Lucil. refert fatali igne suo tempore exustam: quam inter Celtas ascribere quibusdã placet, quoniã omnes eius suffraganei, & pars urbis ecclesiaq; ipsa matrix in Celtis sunt. Hinc Plotius, qui primus Romæ rhetoricam docuit Latinã, ortus est: à quo Romæ se puerum cum Qu. fratre Latinè primum doctum esse Cic. refert. Oppidũ hoc Munatius Plancus condidit, sed c. post ann. incensum, Romani restituẽre.

Lutetia inter Celtas est prouinciæ Senonensi adscripta, oppidum Parisiorũ, positum in insula flu. Sequanæ, cui perpetua palus influit, proximum Bellouacis, Agendico oppido, ac Senonib. & Meloduno

oppido

oppido finitimum: nunc urbem Parisienſem esse dicunt. Ciuitas est episcopalis in Francorum regno sita, in quam Cæsar se concilium transtulisse, & patrum suorum memoria Parisio, cum Senonibus ciuitatem coniunxisse scribit.

M

MAgetrobia, locus in Celtis, in quo Arioui ſtus Germanorũ rex copias Gallorum prælio uicit, non longè à paludibus: quem Rheno flumini proximũ, & circa ipsum fuisse cõiectura est. Gallicè Toaut.

Maguntiacus, inter Belgas Germaniæ ciuitas metropolis, quę nũc Maguntina dicitur, citeriores Rheni ripas attingens, à Tacito relatę, qui etiam molem à Druso ad remorandum Rhenũ flu. factam refert, & à Paulino Pompeio Romanarũ legionum in Germania duce sub Nerone imperatore perfectam.

Mandubĩ populi erant inter Celtas incolæ oppidi cui nomen Alexia, inter fineis Lingonum & Æduorum, proximi uico quem Flauignium dicimus. Nunc in ducatu Burgundiæ, regione q; Alsetum, ab Alesia, ut quibusdam placet, dicta, quibus uocabulum alludit: in dioecesi Æduensi & regno Francorum siti.

Marcodurum Vbiorum uicus, procul à Rheni fluminis ripa, &, ut coniectura est, Transrhenanum. Tacitus.

Marcomani populi Germani sunt, qui cũ Arioui ſto Germanorũ rege à Cæsare sunt prælio superati, quos coniectura est fuisse Transrhenanos. Sic & Harudes & Arioui ſtus ipse Germani fuerunt, cuius ferè omneis reliquas copias cis Rhenum incoluisse uidemus: ut sunt Triboci, hodie Argentinenſes: & Nemetes, nunc Spirenſes: ac Vangiones, qui Vormacienſes appellantur, ac Seduſij, quos fortè Seduenos prope monteis Brigam & sancti Bernardi opinari possumus. nisi quis fortè Marcomanos coniiciat eos esse qui uallem Heluetijs finitimam incolunt, cui nomen est Marecomana, Sequanis & monti Iuræ proximam, cum his Marcus Antoninus cognomento philosophus periculosissimum & diuturnum bellum gesit. Tandem Christianorum precibus, qui pluuiam à superis impetrarunt, cum exercitus Romanus siti laboraret, uicti, & in deditionem accepti.

Marsacos Germanię populos, Batauis, Caninefatibus, Tungris q; proximos, &, ut coniectura est, Cisrhenanos, non memorat Cæsar, sed Tacitus.

Matisco n, seu Matisco na, inter Celtas oppidum, tunc in Æduorũ finibus ad Ararim flumen, qui Saona nũc dicitur, inter Lugdunenſem & Cabillonenſem urbeis. Ciuitas est nunc episcopalis prouinciæ Lugdunenſis, nomen retinens in comitatu Matiſconenſi, & Francorum regno sita.

Matrona fluuius est Celtas à Belgis definiens, in finibus Lingonum & propè Tullenſem agrum: nec longè à fronte Mosæ fluminis oritur, Catalaunum ciuitatem episcopalẽ in Campania, Franciæ interfluens, per Francorum regnum prorsus labens, parum supra Parisienſem urbem Sequanæ fluuio miscetur.

Mediomatrices populi inter Belgas, finitimi Treuiris, Tullēſibus, & Tribocis (hodie Argentinenſibus.) Hos Metenſes eſſe cōſtat. Ciuitas eſt epiſcopalis prouinciæ Treuirenſis.

Melodunum inter Celtas oppidum, in inſula flumi'is Sequanæ poſitum, Agēdico oppido, Senonibuſq; proximum, ac Lutetiæ quę hodie ciuitas Pariſienſis eſt, & Ioſedo ad ripas Sequanæ poſito finitimum. Olim ciuitas epiſcopalis erat, nunc etiam oppidum eſt in Francorum regno, nomen retinens, Gallicè Melun.

Menapij populi Galliæ inter Belgas, Treuiris, Condruſis, Arduennæ ſyluæ, Rhenoq; finitimi, denſiſsimas ſyluas, perpetuasq; paludes, & ad utranq; Rheni ripam agros, ædificia, uicosq; habebant: proximi Vbijs, Eburonibus, & Sicāmbris, qui hodie Geldrenſes ſunt. Hi, ſcilicet Sicambri, ad Confluentem Moſæ Rhenique, Oceanum etiam mare attingunt: nunc Iuliacenſis ducatus eſt, Colonienſis diœceſis, anguſtior ſatis, ut uidetur, ac ſubductior quam pridem Menapiorum fines eſſent.

Metioſedum, uide Ioſedum.

Mœſios trans Danubium flumen populos, Pannonibus finitimos, non memorat Cæſar, ſed Tacitus.

Mona inſula eſt ſic nominata, in medio curſu inter Angliam & Hiberniam, ferè ab utraq; quindecim millia paſſuum diſtans, ad Occidentem uergens: circa quæ loca etiam complures minores ſubiectæ inſulę eſſe exiſtimāt: ubi multo breuiores ſunt noctes, quām in cōtinenti: ſicut etiam quanto magis ad Occidētem uergimus, breuiores ęſtate noctes, & hyeme longiores manifeſtè uidemus.

Monam inſulam in Rheno fluuio, Hollandiæ, Phryſiæ ac Geldriæ proximam, unde fortè dicti ſunt Monaſterienſes, non memorat Cæſar, ſed Tacitus.

Morini populi ſunt inter Belgas, Atrebatibus, Ambianis, Neruiſis, Oceano q; mari finitimi, à quibus breuiſsimus in Britanniam, nunc Angliam, eſt traiectus. continenteis ſyluas & paludes habebant, eorum finibus comprehenditur comitatus, cui nomen eſt Pontus, ad abbatiam ſancti Bertini directo iure pertinēs, ueteri nomine Ponti, quo regio illa à pleriſq; deſcribitur. ciuitas eſt epiſcopalis, quæ Latinè nomē retinet, Gallicè uerò Terouana nuncupatur, in prouincia Rhemenſi & regno Francorum ſita.

Moſa flumen profluit ex monte Vogeſo, qui eſt in finibus Lingonū, in Francorū regno, non longè ab ortu Matronę & Araris fluuiorū. & parte quadā circa Nouiomagū ducatus Geldriæ oppidū, lōgè ab Oceano ferè octoginta millia paſſuum ex Rheno recepta, quæ appellatur Vualis, iuſulā efficit Batauorū, qui hodie Hollandini dicūtur, Oceanumq; influit: & ſic in Celtis oriēs, immergitur Belgis.

Moſellam flu. qui circa fines Lingonum in Celtis oriens, Metenſem ac Treuirenſem urbes præterfluit, & Confluentiam Germaniæ ciſrhenanæ oppidum interſecat, illicq; Rhenum influit, nō memorat Veterē. Cæſar, ſed Tacitus, referēs Luciū * Verū, Nerone imperāte, Roma-

norum

norũ legionũ in Germania legatum, Mosellam atq; Ararim flumina, facta inter utrumq; fossa, paraſſe connectere, ut copiæ per mare, dehinc Rhodano & Arare ſubuectæ per eam foſſam, mox flumine Moſella in Rhenum, exin Oceanum decurrerent, ſublatisq; itineris difficultatibus, nauigabilia inter ſe Occidẽtis Septẽtrionisq; littora fierent: cui operi Æliũ Gracilẽ Belgicæ legatũ inuidiſſe dicit, deterrẽdo Verum, ne legiones alienæ prouinciæ adſuefcerent ſtudia Galliarum affectare, formidoloſum id imperatori dictitans: quo plerunq; prohibentur conatus honeſti. Tacit. lib. 13.

N

NAbalia flumen trans Rhenum, Geldrenſem & Phryſium agrum alluens, non memorat Cæſar, ſed Tacitus.

Nannetes populi inter Celtas, Oſiſs inis, Lexobijs, Ambiliatibus, Diablintribusq; proximi, ex maritimis ciuitatibus Oceanum attingentibus, oppoſiti Angliæ. ciuitas eſt epiſcopalis in prouincia Turonenſi, ac Britannia citeriore Britonante, & regno Francorum ſita, nomen retinens, & Comitatus titulum habens, qui ſemper ducis Britanniæ primogenito adſcribitur. Nantes hodie dicti.

Nantuates (qui à quibuſdam Antuates dicuntur) populi Germaniæ citra Rhenũ flumen, per quorũ fines longo ſpacio quaſi ab ortu ſuo Rhenus ipſe citatus fertur, proximi Heluetijs ac Sequanis. hos Conſtantienſes nũc eſſe ſatis cõſtat. ciuitas eſt epiſcopalis Magũtinę prouinciæ. Nantuatum meminit Plin. lib. 3. cap. 20. & Strab. libr. 4.

Narbona ciuitas Galliæ prouinciæ Romanorũ, finitima Toloſatibus, & nõ longè à Sontiatibus populis Aquitaniæ. ciuitas eſt Metropolis, nomen retinens. In hanc cùm C. Cæſar dictator colonos ex Martia legione milites deduxiſſet, Martius Narbo poſtea dictus eſt.

Nemetes populi Germani, inter Belgas numerantur, finitimi Mẽtenſibus, Argentinenſibus, Vormacienſibus, & Rheno flumini, ferè omnes Germanica lingua utentes. ciuitas eſt epiſcopalis prouinciæ Maguntinæ, Alſatiæ adſcribitur, nũc Spirenſis dicta. Eſt & alia Alſatia maritima prope inſulã quandam Phryſiæ: Alſatia autem in qua Spira & Argentina ciuitates conſiſtunt, ut quidam opinantur, nomen indidit regioni illi ducatus Burgundiæ in qua Alſetum regio eſt ſita: atq; id nomen ab Alexia olim oppido dictum putant, quaſi Arioui-ſtus Germanorum rex qui Alſatiæ præerat, id ei nomen impoſuerit.

Nemetocerna in Belgio, ubi interdum hyemauit Cæſar inter Belgas: dicta fortè à Nemetibus, nunc Spirenſibus.

Neruij populi inter Belgas maximè feri, Atrebatibus, Ambianis, Aduaticis, Morinis, Velocaſsibus, Veromanduis, ac Treuiris finitimi. A Bellouacis lõgè abſunt, quos Sabis & Scaldis flumina irrigãt: nunc Tornacenſes dicti. ciuitas eſt epiſcopalis in prouincia Rhemẽſi, & limitibus Francorum regni ſita.

Nitiobriges populi inter Celtas, proximi Ruthenis & Gaballis, ac Narbonenſibus. Galliæq; prouinciæ Romanorum, in Bituricenſi prouincia, & Francorũ regno ſiti. Montpellier hodie à Gallis dictũ.

Noricus ager trans Rhenum non longè à Danubio & Ateſi Germaniæ fluminibus, intra Tridentinã ac Conſtantienſem & Curienſem diœceſes, ſatis proximus Bauaris, ac Sueuis, qui Vallis Norica appellatur, in quem Boij oppugnata Norica tranſierant. Inde Tacitus affirmat quòd Noricos Rhetoſq; Rhenus fluuius interfluit, quibus Rhetis Leponiij fuere proximi: Norimberga nunc Germanis.

Noueſium oppidum Germaniæ, nunc Nuſsia dictum, Coloniẽſis diœceſis, Rheno fluuio & Cleuenſi ducatui proximũ, citeriores Rheni ripas attingens, non memorat Cæſar, ſed Tacitus.

Nouiodunum inter Belgas oppidum, finitimum Sueſsionibus & Veromanduis, proximum Pariſijs: nunc ciuitas epiſcopalis, nomen retinens, in prouincia Rhemẽſi & Frãcorũ regno ſita: Gallicè Noyõ.

Nouiodunum item Celtarum oppidum, ultra Ligerim flu. in finibus Biturigum, proximum Auarico Biturigum oppido, ac Genabo Carnutum oppido, & Vellaunoduno & Agendico Senonum oppidis, in regno Francorum ſitum.

Nouiodunum item inter Celtas Æduorum oppidũ, ad ripas Ligeris flu. proximum Bibracti oppido Æduorum, in eorum finibus, & Francorum regno ſitum.

O

OCelum (quod & Oſcellum ſeu Oſcella) eſt citerioris prouinciæ extremum, à quo per Alpeis in ulteriorem Galliam, Cẽtronesq; (nũc Tarentaſios) ac Garocelos, Caturiges, Vocontios & Allobrogas tranſitus eſt, Auillanæ & Secluſæ uicis proximum, nunc, ut coniectura eſt, Noueleſium nuncupatur. Secluſa aũt, ut nonnullis placet, dicitur, quaſi citeriorem Galliam ab ulteriori ſecludens. dioeceſis eſt Taurinenſis. Tres enim legiones in Aquileia hyemantes poterat Cæſar per Rhæticas uel Lepontias Alpeis breuius ultra montes & in agrũ Heluetiorũ eundo Tridentũ traducere, ſed intendens in ulteriorẽ Galliam ad comprimendum Heluetiorum agmen, iam in agro Æduorum conſiſtentium proficiſci, ut opinio eſt, in agrũ Cremonæ paulò antè ædificatæ, dehinc Placentiam ac Taurinum peruenit, quà proximum iter in ulteriorem Galliam erat, per Alpeis legiones traducturus.

Octodorus uicus Veragrorum, hodie dicitur ſancti Mauritij, extra Celtas, Belgas, & Aquitanos, in Sabaudia, inter Sedunos, Antuates, & Allobrogas, in ualle, non magna adiecta planitie, altiſsimis montibus undique continetur, in duas parteis Rhodano fluuio diuiſos, dioeceſis Sedunenſis.

Ordouices populos in Anglia, arduis montibus proximes, apud quos Oſtorius dux Romanus Caractacum in Anglia imperantem proſtrauit, non memorat Cæſar, ſed Tacitus.

Oſiſsini populi inter Celtas, ex maritimis Ciuitatibus Oceanum attingentibus, proximi Lexobijs, Vnellis, Nannetibus, Venetis, Ambiliatibus, Diablintribus, Curioſolitis, Seſuuijs, Aulercis, Rhedonibus, inter ciuitates Armoricas nominantur, in prouincia Turonenſi regnoq;

regnoq; Francorum siti. horum littora Britannico sunt mari aduersa, ut refert Pomponius Mela.

P

PAnnones trans Danubium flu. populos, quos Hungaros dicimus, non memorat Cæsar, sed Tacitus.

Parisij populi inter Celtas, qui Senonensi prouinciæ attribuuntur, Senonibus, Bellouacis, & Agendico oppido proximi, ac Melodunо oppido finitimi. Lutetiam habent oppidum, quam nunc Parisiensem episcopalem urbem inhabitant, positam in insula fluminis Sequanæ, quod perpetua palus influebat, in regno Francorum siti.

Pæmani populi inter Belgas, nomine & numero Germani appellati, Eburonibus, Condrusis, Cheruscis proximi. hos coniectura est fuisse inter populos diœcesis Leodiensis.

Petrocorij, quos Petragorios dicimus, populi in Aquitania, proximi Pictauis ac Santonibus. Eorum ciuitas est episcopalis, nomen retinens, in prouincia Burdegalensi & Francorum regno siti.

Pictones populi inter Aquitanos, Santonibus, Tolosatibus, Engolismensibus & Petragorijs proximi. eorum ciuitas est episcopalis, in prouincia Burdegalensi regnoq; Francorum sita, nomen retinens, comitatus titulo insigniti. Non longè ab his Philippus Valesius Gallorum Rex ab Edoardo Britanniæ rege memorabili pugna victus est. Poictiers Gallorum lingua.

Pleumosij populi inter Belgas, sub imperio Neruiorum, proximi Gordunnis, Leuacis, Grudijs, ac Cētronib⁹, in diœcesi Tornacēsi siti.

Preciani populi in Aquitania, proximi Bigerronibus, Vocatibus, Tarusatibus & Hispanniæ citeriori, in regno Francorum siti.

Primigenos in Anglia populos Antonæ & Sabrinæ flu. propinquos, socios aliquando Romanorum, memorat Tacit. * nunc in Tac. lib. 12. legas, Quod primi Iceni ab. &c.

Prouincia Gallia Romanorum, finitima erat Rhodano fluuio, quæ eam à Celtis diuidebat, ac mari Ligustico, & Alpibus quas maritimas dicimus, & Allobrogibus: quibus limitibus etiam Delphinatus pars, ac prouinciæ seu metropoles Ebredunensis, Torosana, & Narbonensis, pro parte includebantur: licet Viennam urbem Strabo Allobrogibus adscribat.

Pyrenæi montes altissimi maximiq; diuidunt ulteriorem Hispaniam ab omni Gallia.

R

Rauraci populi finitimi erant Heluetiorum, inter Celtas, proximi Rheno flumini, in prouincia Vesontina, quos esse Basilienses coniectura est, quia per Heluetiorum & Sequanorum fines Rhenus profluit, & ipsis Sequanis adscribuntur. Ciuitas est episcopalis, quam Rhenus ipse intersecat.

Rhedones populi inter Celtas, ex ciuitatib⁹ Oceanū attingētib⁹ q̄ Armorica appellantur, proximi Aulercis, Sesuijs, Curiosolitis, Osismis, Vnellis, Venetis, Andegauis, Cenomanis, ciuitas ē episcopa-

lis,

lis, in prouincia Turonensi & Francorum regno sita, nomen retinet, in Britanniæ ducatu consistit.

Rhemi inter Belgas, proximi Celtis: fratres & consanguinei proximíq; Suessionibus, cum quibus eodem iure & ijsdem legibus utebantur, unum imperium, unumq; magistratum cum eis habentes: finitimi quoq; Veromanduis, Treuiris, Metensibus, Catalaunēsi & Laudunensi diœcesibus, ac syluæ Arduennæ. Ciuitas est metropolis, cui omnes suffraganei sunt in Belgica: nomē retinens: in qua Francorum Rex ungitur & consecratur, in regno Francorum sita.

Rhenus Germaniæ fluu. non longè à Danubij & Rhodani fluu. fontibus, & ferè in medio eorum oritur ex Lepontijs, qui à nonnullis Sarmatæ dicti, Alpes incolunt: inter fineis diœcesium Curiensis & Tridentinæ, non longè ab Italia, longoq; spacio per fines Nantuatiū (qui hodie Constanttenses esse creduntur) Heluetiorum, & Sequanorum (ex quibus sunt Basilienses) & comitatus Ferretensis. Mediomatricum (hodie Metēsium) qui tunc usq; ad Rhenū extendebātur: Tribocum, nunc Argentinensium, & Treuirorum citatus fertur: ac ubi Oceano proximus est, in plureis diffluit parteis, multis ingentibusq; insulis effectis, quarum tres ferè à Phrysijs, ac reliquæ à Sicambris, nunc Geldrensibus, & Hollandis, qui olim Batani dicebantur, ac à quibusdam feris nationibus incoluntur. Sunt etiam qui hunc & Danubium in Rhetia oriri tradant, & non longè à locis ubi uina Oltrinasca nascuntur. Rhenus igitur non attingit Sequanos. hodie Burgundos, nisi à finibus Heluetiorum circa Basileam usq; in fines Argentinensium. Basilea enim comprehenditur inter Sequanos, & suffraganea est Vesontinæ metropolis. Inde est quòd reliqua pars fluminis Rheni ab eius ortu circa Curiensem diœcesim prouinciæ Maguntinæ usq; in fines Basilienssium circa ipsum flumen ferè tota ad Heluetios pertinebat, qui ueteres Romanos in militaribus signis imitati, capita boum, aprorum, utrorum, & similium in uexillis suis depingere consueuerunt.

Rhodanus fluuius Sedunos, Veragros. Allobrogas, & Galliā, prouinciam Romanorum à Celtis dispertiens, oritur non longè à Danubij & Rheni flu. fontibus circa fines diœcesis Sedunensis, prope mōtem cui nunc Brigæ nomen est: & ad Sedunū Germaniæ urbem decurrens, uicum Veragrorum, qui hodie sanctus Mauritius dicitur, intersecat, lacuiq; Lemano, quem accolæ Lausanensem nominant, admistus, & ad pontem Geneuæ urbis eundē lacum egressus, in Lugdunū, Viennā, aliasq; urbeis, & insignia loca ad Volcas, nūc Auenionēses, prolapsus, Ligusticū mare tribus ostijs influit. Rosne Gallis hodie.

Rigodulum locum inter Belgas supra Mosellam fluuium, non lōgè à finibus Treuirorū editum, ubi Petilius Cerialis Romanus copias Treuirorum & Germanorum magis casu quàm prudentia fudit, proximum Metensium finibus, montibus, & Mosella fluuio septum. non memorat Cæsar, sed Tacitus.

Rutheni populi prouinciales, nō longè ab Aruernis & Santonibus, Narbo-

Narbona, ac Tolosa, extra Celtas, Belgas, & Aquitanos, eorum ciuitas est episcopalis, nomen Latinè retinens, in prouincia Bituricensi sita. Hi comiti Armeniaci subijciuntur. Rhodes dicti. Hos Lucanus in primo memorat.

S

SAbis inter Belgas flumen, Neruios irrigat, & in Mosam flu. penes Condrusios seu Namurcium oppidum Leodiensium influit, hodie Sambram uulgus nominat.

Sabrinam in Anglia fluuius, Tacitus memorat.

Samarobrina, locus inter Belgas ubi Cæsar Gallorum concilium indixit, & aliquando hyemauit, ac impedimēta exercitus, obsides ciuitatum, literasq; publicas ac frumentum reliquit. Hanc Cameracensem esse urbem quibusdam placet. Sabis enim fluuius eam interfluit, & his Gallicæ linguæ satis alludit uocabulum, estq; ferè locus ipse in medio Belgarum, situ fertilis, ac solo opportuno constitutus. Ciuitas est episcopalis, & imperialis, prouinciæ Rhemensis, forsan ab Eburonicibus populis ciuitatum Oceanum attingentium, quæ inter Celtas erant, orti: uel à Segnis Belgarum populis. In hoc oppido qnto abhinc año fœd⁹ inter oēs Christianos principes ad internecionem Veneti nominis ictum est, auctore pontifice Iulio II. quod Cameracense ab oppido dictum est. Sunt tamen qui Sancti Quintini oppidum malint.

Santones inter Aquitanos populi, finitimi Tolosatibus, & propinqui Petrocorijs, Engolismensibus, Pictauis, ac Galliæ prouinciæ Romanorum. Ciuitas est episcopalis in prouincia Burdegalensis in Frācorum regno sita, nomen retinens.

Sarmatas Germaniæ populos, qui contra Sueuos Vannio Sueuorum regi ab eis expulso opem tulere, Tacitus refert.

Scaldis flumē inter Belgas, Mosam influens, in extrema parte Arduennæ syluæ, nec longè ab Arduaticis, Neruios & Tornacensem urbem intersecat, nomen retinens.

Sebusiani populi inter Celtas extra Galliā prouinciā Romanorū trans Rhodanum fluuium primi, Allobrogibus, Sequanisq; ac Æduis, quorum erant clientes, finitimi, inter Lausanensem & Lugdunensem diœcesin siti, quos Bellicenses esse coniectura est. ciuitas est episcopalis in prouincia Vesontina, Duci Sabaudiæ subdita, siue eius antistiti. Per horū fines ad loca ubi nunc uicus cui sanctus Amor nomen est, in comitatu Burgundiæ, ac rectà ad Ararim, qui nunc Saonia dicitur, ubi pagū Heluetiorum Tigurinum deleuit Cæsar, peruenit, circa Viredunū & Turegium castella illius flu. citerioris ripas attingētia.

Sedusij, uel Seduni, populi Germaniæ, si pro Sedunum urbem incolentibus capiantur, ut coniectura est, Heluetijs, & pro parte Celtis annumerantur, uel saltem eis sunt finitimi, ipsosq; Rhodanus flu. irrigat. finitimi etiā sunt Veragris, inter mōtes quibus nūc Briga & sancti Bernardi nomen est, non longè ab Antuatibus & Allobrogibus, Germanica lingua ex magna parte utentes. Ciuitas est episcopalis,

Taren-

Tarentasiæ Latinè nomẽ retinens: in cuius finibus Rhodanus oritur, nec lõgè ab eis uersus Curiensem & Tridentinam diœceses Rhenus exorit. 33 (Hoc loco Marlianus notat & à Glareano in annotat. li. 2. Cõmẽt. Cæs. circa fi. et à Ioã. Rhellicano in annotat. ad eũdẽ auctorẽ.)

Segni inter Beglas populi, ex gente & numero Germanorum, Cõdrusis finitimi, qui ambo populi sunt inter Eburones & Treuiros, comitatui Namurcẽsi, Arduennæ syluæ, & ducatui Lucẽburgensi, Mosæq; flu. proximi. nomen retinent. eorum oppidum diœcesis Leodiensis, illius episcopo subijcitur.

Segontiaci populi in Anglia, mari proximi, & Cassis, Bibrocis, Trinobantibus, Cenimagnis, & Ancalitibus, nunc fortè Eboracenses dicti. Ciuitas est metropolis.

Senones inter Celtas, finitimi Belgis, Parisijs, ac Carnutibus, fuerant antiquitus ante Cæsarem in fide Æduorũ. Ciuitas est metropolis, cuius omnes suffraganei sunt in Celtica, in regno Francorum sita, retinens nomen, quam in Burgundia sitam uulgus uocitat. Forsan enim id inoleuit à primis Burgundiorum regibus: quos Senones, Lugduni ac Viennæ post incarnatum Christum per multa secula regnasse in Celtica plerique tradunt.

Sequana flu. prorsus in Francorum regno, Celtas, postquam Matrona flu. sibi immixtus est, à Belgis definiens. Oritur prope fines Æduensis ac Lingonensis diœcesum, in Ducatu Burgundiæ, in Alseti regione, non longè à uico Abbatiæ & monasterij sancti Sequani: ac per Trecensem agrum & Parisiensem urbem delapsus, Rotomagum ciuitatem & mare Oceanum influit, nomen adhuc retinens.

Sequani populi inter Celtas, hodie Burgundiæ Comitatum incolentes, quos à Gallia prouincia Romanorum Rhodanus fluuius diuidebat, finitimi Heluetijs, Æduis, Lingonibus, ac Rheno, per fines comitatus nunc Ferretensis, nihil, ut uidetur, de his quæ in Ducatu Burgundiæ sunt, tunc possidentes, quod illa omnia speciali nomine Æduis & Lingonibus adscriberentur, nec illi dicerentur Sequani, sed hi solùm, qui à Rhodano prope Bellicensis urbis diœcesin, usque ad Vesontionẽ ciuitatẽ maximam Sequanorum, & ab inde usq; in fines Comitatus Ferretensis, ac diœcesis Argentinæ Rhenũq; fluuiũ protendebantur. Inter quos fluuios Rhodani & Rheni per ciuitatẽ illam Vesontionem, quæ quasi in medio est, quinq; dierum iter expedito patet finibus ijsdem. Vltra quoq; Ararim flu. non longè post eius ortum, Sequanorum fines, quos ipsa Vesontina diœcesis complectitur, protendi uidebantur.

Sesuuij populi inter Celtas, ex maritimis ciuitatibus Oceanum attingentibus, quæ Armoricæ appellantur. proximi Aulercis, Curiosolitis, Rhedonibus, Osisinis, Vnellis, et Venetis. Hos quidam putãt esse Exisinos, quæ ciuitas est episcopalis prouinciæ Turonensis, in regno Francorum sita.

Sibuzates populi in Aqtania, proximi Garũnis, Auscis, Vocatibꝰ, Tarusatibꝰ, Cocosatibꝰ, et Hispania citeriori, in Fracorũ regno sita.

Sicamꝫ

Sicambri populi Germaniæ, olim ex toto Transrhenani, proximi Vbijs trans Rhenum tunc sitis. sylvas & solitudines habebant, id ꝗs ex Menapiorum ac Eburonum finibus Rheni transitu, maximè ubi ipse & Moia confluunt, breuis est aditus. Eburones enim Rheni citeriores ripas, Sicambri autẽ ulteriores incolebant: nunc oppida, uicos & agros Sicambri (quos Geldrẽses appellamus) etiam inter Mosam & Rhenum possident, quorum pars est diœcesis Leodiensis.

Silures, populos Angliæ, Tacitus refert.

Sontiates populi inter Aquitanos, finitimi Vocontijs & Tarusatib. populis. Aquitanis, & Tolosæ ac Narbonæ ciuitatibus Galliæ prouinciæ Romanorum, & Hispaniæ citeriori, habẽtes oppidum natura loci ac manu munitum, in regno Francorum siti.

Suessi populi Germaniç, ꝗs cõiectare licet fuisse Cõstantiẽsi, Bastienſi ac Sedunensi agro finitimos, & inter Celtas Heluetijsꝙ annumerari: siue fortè Suitenses esse, qui cum Turicensibus quõdam Heluetijs nostra memoria bella gessere. Vel Suessij, id est Sueui. nam cum singulis annis domo Sueuorum media pars excederet, fortè diuersas sibi ad habitandum regiones delegerunt. Ex quibus forsan sunt illi maritimi, qui Daciæ & Noruegiæ sunt finitimi, ac qui circa Lepontios Rhetosꝙ habitant, idem ferè nomen Sueuorum habentes, à Sueuo monte, qui ab ortu solis Germaniæ finitium faciens, ad Cimbrorũ usꝙ promontorium magno aditu protenditur, fortè dicti.

Suessiones populi inter Belgas, fratres, & consanguinei Rhemorum, eisꝙ attributi, quibus, ac Bellouacis, et oppidis Nouioduno (ꝙ hodie est ciuitas) Bratuspãtioꝙ erant finitimi: agros feracissimos, & latissimos fines habebant: apud quos rex fuerat totius Galliæ potentissimus, qui etiam Britanniæ rerum obtinuerat, 12. oppida in Suessionibus habens. Tempore autem Cæsaris regnabat Galba, multiꝙ Galiorum reges usꝙ post Magni Caroli tempora diu in Belgica regnasse, & coronam apud Suessiones accepisse leguntur. Ciuitas est episcopalis, nomen retinens, in prouincia Rhemensi prima suffraganea, & in regno Francorum sita.

Sueuorum gens trans Rhenum, Bauaris, & Franconibus finitima, plus quàm centum pagos habens, maxima & bellicosissima Germanorum omnium. Inter hanc gentem sunt Vlma oppidum, ciuitatesꝙ & loca insignia multa. Bauariæ uetus est principatus, & Austriæ ducibus, ac Marchionibꝫ Badẽsibus, comitibus de Vuirtenberg, aliijsꝙ principibus ecclesiasticis & secularibus subiecta, qui, ut olim referẽte Cæsare, principes regionum atꝙ pagorũ sunt, & in pace inter suos ius dicunt, controuersiasꝙ minuunt.

Sunici populi prope Coloniam urbem, olim Agrippinam dictam, & Rheni fluminis ripis citerioribus adiacentes, à Tacito proditi.

T

TAmesis fluin Anglia fines interioris regionis à maritimis ciuitatibꝫ diuidẽs, à mari circiter passuũ mil, octoginta. Id uno omnino loco

co

co pedibus atq; egrè transiri potest, & in mediterraneis illius locis insulæ oriens, nauigabilisq; Oceanum influit. Tamisa uulgò.

Tarbelli populi in Aquitania, proximi Bigerronibus, Sontiatib. Vocatibus, Tarusatib. Hispaniæ citeriori, in regno Francorum siti.

Tarbiacos in finibus Aggripinensium populos, non memorat Cæsar, sed Tacitus.

Tarusates populi Aquitaiæ, proximi Vocontijs, Sontiatibus, Tarbellis, Garumnis, Cocosatibus, & Hispaniæ citerioris: hos cõiectura est, fuisse populos Turiæ, quę ciuitas est episcopalis in prouincia Auscitana, & Francorum regno sita.

Tasandrum oppidum in Leodiensi diœcesi, cui Diuo Trudo nomen fecere.

Tauciaci (aliàs Rauciaci) populi Germaniæ, proximi Nemetum & Heluetiorum finibus, à quibus sylua Hercinia oritur: & fortè erãt Rauraci, qui proximi Heluetijs circa Basiliensium fineis habitabãt. hi tamen Herciniæ syluæ non erant proximi, sed Baceni syluæ, quæ nigra dicitur, interfluente tamen Rheno. Vide Rauraci.

Tectosages populi olim Galli, fertilissima Germaniæ loca circa Herciniam syluam occupauerunt, atq; ibi consederunt summam iustitiæ & bellicæ gloriæ opinionem habentes, in ea inopia, egestate, & patientia qua Germani permanentes, eodem uictu & cultu corporis utentes. His fortè Francones Germaniæ populi eisdem locis proximi successerunt: à quibus Franconib. postea cis Rhenum transeuntibus, & Galliam occupantibus, uelut priscum propriumq; solũ repetentibus, citraq; Parisios populos sedem eligentib. Francia dicta est, ut plerisq; placet. Ex his Tectosagib. erant hi quos Manlius Romanorũ dux in Gallogræcia strauit & uicit, triumphumq; retulit.

Tenchtheri Germaniæ populi Transrhenani, qui cum Vsipetib. & magna multitudine hominum, à Sueuis diu agitati, & triennio uagantes, Rhenum flu. transierunt, non longè ab ostio quo Rhenus ipse mare influit, Menapiorum agros, utranq; flu. ripam incolentium, occuparunt. Quo satis constat Menapiorum fines, quos plerisq; opinantur Iuliacenses fuisse, multo quàm nunc maiores extitisse. Hæc gens postea Rheno discreta, solicitauit Vbios (nunc Agrippinenses) ut à Romanis deficerent, initio imperij Vespasiani. Tacitus.

Teutoni populi ultra Rhenum flu. fuerunt, ex quibus & Cimbris Aduatici fuere prognati. Apud quorum loca, cùm id flumen in Galliam uenientes transissent, impedimenta cum unius ferè legionis præsidio reliquerunt. Vulgus autem Teutonos credit, qui Franconiam & Bauariam Germaniæ regiones, eisq; finitimas terras inhabitant. Vulgus uerò omneis citra & trans Danubiũ populos appellat Teutonos. Hi fortè suis finibus quondam pulsi à Sueuis, qui quàm latissimè agros desertos possidere gloriabantur, sese Cimbris sociarunt, cũ quibus à Romanis duce Mario cęsi sunt: quos Pomponius Mela Albi flu. Cimbrisq; Hermonibus & Sarmatis propinquos tradit. Teutonos tamẽ eos esse, qui trans Danubiũ ad dextrã eius inhabitãt, plures

res scripsere, inter Alpeis scilicet Italiæ imminentes, & Danubij al-
ueum incolentes. Dicti autē fortē sunt à Tuiscone eorum Rege, Mā-
ni filio, ut sentit Tacitus lib. de situ Germaniæ: Italica ac Gallica lin-
gua alludunt.

Tigurinus pagus & populi eius quartam partem Heluetiæ con-
tinebant, ac inter Celtas erant. Indē fortē coniectura est, eos esse qui
nunc Turegium cum agro adiacenti apud Sulenses, Basilienses, Con
stantienses incolunt.

Tolosates populi Galliæ prouinciæ, finitimi Narbonensibus &
Santonibus, nec longē à Sontiatibus, populi in Aquitania, nomen re
tinent. ciuitas est metropolis, Francorum regi subdita.

Treuiri populi inter Belgas, in cōfinibus Germaniæ, finitimi Ner-
uijs, Menapijs, Eburonibus, Rhemis, Mediomatricibus, id est Metē-
sibus, & Rheno flu. usq; in pontem quo Cæsar traiecit exercitū, quæ
pars nunc est Colonienſis diœcesis. Ferè autem omnes Treuiri Ger-
manica lingua utuntur: & nisi exercitu coacti, imperata non facie-
bant. Nam ciuitas propter Germaniæ uicinitatem quotidianis exer-
cita bellis, cultu & feritate non multum à Germanis differebat. Ho-
rum inter Gallos uirtutis opinio erat singularis: & plurimum equi-
tatu peditatuq; ualere existimabantur. nomē retinent. Situs ciuitatis
est natura munitus, & metropolis huius ciuitatis præsul, unus ex ele
ctoribus imperatoris est, qui proximis his annis legatus à Maximili-
ano Cæsare ad Venetos ueniens, unà cum Cardinale Lucemburgē-
si, re infecta abijt.

Triboces seu Triboci, populi Germaniæ in finibus Celtarum &
Belgarum, finitimi Tullensibus, Basilienſibus, Spirenſibus, Lingoni-
bus, & Rheno, ferè omnes Germanica lingua utentes. Ciuitas est epi
scopalis prouinciæ Maguntinæ: nunc Argentinenses Latinè dicti:
quibus uulgaris sermonis cum ueteri satis alludit uocabulum. Hi
sunt in regione Alsatia, olim, ut quibusdam placet, Heluetia.

Tribonantes populi in Anglia, prope firmissimam earum regionū
ciuitatem incolentes, mari proximi, & Cenimagnis, Segontiacis, An
calitibus, Bibrocis, Cassijs, Angliæ populis.

Tubantes Germaniæ populos, qui Phryſiæ partem mari Oceano,
Rheno flu. ac lacubus proximam, saltibus & paludibus abundantem
incoluerunt, quam antea Manni populi habitarant, non memorat Cę
sar, sed Tacitus.

Tulingi populi erant finitimi Heluetijs, inter Celtas, non longē ab
Allobrogibus: &, ut quidam opinantur, etiam fuerunt incolæ Ture-
gi oppidi, nunc inter Heluetios siti, (quod forsan tunc ex illorum pa
gorum numero non erat) in Constantienſi diœcesi habitantes, sed ab
Allobrogibus satis remoti. Quidam autem interpretantur Turegum,
quasi Duregum, id est duorum Regum, & Tulingos credunt nūc Lo-
taringos esse dictos, nomine compositō ex Lotario eorum Rege Car
lomani stirpe.

Tungros Belgarū populos Tacitus facit. Hi cis Rhenū et Mosam

inter Eburones numerantur. Oppidum est nomen retinens, olim ciuitas episcopalis. Huius sedes postea fuit ad Leodiensem urbem translata: usq; ad eius oppidi mœnia, ut plerique uolunt, Oceanus protendebatur, cuius rei quædam illic uetusta adhuc monimenta uidentur. Inde Cæsar scribit Eburones fuisse mari proximos.

Turones populi inter Celtas, Carnutibus & Andegauensibus finitimi, proximi Oceano. Ciuitas est metropolitica: cuius omnes suffraganei sunt in Celtica, & ex maiore parte in Britanniæ citerioris ducatu, nomen retinens, in regno Francorũ sita: quam, & Andegauensem urbem diuus Ludouicus Francorum Rex Britanniæ ducatui detraxit: cuius tamen prouinciæ omnes aliæ, Britannia etiam Britonantis, ciuitates remanserunt.

Tygenos (quin potius Icenos) populos Angliæ, quorum rex Prasutagus Neronem imperatorem hæredem instituit, non memorat Cæsar, sed Tacitus.

V

Vadam inter Coloniensem & Traiectensem urbeis locum ultra Nouesium Rheno flu. & eis eum adiacentem in ducatu Cleuensi sitũ, Cæsar non memorat, sed Tacitus.

Vangiones populi Germani, inter Belgas numerãtur, finitimi Tulensibus, Metensibus, Spirensibus, Maguntinis, ac Rheno flu. oẽs ferè Germanica lingua utentes. Ciuitas est episcopalis prouinciæ Maguntinæ, nunc Vormacienses dicti, Alsatiq; (olim Heluetiæ, tunc Gallici, nunc aũt Germanici iuris) adscripti, quò magis ipsi & Spirenses, ac Argentinenses, quin & Maguntini, tanquam omnes aliæ Alemaniæ attributi, & ad ripas Rheni citeriores siti, uiderentur inter Celtas forsan collocandi, nisi quis rectà à Matronæ fluminis ortu ad Rhenũ flu. Celtas his finibus à Belgis dispartiat: quibus Belgis pari ratione Virodunum, quæ ciuitas est episcopalis prouinciæ Treuerensis, in ducatu Barrensi consistens, adscribitur.

Vascones in Aquitania populos, Tacitus memorat.

Vatasticam insulam in flu. Rheno finitimam Batauis & Phrysiis, quæ est diœcesis Traiectensis, non memorat Cæsar, sed Tacitus. Batauos autem, quos Hollandos dicimus, longè alios esse certum est ab illis Hollãdis qui prope Balteum mare ac Daciam habitant, sicut & alia est circa id mare & Daciam Zelandia.

Imò Aduatuca, ut annos tauimus.

Vatuca, seu Ratuca, inter Belgas castellum, quasi in medijs Eburonum finibus, non longè à colle uno, syluis, & tumulo, ac magna conualle, ubi Titurius & Aurunculeius Romani hyemantes cũ legione una & quinq; cohortibus, à duobus Eburonum regibus dolis intercepti sunt. Id castellum proximum fuisse Limburgensibus, nec longè ab Aquisgrani urbe uerisimile est, forsan eo loco ubi est nunc castellum cui Valcatus mons nomen est. Vatucæ tamen castello, ut Cæsar ipse describit, suberat Rhenus flu. propterea nonnulli credunt Vatucam castellum fuisse ubi nunc est Iuliacum oppidũ, quod ducatus est titulus inter Aquisgranum & Coloniam Germaniæ urbeis Cisrhenanas,

nanas, quod à Iulio Cæsare denominari putant, ubi adhuc plura insignia uetustatis monimenta apparent.

Vbij Germani populi olim Transrhenani, quorum fuit ciuitas ampla & florens, ut est captus Germanorum, qui paulò sunt eiusdem generis & cæteris humaniores, quia Rhenum attingunt, multumq; ad hos mercatores uentitant, & ipsi propter propinquitatem Gallicis sunt moribus assuefacti. hos Sueui diu & sæpe experti finibus expellere adnixi sunt, & sibi uectigales fecerunt, multoq; humiliores & infirmiores reddiderunt. in quorum fineis Cæsar primò trans Rhenum, exercitu per pontem in Menapijs factum ducto, uastatis agris Sicambrorum se recepit. Iterum autem paululum supra eum locum, quo antè exercitum traduxerat, pontem in finibus Treuirorum fecit, legionesq; traduxit, cuius pontis ultima pars Transrhenana ripas Vbiorũ cõtinebat, Hos esse Agrippinenses, nunc Colonienses, à Claudio Cæsare Agrippinæ uiro acceptos pleriscq; placet: qui, ut ueri simile est, à Sueuis compulsi, citra Rhenum hortante Agrippina urbem condere & habitare cœperunt: quæ ciuitas paulò post cum Romanorum socia esset, ac recens condita, fatali igne, ut Tacitus scribit, consumpta est: & ferè eodem tempore simili casu Lugdunum incensum & diruta esse constat, ut in epistolis refert Seneca. Vbij igitur Cæsaris tempore, ut coniectura est, loca ubi Marchiæ comitatus à duce Cleuensi nunc possessus, & Vestfaliæ oppida sunt, parsq; ducatus Montensis, incoluisse præsumuntur: quorum adhuc magna pars ad Coloniẽsem ecclesiam pertinet. Hos Tacitus transrhenanos etiam suo tempore fuisse scribit, quòd fortè ad utranq; Rheni ripam uicos, agros, possessionesq; haberent. Sic & Allobroges ad Rhodani ambas ripas, & Menapij tunc ad Rheni utranq; ripam, sic & Phrysij & Geldrenses nũc, ad ipsius Rheni ambas ripas, uicos, agros, possessionesq; habebant, & adhuc possident. Quin & aliquando usq; ad Rhenum fluuium protensos Saxones fuisse quibusdam placet: quod facile est, cũ quis origine Saxo illic fortè aliquid possederit, ut sæpe principibus alienigenis hoc diuerso iure contingit.

Vellaunij populi inter Celtas, proximi Heleuteris Cadurcis, Gaballis, & Aruernis, quorum sub imperio esse consueuerant. Ciuitas est episcopalis in prouincia Bituriceusi, nomen retinens, à multis tamen Sancti Flori ciuitas dicitur.

Vellaunodunum inter Celtas oppidum Senonũ, propinquum Agendico Senonum oppido, ac Cenabo oppido Carnutum, quod Genabum oppidũ pons Ligeris fluminis continebat, nec lõgè ab Auarico & Nouioduno oppidis Biturigum, in Francorum regno situm.

Velocasses populi inter Belgas, Morinis Neruijsq; finitimi, proximi Ambianis, et Atrebatib. In hodie Castletenses dicti, in comitatu Flandriæ, & Francorum regno, Morinensiq; diœcesi siti, instar pagi sunt. Hanc prouinciam repetit rex Franciæ nũc à duce Burgũdiæ.

Veneti populi inter Celtas, ex maritimis ciuitatibus Oceanũ attingentibus, quæ Armoricę appellantur, proximi Vnellis, Osissinis,

Curiosolitis, Sesuuijs, Aulercis, Rhedonibus, ut quibusdam placet, et iam Vannes dicti sunt: in prouincia Turonensi, & regno Francorū siti. Ciuitas est episcopalis, cuius amplissima erat auctoritas omnis ora maritimæ regionum earum in Britannia Britonante. Sunt prætera alij quidam populi Auenionensibus proximi, Venuxinum comitatū incolentes, patrimonio beati Petri subditi. Hos partem Galliæ prouinciæ Romanorum fuisse quibusdam placet.

Veragri populi extra Celtas, Belgas, & Aquitanos, inter Sedunos, Antuates, & Allobrogas, montesq; sancti Bernadi, & Brigam: quos Veragros Rhodanus flu. interlabitur. Caput gentis est vicus ubi abbatia qui sanctus Mauritius dicitur, diœcesis Sedunensis. quicquid tamen agri trans Rhodanum possidebant, Celtis adscribitur. Per hos ad montes illos, quos Cæsar summas Alpes nominat, ea Gallia in Italiā uenientibus aditus est. Varagri sunt Plinio.

Verbigenus pagus Heluetiorum inter Celtas.

Veromandui populi inter Belgas, Rhemis, Atrebatibus Neruijsq; finitimi, nomen retinent, in Francorum regno siti: at ex magna parte in diœcesi Laudunensi, ac Suessionensi, ex toto in prouincia Rhemēsi, instarq; prouinciæ habentes, inter quos sunt incolæ oppidi sancti Quintini, quos Rex repetit. Vermandois à Gallis, mutata aliquantulum nominatione, dicti.

Vesontio oppidum maximum Sequanorum, natura *loci munitum* inter Celtas, nunc Comitatu Burgundiæ circunseptum. Ciuitas est imperialis ac Metropolitica, nomen retinens, mutata litera u, in b, ut Romanis & Vasconibus pronunciandi mos est. Situm habet qualem Cæsar in commentarijs descripsit, præterquam quòd nunc eam idem fluuius ex magna parte intersecat. In illa sunt loca uetusta, qualia Romæ, quæ Pantheon, campus Martius, cāpusq; Mineruæ uulgò semp latinè dicta sunt, multaq; alia priscæ uetustatis monimenta cōsistunt.

Vetera castra hibernorum Romanorum, locū citra & prope Rhenum flu. amplum habentem uallum, cuius pars in collem leniter exurgens, pars equo aditur: ubi oppidum, & obliqua in Rhenum moles, cuius obiectu uolutus amnis, & latitudo camporum inter ciuitates Traiectensem & Colonienſem, quibus hibernis obsideri premiq; Germanias Cæsar Aug. crediderat, non Cæsar sed Tacitus refert: nunc in Cleuensi ducatu situm.

Vienna ciuitas metropolis, in Gallia prouincia Romanorum, nūc Delphinatu, extra Celtas, Belgas, & Aquitanos, quam flu. Rhodanꝰ præterfluit, ad eius citeriores ripas sita, proxima Aruernorum finibus, diſpartiente Rhodano, Æduorum finibus Cæsaris tempore, ad quos Matisco oppidum, nunc ciuitas pertinebat, hodie Lugduno ciuitati finitima, beneq; sita.

Vindonissæ locum prope Maguntiam urbem Cisrhenanam, non Cæsar sed Tacitus refert.

Vnelli populi inter Celtas, ex maritimis ciuitatibus Oceanum attingentibus, proximi Andibus, Venetis, Ossisinis, Lexobijs, Curiosolitis,

solitis, Sesuuijs, Aulercis, Rhedonibus, inter ciuitates Armoricas numerati, in Prouincia Turonensi, & Francorum regno siti.

Vocates inter Aquitanos proximi Tarusatibus, Sontiatibus, Tarbellis, Bigerronibus, Garumnis, Garitibus, Cocosatibus, & Hispaniæ citeriori, in regno Francorum siti. ab his fortè Vascones dicti. Hos cõtectura est fuisse Vesaticos. ciuitas est episcopalis in Prouincia Auscitana, in Francorum regno sita, quos Vasatenses dicimus.

Vocetius mons in Heluetijs, quẽ Cęsar non memorat, sed Tacitus.

Vocontij populi extra Celtas, Belgas, & Aquitanos, citra Rhodanum, Centronibus (id est Tarentasijs) finitimi, & Allobrogibus, ultra Alpes Graias (quibus hodie mons cinerum siue Cinesius nomen est) hos Isara flu. alluit.

Vogesus mons in finibus Lingonum, à quo Mosa flu. profluit, non longè à fonte Matronæ flu. in Francorum regno situs.

Volgæ seu Volcæ populi Prouinciales, non longè ab Artomicis seu Arecomicis, qui nunc Aurasienses sunt, Tolosatibus, Narbonensibus, Massiliẽsibus, Gabalis, Cadurcis, Heluijs, ac Ruthenis, extra Celtas, Belgas, & Aquitanos: hos Rhodanus fluuius alluit, posthac Ligusticum mare influit. Aremici aut Arecomici pridem à nonnullis, nunc Auenionenses dicti. ciuitas est episcopalis prouinciæ Arelatẽsis olim, nunc uerò Viennensis: maiorum nostrorum memoria patrimonio beati Petri emptionis titulo addita. Hic Romani pontifices sedem magno totius Italiæ incommodo, maiore urbis Romæ, tenuere septuaginta & amplius annos, donec felicissimo euentu Italiæ restituti pontifices, ad hãc diem mansere.

Vsipetes Germaniæ populi Transrhenani, qui cum Tenchtheris, & magna multitudine hominũ, à Sueuis diu agitati, & triennio uagantes Rhenum flu. transierunt, non longè ab ostio ubi in mare influit, & Menapiorum agros utrancp fluminis ripam incolentes, occuparunt. Ex hoc constat, Menapiorum fines, quos plericp opinantur Iuliacenses fuisse, multo latiores maioresch extitisse, & agros ducatus Montensis Rheni ripis ulterioribus adiacentes, ac etiam Cliuensis possedisse.

Vualis seu Vacalis est pars flu. Rheni, quam Mosa flu. recipit, antè quàm in Batauos & mare Oceanum fluat: & est diœcesis Traiectensis prope Nouiomagum oppidum, & Traiectensem urbem episcopalem, nomen retinens.

Vxellodunum oppidum in finibus Cadurcorum, inter Celtas, non longè à Gallia prouincia Romanorum. Vide Cæsarem lib. 8.

ATQVE hæc de Gallorum, Gallisch, qui aut proximi aut finitimi sunt populis, ita perstrinximus, ut quamuis uetusta tem illustrare pro uiribi consilium fuerit, multa tamen inserta quoch sint, quæ tempora hæc recentiora, mores, & uiros, ac res præclarè gestas ab his, explicent. Nec tamen singula persecuti sumus, sed summas rerũ, & ex his illustrissima quæch libauimus. Nã si aliar um quoch gẽtiũ quæ toto orbe nũc degũt, nominũ mutationes.

fortunæ uarietates, mores, locorum diuersas appellationes, aut flumi num, uires, res gestas ad hanc normam dirigere uoluissem, id sanè & operosum nimis, ac immensi penè operis fuisset, & consilij obliti nos stri uideremur: quippe qui ab initio Cæsarem tantùm, aut Tacitum, & Gallos, ac finitimas his genteis hoc nostro indice complecti uolue rimus, reliquum operis & in aliud tempus, & in alias commentatio nes reiecerimus. Illud admonuisse diligentem lectorem uolo, multa illum ex uaria historiarum lectione collecturum, quo Europam, & Asiam, ac Africam, saltem orã littoralem, notiora nobis factura sint. nam ut ulterius penetres, hæc legis Mahomatanæ diuersitas à Chri stiana pietate, prohibet: sed & ipsa orbis parens gentium omnium Re gina Italia tantas mutationes sensit, ut uix nomẽ ullum retineat, quod olim habuit. Quis enim nescit eã Italiæ partem, quam Samnites, Ap puli, Græci, Campani olim tenuere, totam nunc in regni Neapolitani nomen abiisse: quod olim Latium, nunc Campaniam, aut terram Ro manam: quæ Gallia Cisalpina, in Lombardiã: quæ Venetia in Mar chiam Taruisinam: quæ Flaminia olim, nunc in Romandiolam esse mutatam? Iam quæ priscis illis temporibus clarissima oppida fuerãt, aut penitus concidere, aut in uicos abiere, succesereq; omnino cum aliæ gentes, tum aliq; quoq; nominationes diuersissimç. Lyrim enim à ueteribus anmem dictum, iam septingentos abhinc annos à Garilia no castello, quod Saraceni munitissimum propugnaculum sibi con struxerunt, Garilianum appellamus. Ticinum olim, nunc Papia est, à Papio quodam Gallorum duce. Fregellæ ipsæ in Campania in Pont tem curuum mutatæ. Egnatia Appuliæ, Iuuenatium à nobis dictum. Anienem ipsum patrẽ, Tiberonum accolæ uocant. Sipûs illa sepia tum captura celebris, & inde nomen adepta, nunc Manfredonia uul gò, à Manfredo secundi Federici Imperatoris filio dicitur. Ve rùm longius quàm par forsan erat, euagati sumus. Cęs tera sibi lectoris diligentia pariat, aut in altiori otio à nobis expectet.

FINIS.

NOMI-

NOMINA CITITATVM CVM INTERPRETATIONE GERmanica & propria.

ABudiacũ Happing, iuxta Rosenheym,
Abudiacum Danubianũ Abach.
Abusiacum Fuessen
Abusina Abenspurg
Alcimoens Vuerd, uel Bystia usta, aut Albus Burgus.
Ambra Amper, apud locum & fluui. eiusdem nominis
Agrippinensis Colonia
Areflauiæ Nordling, uel potius Heydenheym
Arbor felix Arben
Aredata Lintz
Argentoratũ Strasburg
Artobria, iã Veltẽburg, monasterium supra Ratisponã ex magnis ædificiorum ruinis
Atuacum, uel Antuacum Masdricht
Auenticum Bibelsperg
Auguntum Neuuenstat, uel prope, quia nomen repugnat
Augusta Acilia Straubing, nempe ciuitas antiqua, quæ & hodie Azelburg
Augusta Rauracorum, Augst, pagus nunc supra Basileam militaria duo
Augusta Vindelicorum Augspurg
Auriſium Rot
Atilia Altenburg, nõ lõgè â Neuburgo iuxta Danubium
Autunaco uel Autunacũ Andernach
Bacodurũ, uel Bocodurum, uel Bolodurũ, uel Batabis. Ptolom. Poedicum, Passau, ꝓpter confluentiam Aeni in Danubium.
Bedacum Burckhausen
Beganum Bagenheym
Berbecomargus Speir
Bidaio Lauffen
Bingiũ, uel Vingio, hic Naus fluuius in Rhenũ exit Pingen
Bodobriga Poparten
Bona Bon, ex cuius oppositio Genosia est, ubi Drusꝰ, teste Floro, Rhenum ponte coniunxit
Bracodurũ Pfulendorff
Bregetiũ Rab, propter cõfluentiam Rabonis, uel Arabonis in Danubium
Bregatium Bregnitz
Brigantinus lacus, lacus Constantiæ
Mõs Brisacus, uel Breucomachus Brysach
Cæsarea Resching, non longè ab Ingolstadio
Calkiaci, Calcar, Tacitꝰ
Cambodunum Remmãt
Campodunum Kemptẽ
Caritini regio, nũc ducatus Vuirtenbergensis
Carnus Presburg
Castellum Cessel, iuxta Mosam oppidum dirutum
Cetio Zeysselmaur
Claudionum Melk
Colonia Traiana Keyserswuerd
Confluẽs Coblentz, ibi Rigodoliũ est oppidũ
Corionalum Ach
Cornuto Peternel
Cartodunũ Kreynburg, iuxta Vasserburg
Curia Cur
Dauantria Deuenter
Diedenhouen in ripa Mosellæ, â Francis Theodonis uilla uocata, regia Caroli Magni
Duracuina Ehingen
Drusomagus Memmingen
Duro cortorum Arẽt iuxta Portum S. Nicolai
Duromagus Durmegon
Epona Epenburg, supra nouam ciuitatem
Fruxinum Frysing
Gamonnodũ, Braunou
Gammodurũ Cõstantia
Gesiodunum Ips
Gessoriacũ nauale Gent
Hermonactus Kilia
Icius portus, uel Hassoriacum, Cales
Inutrium Mittenuuald
Isnica Isen, iuxta Frysingam
Iuliacum Iulich
Iuliobõa uel Vindobõa, seu Vindomana, aut Faiuana, Vienna
Iuliacũ Caruicũ Villach
Iuuauuier Saltzburg

Lauriacum Lorch, monasteriū iuxta ciuitatem Ens
Legio Traiana, Drechshausen, quasi Traiana domus
Leodium Lutich
Leuphōa Mollē, uel Hanofer
Lirimeris Lubeck
Lugedunum Seuenberg
Lugedunum Vuorken, uel mons S. Gertrudis
Marcedurum Duren
Matreio Matran
Matricornm, siue Dinodurum
Medulum Melding, apud Muldorff
Melatis Vilack
Mecenia Motzing
Meguntiacum Mentz
Muriola Mereck
Namurcum Namur
Nasium Nanse
Nemeti Spirenses
Neomagus Neumegē
Neomagus Oppēheim, uel Spira potius
Nouesium Neuss
Nouidunum Laybach, et sub Norico Pannonię, Emona, Clemona
Nouiomagum, superius Nymag, pagus circa Berccastel
Oscella uallis Eschētal
Ouillabis Lumbach, monasterium iam super flumen Ens
Parthanū Parthenkirch
Pedicum Pruch, super flumen Mura
Petouium, seu Patauiū, Petau
Pheniena Laubing
Pisoniū Vuischelburg, inter Strubingam & Dechendorff
Portus Manarmanis, uel naualia Campen
Pontes Oeni Oeting
Pontes Sarini Sarpruck
Pontes Scaphonij Schefelern, nunc Monasteriū sup flunio Isara
Quintianis, uel Quintianorū colonia Kūtzing, iuxta Filsshouen
Regium Docking, non longē à Ratispona
Rimogagus Reinmagen
Rinsiana Grengen
Ristronomanice Mundalheim
Rusiana Vurms
Sabaria colonia diui Claudij Stain am anger
Salinum Ofen
Samobrina Cameracū, uel potius S. Quinte.
Sequani & Hedui est Burgundia & Lotharingia
Sirmium Simach
Solaturum Solothurn
Sublauio Brixē
Suollis Suol
Sumuntorio Hohenuuart monasterium
Tabernæ Zabern
Targetium Stuligen
Taradunum Riedling
Taruana Teruuan
Taururū Alba Græca, propter confluentiam Danubij & Saui
Teutoburgiū Senna Erdet, propter cōfluentiā Dari in Danubium.
Teurū, uel Berunū Perneu, apud lacū Rētee
Tiberiacum Berick, uel Bergheim
Tigurina metropolis Norici, uel Augusta Tyberij seu Regino, Regenspurg
Tollium Doll
Tongeren ciuitas
Tornacum Tornach
Traiectū inferi⁹ Vtrich
Treua Heimburg
Treuirorum Augusta Trier
Turegū, uel pag⁹ Tigurinus Zurich
Vacorum, uel ut aliqui putant, Sacarabantia Gretz
Vagenum Vuagenheim
Vallatum Feilenbach
Vāgiones sunt Spirēses
Vespi, nunc Marchiona tus Badensis
Vetera Santen
Vetera castra Pfeteren
Vosonia, aliàs Ficelia, Oberuuesel, ibi cesa et sepulta est Māmea, mater Alexandri imperatoris
Viana Vueyssenhorn
Vindonissa, uel Vindōis, Vuindisch, apud monasteriū Kunigsfelden, in quo est sepultura comitū de Habspurg
Vimundria Agran
Virunum Iudenburg
Visontium Bisantz
Vitodurum Vuinterdur
Zarmis Gethusa, dom⁹ uenationis Zarmidis regis, nūc Corona apud Septem castra
Zelia Cili
Zeugma Clausenburg

NOMI⁹

NOMINA PROPRIA, QVIBVS CAESAR ET ALII VTVNTVR, GERMANICÈ fonantia sequuntur.

Ambiorix Embe-rich, uel Heinrich.
Ariouistus Ernst
Autaridus Hauptrich
Belloues Balduuiß
Bernhardus Bernherr
Bituit Butuiuit
Britomarus Bartmar
Caromandus German
Caßugo Caßuuig
Catamantaledus Caltenmantel
Catiuulc Gotuolck
Cauarinus, Cauarus, et Cauarillus, idē, Gæber, uel Geuuer
Cincibulus Cinßubel
Cingetorix Sinnētrich
Cambolomarus Cuenuolmar
Commanus Cunman
Coroianus Curlman
Cutruatus Gutrat, uel Conrad
Dumnorix Dumerich
Diuico Duffuuig
Eparedorix Friderich
Induciomarus hußmar
Litauic Lutuuig
Lomnorius Lonherr, uel Lœuenherr
Lotharius Luther
mœnicaptus māshaupt uel menschenkopff
Numeius, Neuumey
Olouuic Aluuig
Orgetorix est Hordenrich, uel Erentrich
Ortiago Hortiag, uel Hertuuig
Othmarus Othmeyer
Senanus Sunman
Sigones Siguuis
Vercingetorix Verrßinrich, uel Seerßinrich
Verodoctiº vuerdhoch
Vertico Vuerduuig
Volmarus Volmeyer

INDEX DILIGENTISSIMVS TAM IN LIBROS Comment. Cæs. quàm in Annot. D. Henr. Glar.

A

Acco princeps Gallorum 161
achilla, Ptolemæi dux 434. interfectus 444
acies Scipionis contra Cæsarem 522.535
acilla Cęsarí dedita 507
actius Varº occisus 564
Aduaticorū situs 575
Ægyptus clauſtris munita 457
Ægypto Cæsar potitus 49.461
Affranij ſucceſſus in Hiſpania 315
affranij dedítio 333
Agendicum 578
agrippina 582
Albicorū fortitudo 317. 341
alces animal 173
alduaſduſius 578
alexandria ferè incēdio tuta 442
alexandrinorum apparatus 443
alexandrini nauali prælio uicti 44.450
alexandrinorum caſtra expugnata 448.450
alexandria à Cæsare capta 461
alexia oppidum Galliæ 229.574
Allobroges 227.577
alpes ſummæ 581
Ambarí 577
ambianí 575
ambibareti 579
ambibarí 579
ambuaríti 576
ambiorix 137
Anartij 189
ancalites 5-6

andes 243.578
anglia 576
antistij Turpionis cum Qu. Pompeio duellũ 460
Antonius Cæsaris legatus 387
antuates 580
Apollo morbos pellit 169
Aqua dulcis in littore maris 445
aquitaniæ situs 1.573
aquiliferi officium 407
Arar flumen 745.547
arduenna sylua 155.579
arenacij 582
aremici 580
arimini Cęsar bellũ parat 292
ariouistus rex Germanorum 19
armoricæ ciuitates 579
arsinoe Ptolemæi filia 444
aruerni 18.48.578
Asciburgium 582
Atrebates 574
Auaricum oppidũ Galliæ 198
auaritij 580
auaritiæ exemplũ 404
aulertij 243.576
aulertij inter Celtas 578
auso 576
Axonia 575

B

BAcenis 587
bataui 585
batanodurum 587
Belgæ 582
belgæ fortissimi Gallorum 1
belgę cõtra Cęsarẽ 25
belgium 584
belinuntsi 587
bellonæ antiquum templum 481
bellouaci 53.584
bellouaci à Cęsare uicti 265
bellũ à uictis uocari 46
bethasij 588
Bibracte oppidum 14. 584
bibrax 584
bibroci ibid.
bibulus legatus Põpeij mortuus 381
bigerrones 584
bincia 588
bifurices 585
bituriges 243
bituriges suas urbes incendunt 298
Blanonij 585
Boduognatus dux Neruiorum 64
bogud rex 479
boij 17.42
bonna 588
Bractuspantium 584
brannouices 587
brigantes ibid.
britanniæ situs 102. 130
britannorum mos in pręliis 109
britannorum mores 131
britannia maior 567
brunduſium 300
bruteri 588

C

CAdetes 591
cadurci 591
cæsar affinis Marij 507
cæsaris clementia 13
cæsaris legatio ad Germanos 21
cęsar milites suos adhortatur 25
cæsaris in Neruijs periculum 63.65
cæsaris uictoria 65.81
cæsaris crudelitas 81
Cæsar Germanorũ legatos retinet 98
cæsar rhenum põtes fieri nit 100
cæsar trans Rhenũ profectus 101
cæsaris in Britannia periculum 109
cæsar in Gallia uictor 277
cæsaris triumphus 280
cæsar Germanorũ fines populatur 182
cæsaris dignitas abinimicis impugnata 281. 331
cæsaris ad Pompeium mandatum 291
cæsaris clementia 299
cæsar in senatu se excusat 304
cæsaris periculum à Põpeianis 315
cæsar absq; sanguine uictoriã quęrit 324.329
cæsaris incruenta uictoria de Põpeianis 332
cæsar Dictator dictꝰ 323
cæsar consul creatus 471
cæsar in Græciam profectus 377
cæsaris periculũ à Pompeianis 410.416
cęsaris acies ut ordinata 433
cæsaris de Põpeio uictoria 426
cæsar se in mare præcipitat 454
cęsaris de Alexandrinis uictoria 461
cæsar erga supplices clemens 483
cæsaris à Labieno periculum

culum 496.502
cæsaris mirabilis scientia belli 505
cæsaris celeritas in iaquendo hoste 525
cæsaris acies contra Scipionem 522. 535
cæs. in Africa victoria 537
cæsar victor Romam venit 544
cæsar quartò dictator designatus 546
cæsaris de Pompeij filio victoria ibid.
cæsar singulorum annorum singulos commentarios fecit 279
cæsaris scripta dissidet 185.190.249
cæsarianorum periculũ caletes 590 (454
caninius legatꝰ Cæs. 272
cantabri 40.591
cantiũ in Britannia 134. 592
cargali 589
carnutes 192.591
L. Cassius consul à Tigurinis interfectus 7
cassij magnum periculum 473
cassiuellaunus 133
castra Cæsaris 409
catiuulcus rex Germanorum 176
Cato cõtra Cæsarẽ 288
M. Cato Siciliã obtinet 303
cato in Vtica se gladio traiecit 519
catuaci 590
caturiges 589
Cauarinus rex Senonũ 152
cauillonum 591
Cela oppidũ in Ponto 484
celtica 588
centrones 44.589
cẽturionis fortitudo 514
Cherusci 165.590
Qu. Cicero legatus Cæsaris 135.144
Cimbri 49.589
cingetorix 124
ciuitatũ explicatio Germanica 635
clamor animos militum confirmat 424
clementia Cæsaris erga humiles 483
cleopatra soror Ptolem. 430
cleopatra regina Aegypti 462
Cocosates 592
colloquium Cæsaris & Ariouisti 27
comius rex atrebatum 103
comij atrebatis periculũ 266. 278
commentarij quid 36
concilium Gallorũ 226. 232.161
condrusi 590
confluens Mosæ & Rheni 592
considij crudelitas 491
consules extra urbẽ profecti 289
Cõuictolitanus ingratus Cæsari 214
corbenis dux Gallorũ 365
C. Cornificius Cæsar. quæstor 466
M. Cotta Sardiniæ præficitur 303 (143
L. Cotta legatus occisus
M. Crassus quæstor 136
crassini fortitudo 423. 427
crinogati crudelis oratio 234
curio legatus Cæs. 305
curio imperator dictus 355
curio Actum Varum acie uicit 362
curio cum omnib. copijs interfectus 366
curiosolitæ 590

D

DAci 190
deiotarus rex 466. 482
delta locus 457
deorum officia 169
dis pater Gallorũ 770
diuicꝰ dux heluetiorũ 8
diuitiacus heduus 12
drapes sponte inedia perijt 276
druides quid 168
domitius à Cæsarianis interfectus 428
domitius Cæsaris legatus à Pharnace uictus 466
domitius Massiliam occupat 306
dumnorix Heduus 126

E

EBurones 139
elephantorum disciplina 503
elephanti contempti 503.536
ephesinum templum spoliatum 390
ephesina pecunia à Cæsare seruata 431
euphranoris casus 457

F

C. Fabius legatus Cæsaris 307

fames in castris Põpeij 403
fames in castris Cæsaris Frisij 502.597
fortitudinis exemplum 105,146.219
fortuna ubiq; multũ potesi 175
fortunę incõstantia 456
funera Gallorum 170

G

GAballi 597
Gabinius à Barbaris victus 468
galliæ diuisio 1
galliæ duæ factiones 18
galliæ & Germaniæ differentia 266
galli 599
gallorũ genuina lingua 37
gallis maiora corpora quã Romanis 67
gallorum mos in decernendo bello 153
gallorum mores 166
galli dediti religiõi 169
gallorũ maximę copiæ 233.248
galli ingẽti prędo à Romanis victi 240.269
galli in acie sedent 262
ganimedes Alexandrinorum dux 444
garites 598
garocelli 597
garumna 599
garumni 598
gebenna mons 194
gelduſa 599
genabũ Aurelia dicta.
genesis 597 (243
genua, gebenna 43
geneua 597
gergobina 598
gergobium 243
gergouia 598
germania 598 (18
germani in galliã uocati
Germanorum de Gallis victoria 19
germanorum magnanimitas 12.29
germanorum pugnandi ratio 32
germanorum cũ Romanis prælium 34
germanorũ legati ad Cęsarem 96
germani à Cæsare victi 35.99
germanorũ mores 171. 166
germanorũ dij sol, luna 171
germanorũ fortitudo 180
germani, p Romanis fortiter pugnãt 272.237
germani pro Cæsare pugnant 330
germani milites apud Cęsarem & Labienum hostes 498
germani, p Romanis pugnantes cęsi 512
germanica explicatio civitatum 635
getuli ad Cæsarem desiciunt 520
Gõphẽsiũ clades in exẽplũ aliorum 417
gorduni 599
Gręcis literis potest scribi Heluetica lingua 40
grecę literę Cęs. 148.158
grudij 599
grunes 600
gugerni 599

H

HArudes 48.602
Hedui 600
heduorũ cũ Romanis amicitia 28. seditio 209
hedui à Cęsare uicti 228
Heluetiæ situs 2
heluetię pagi xiij 41
heluetię longitudo & latitudo 40
heluetij 600. pfectionẽ in Galliam parant 3
heluetiorum pagi 7. magnanimitas 9
heluetij magno prælio victi 15
heluetiorũ numerus 17
heleuteri 602
heluij 244.602
hercynia sylua 173.185. 602
hermunduri 602
A. Hircij Epistola ad Balbam 253
Hispalẽses à Cæsare increpati 567
hispania à Pompeianis occupata 307

I

IBernia 603
Iccius 603.155
Iceni 604
Ilerda à Pompeianis occupata 313
Inducíomarus 124
Inducíomarus dux Treuirorũ interfectus 154
Ioscedum 634
Italiæ mutatio 634
Iubæ regis Numidarum de Romanis victoria 376
iuba rex contra Cęsarẽ profectus 516
iubę regis superbia 511
iubę crudelitas in fugientes 526
iuba rex gladio seruitute iectus 543
iura mons 540.603

L

LAbienus legatus Cæsaris 13
T. Labienus legatus Cęsaris in Treuiris 136
Labieni uictoria in Treuiris 154
labieni uictoria de Gallis 125
labienus Pompeio auxilia pollicetur 376
labieni superba uox de Cæsare 382
labieni crudelitas 411
labieni superba iactantia 421
labieni fuphia 496.498
Labienus occisus 564
Latobrigi 17.42. et 604
Lemanus lacus 605
Lenmanus lacus 293
lentulus consul à Ptolemæo interfectus 431
leponti 120.605
legati Cæsaris ab Ariouisto capti 32
lemouices 343.604
leuaci 605
leuci 604
lexouij 605
Ligeris ibid.
ligij 606
lingones 604
lingua Gallorum 36
litauicꝰ dux Heduorũ 2
Londinum 605
longobardi 606
lucus ibid.
lugdunum 606
lutetia Parisiorum 161. 184.604

M

MAgetobria 607
maguntia 609
mandubij 607
marcellus Cæs. dignitatem impugnat 281
marcellus consul 294
marcel. Caesio restitit 480
marcodurum 610
marcomanni 60.607
mars bella regit 169
marsaci 609
massilia à Domitio occupata 306
massilia à Trebonio oppugnata 340
massilienses nauali prælio uicti 343
matisca 607
matrona 600
mediomatrices 121.606
meldæ ciuitas 156
melodunum 245.608
monapij 162.668
mędaciũ officiosum 212
mercurius in Gallia cultus 169
mercuriꝰ opib. p̃est 169
metiosedum 245
militaris disciplina 519
Milo, qui Clodiũ interfecit, damnatus 283
milonis mors 384
minerua artificijs præest 169
L. Minutius Plancus legatus Cæsaris 175
miracula ante Cęsaris de Põpeio uictoriã 431
mithridates Pergamenꝰ 457
mithridates rex Bosphori creatus 487
mœsij 610
mona insula 609
morini 86.111.608
mosa fluuius 96.609
mosella fluuius 610
L. Munacius Plancus 136.491
mulierum apud Germanos fortitudo 333
mulierũ obsessarũ anxietas 217
munitiones Cęs. 231.259
muri in Gallia quales 203

N

NAbalia 612
nanetes ibid.
nantuantes 111.612
narbona 83.610
L. Nasidius Pompeij legatus 342
nauium uaria compositio 78
nemetes 611
nemetocerna 610
neruiorum situs 60. 611
neruij à Romanis ferè deleti 66
uitiobriges 244.611
noricus ager 611
nouesium 612
nouiodunum 244.612

O

OBsessæ urbis trepidatio 344
ocellum 613
octauianus à Vatiniano uictus 470
octodurus 613
oppugnatio urbis antiqua 206.275
ordolucæ 614
orgetorix ditissimꝰ heluetiorum 2
ossini 613

P

PAgus quid 45.113
pannones 615
parrhisii 184.222.614
parthicum bellum 281
pemani 614
petragorij ibid.
M. Petreij fortitudo 210
petreij

petreij deditio 333
petreius à Iuba occisus 543
pharnaces rex armeniæ Cæsari resistit 464
pharnaces à Cæsare uictus 487
pharus turris 436
pictones 614
piso aquitan⁹ occisus 97
pleumosij 614
pompeius contra Cęsarem in senatu 287
pompeij consilium contra Cæsarem 289
pompeij ad Cæsarem petitio 292
pompeij maximæ copię 373
pompeius imperator dictus 411
pompeij acies instructa 421
pompeius à Cæsare ingenti p̃lio uictus 426
pompeius à Ptolemæo interfectus 431
pompeiani bello nauali uicti 317
pompeianorum successus 407.411.416
pompeiani ante uictoriam diuidunt inter se bona Cæsarianorum 418
pompeiani se dedidẽrũt Cæsari 427
pompeij filius à Catone contra Cæsarem incitatus 500
C. Pompeij milites ad Cæsarẽ deficiunt 556
pompeij filius à Cæsare uictus 564
C. Põpeius, Magni Põpeij fili⁹, interfect⁹ 569
pons Rheni ad Treuirim 165
prętiũ acre 536. 564. 498
prętiũ maximũ inter Cęsarem & Pompeium 424
prætiani 614
primigeni 615
primipilus quis 157
prouincia 615
Ptolemæus rex puer Põpeium interficere iubet 431
Ptolemæi fallæ lachrymæ 456
Ptolemæus rex submersus 461
Publius Crassus 76
Pyrenæi montes 615
Pyrustæ populi 155

Q

QVincuncialis ordo 240
Quintus Sertorius 84

R

Rauraci 17.24.615
Redones 616
rhemi ibid.
rhenus ibid.
rheni ortus 96.115
rheni pons à Cæsare factus 100
rhodanus 617
rhodiarum nauium calamitas 386
rhodiorũ fortitudo 447 450
Rigodulum 617
Romani à Heluetijs uicti 5
Romanorum trepidatio 24.180
romanorum ius in Gallia 30
romanorũ periculũ 74
romani à Germanis uicti 97.142
romanorum periculum in Gallia 139.142
romanorum & Britannorum conflictus 106.128
romanorũ clades 466.
Ruspina 509(468
ruteni 50.615

S

SAbinus legatus Cæsaris 81
sabinus legatus Cæsaris interfectus 143
sabis fluuius 621
sacerdotis in Cappadocia potestas 482
C. Saluſtius Crispa legatus Cæsaris 483
C. Saluſtius proconsul in Affrica 544
samarobrinæ 622
sanctones 617
sarmatæ 622
Scalde fluuius 621
Scipio Syriæ præficitur 289
scipionis auaritia 390
scipionis de se iactantia 506
scipionis acies contra Cæsarem 522
scipio acie à Cæsare uictus 537
scipio imperator dictus 388
scipio interfectus 544
Sebusiani 44.245.618
seditio in Hispania 473
seduni 72 88
seduſij 51.619
segni 621
senatus à populo interfectus 81
senatus extra urbẽ 289
sengo-

ſengoriaci
ſenones 152.159.
ſequana fluuius
ſequani populi
ſeruius Galba legatus Cæſaris 72
ſeruus uiuus combuſtus 557
ſeſſuuij 621
ſæuæ centurionis fortitudo 401
P. Sextius Baculus 74
Siburates 621
ſicambri 99.122.622
ſimulationis exemplum 456
ſoldurij deuoti 84
ſontiates 83.621
Sueſsij 620
ſueſsiones ibid.
ſueuorum gens 616
ſueuorum centū pagi 23
ſueuorum potentia 92
ſueuis ne dij pares eſſe poſſunt 59
ſueuis bellum Cęſar infert 176
Sunici 622
Sylla legatus Cæſaris 400

T

TAbelli 625
tameſis fluuius ibid.
tarenſatij ibid.
taſſandrum 626
taſgetius 136
taugiaci 662
tectoſages 173.189
tectoſagi 626
tempeſtas in exercitu Cæſaris 615
tenchteri 92.112.625
tentomatus rex Nitio-
tigur.
nos
tigurino.
titi duo fratr.
504
Q. Titurius legatus Cę ue.
ſaris 57.77 10
Toloſa 83 uergas.
toloſates 623 giſtra.
C. Trebonius legatus Cæſaris 132 ueromanduí
treuiri 46.77 ueſontium oppid.
treuiri qui 624 quanorum 2
treuiri equites 94.124 ueſuntio
treuiri uicti â Romanis 164 uetera caſtra
treuiri à Labieno uicti 277 Vienna Galliæ
tribotes 50.624 uindoniſſa 63.
tribuni urbis ad Cæſarē fugiunt 289 uino abſtinent Sueui 93
trinobantes 626 uiridouix dux Gallorū 81 (484
Tubantes 627 uirilia quibuſdā execta
tulingi 17.42.623 Vnelli 630
tungri 626 Vocatij ibid.
turones 625 uocantij 90.627
Tygeni 627 uogeſus mons 632
uolgæ 628
V Vrbigenus 627
VAngiones 51.628 uri animal 174.
uareni & Pulſionis fortitudo 147 Vſipetes 92.112.632
Varus Africam occupat 304 Vuallis 633
uaſcones 633 Vxellodunum 627
uataſtica 632 uxores plures Germani habebant 34
uatuca 627

Z

ZAmenſes ſe Cæſari dedunt 542
Zurzachium 118

FINIS.

petreĩ dedítio 333
petreius â Iuba occisus 543
pharnaces rex armeniæ Cæsari resistit 464
pharnaces â Cæsare uictus 487
pharus turris 436
pictones 614
piso aquitanꝰ occisus 97
pleumosĩ 614
pompeius contra Cęsarem in senatu 287
pompeĩ consilium contra Cæsare
pompeĩ a
titio
pompe
371
pomp
&
po
pons Rheni ad Treuirim 165
pręliũ acre 536. 564. 498
pręliũ maximũ inter Cęsarem & Pompeium 424
prætiani 6
primigeni
primipilus quis
romani â G
ti
romanorum
in Gall
rom
n

BIBLIOTEKA * KORNICKA *

BIBLIOTEKA KÓRNICKA
14015